UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00001390 4

HANDBOUND
AT THE

UNIVERSITY OF
TORONTO PRESS

Digitized by the Internet Archive
in 2009 with funding from
University of Toronto

https://archive.org/details/s1s2operaomniare06platuoft

(81)

Gr
P718S

PLATONIS

OPERA OMNIA.

RECENSUIT ET COMMENTARIIS INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

PA
4279
A2
1827
v.6
Sect.1-2

VOL. VI. SECT. I.

CONTINENS

EUTHYDEMUM.

GOTHAE ET ERFORDIAE

SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.

MDCCCXXXVI.

LONDINI APUD BLACK ET ARMSTRONG.

PLATONIS

EUTHYDEMUS.

RECENSUIT ET PROLEGOMENIS

ATQUE

COMMENTARIIS ILLUSTRAVIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY
28809
8/8/93

GOTHAE ET ERFORDIAE
SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.
MDCCCXXXVI.
LONDINI APUD BLACK ET ARMSTRONG.

ERFORDIAE
TYPIS HENNINGS & HOPF
1836.

PLATONIS

EUTHYDEMUS.

DISPUTATIO

DE

EUTHYDEMO PLATONIS.

Sophistarum, qui in scriptis Platonis commemorantur, duo potissimum genera discernere licet, quorum tamen alterum cum altero multa habuit communia. Alii enim reperiuntur ornate dicendi maxime et eloquentiae facultate id studuisse efficere, ut audientes delinirent delinitosque in sui admirationem raperent. Iactarunt enim non modo illud, quod paene omnes profitebantur, docere se posse, quomodo causa inferior verborum industria superior fieret, verum etiam magnam doctrinae copiam et ubertatem affectantes sese dictitarunt de quovis argumento statim copiose disputaturos atque in conventibus postularunt de qua re quisque audire vellet. Quo in genere Gorgiam, Hippiam, aliosque studiose elaborasse quum aliunde tum ex Platonis scriptis certissime constat. Ab horum ratione aliquantum discesserunt qui eximie sophistarum nomine appellantur; qui quidem quamvis nec ipsi dicendi artem aspernati, tamen studium suum atque industriam praecipue ad disserendi facultatem contulerunt et ex hac una maxime gloriam atque auctoritatem quaesiverunt. Hanc vero dialecticam subtilitatem iam Protagoras Abderites, huius familiae princeps, ad forensem usum et consuetudinem traduxit, eaque re effecit, ut non pauci hanc disciplinam tanquam egregiam causarum recte agendarum adiutricem plurimi aesti-

marent *). Ex quo tempore quum in universa Graecia, tum maxime Athenis ingens extitit eorum multitudo, qui disserendi arti operam darent eiusque studio mirifice ducerentur. Verum enim vero dici non potest, quam cito res per se sanequam haud contemnenda in pravam quandam argutandi lubidinem verterit, praesertim quum sophistae ipsi non tam quid verum esset curarent, quam indagarent ea, quibus doctrinae et subtilitatis laudem consequerentur. Quid quod inter ipsos istos sapientiae professores mature exorti sunt, qui studio veritatis omni deposito, unice acuminis et ingenii famam aucupantes, sese totos ignobili fallacium conclusiuncularum nectendarum artificio dederent atque in disputando argutis captionibus id conarentur efficere, ut quidquid ab aliis responderetur, id argueretur falsum esse, ipsorum autem sententiae quamvis absurdae audientibus probarentur. Enimvero ita fert humanum ingenium, ut quae acute excogitata sunt, etiamsi speciem tantummodo acuminis mentiantur, tamen nescio quam vel oblectationis gratiam afferre vel etiam laudis commendationem habere videantur. Praeivit autem huius rei exemplum ipse totius huius familiae princeps, qui quum unamquamque rem pronti sensibus aliter appareret, ita etiam aliam esse vellet **), profecto omnia dubitandi lubidini reddidit obnoxia. Huc accessit, quod disserendi et argutandi sollertiae et consuetudini plurimum tribuit. Audias Diogen. Laert. IX. 52. ita scribentem: *ουτος* (Protagoras) *πρῶτος — καὶ λόγων ἀγῶνας ἐποιήσατο καὶ σόφισμα τοῖς πραγματολογοῦσι προσήγαγε, καὶ τὴν διάνοιαν ἀφεὶς πρὸς τοὔνομα διελέχθη καὶ τὸ νῦν ἐπιπόλαιον γένος τῶν ἐριστικῶν ἐγέννησεν· ἵνα καὶ Τίμων φησὶ περὶ αὐτοῦ· Πρωταγόρης τ' ἐπίμικτος ἐριζέμεναι εὖ εἰδὼς. οὗτος καὶ τὸ Σωκρατικὸν εἶδος τῶν λόγων πρῶτος ἐκίνησε, καὶ τὸν Ἀντισθένους λόγον τὸν πειρώμενον ἀποδεικνύειν, ὡς οὐκ*

*) V. Cicer. Brut. 12. Quintil. Institt. III. 1, 12. Professus est Protagoras etiam celebratissimum illud, *τὰ ἥττω κρείττω ποιεῖν*, idque ope artis disserendi. v. Gell. N. A. V. 3, 7.

**) V. Theaet. p. 152. A. et p. 177. C. ubi Protagoreos vocat *τοὺς τὴν φερομένην οὐσίαν λέγοντας καὶ τὸ ἀεὶ δοκοῦν ἑκάστῳ τοῦτο καὶ εἶναι τούτῳ ᾧ δοκεῖ*. Cratyl. p. 386. D.

ἔστιν ἀντιλέγειν, οὗτος πρῶτος διείλεκται, καθά φησι Πλάτων ἐν Εὐθυδήμῳ. Adde Suidam, qui in voc. Πρωταγόρας· ἐκλήθη πρῶτος οὗτος σοφιστής. πρῶτος δὲ οὗτος τοὺς ἐριστικοὺς λόγους εὗρε, καὶ ἀγῶνα λόγων ἐποιήσατο. Ita igitur factum est, ut nec magistri deessent vanissimae artis, et numerus eorum, qui illam colerent vel admirarentur, eo magis cresceret, quo plus utilitatis inde vel ad causas commode agendas vel ad consequendam artis civilis perfectionem atque laudem redundare existimaretur *).

Et istiusmodi quidem homines Plato quum alibi saepe per occasionem notaverit ac perstrinxerit, sicuti paucis ad Remp. V. p. 454. E significavimus, tum in Euthydemo de industria castigavit acerbissime, in quo libro proposito Euthydemi et Dionysodori exemplo perspicue docetur, quibus artificiis et fraudibus inanis illa disputandi sollertia usa fuerit. Inducuntur enim illi ita disserentes, ut ineptissimas quasque cavillationes et captiosas quaestiunculas, magnam partem ex Protagorae ratione derivatas, miro animorum ardore cumulent atque praestigiis istis suis aciem eorum, qui disputationi intersunt, vel re vera praestringant vel certe praestringere conentur. Quocirca vel hanc ob causam dignus hic liber fuit, de quo quaereretur subtilius: neque enim in ullo antiquitatis opere tam illustris imago ob oculos posita est argutiae illius dialectices, quae universam paene Graeciam tantopere commovit, ut ipse Aristoteles postea operae pretium duxerit, quo modo contorta illa et aculeata sophismata expedienda essent, subtilius exquirere. Quanquam in isto nequaquam sunt omnia: pertinet enim hic liber, ut videbimus, etiam ad Socratis rationes quasdam illustrandas, de quibus ut tandem aliquando rectius quam adhuc statuatur, et ipsius viri et literarum causa valde optandum est.

Priusquam autem de his rebus deque universae scriptionis argumento et proposito disputare instituamus, et de sophistis illis, qui loquentes introducuntur, exponere iuvat,

*) Ab inani hac arte sophistarum diligenter discernenda est Megaricorum disserendi ratio, ab Eleaticis profecta illa, quae quanquam et ipsa utebatur argutis et contortis conclusiunculis, tamen tota ad locos quosdam philosophiae explorandos pertinebat neque mero argutandi et cavillandi lusu continebatur.

et de rationibus atque causis explicare, cur illorum censura non ad ipsos tantum, sed ad universam eristicae disciplinam a Protagora profectam pertinere iudicanda sit. Habent enim Platonis dialogi, ut constat, hoc sibi proprium, quod argumentum eorum fere ita tantum plene accurateque percipi potest, si de vita, moribus et opinionibus hominum in iis colloquentium certius constiterit: quod quia multi olim non animadverterunt, factum est ut vel doctissimi homines saepenumero in philosopho interpretando praecipites agerentur.

Itaque Euthydemus et frater eius Dionysodorus quinam fuerint et quid egerint, etsi aliunde parum accurate novimus *), tamen ex Platone non obscure intelligitur. Patriam narrantur Chium habuisse, clarissimam Ionum insulam. Qua relicta Thurios migrarunt, postea autem se in Atticam contulerunt, ita ut nunc Athenis, nunc aliis in oppidis commorarentur **). Enimvero quamvis iam aetate multum essent provecti et vero etiam, ut ait Horatius, seri studiorum ***), tamen non dubitabant se profiteri sapientiae et virtutis magistros. Duplex autem eorum fuit professio, quandoquidem et artem tractandorum armorum tradebant, quam videntur exercuisse, priusquam se darent sophisticae, et virtutis disciplinam pollicebantur omnium optimam ****). Redibat tamen, sicuti videtur, omnis eorum ad virtutem institutio potissimum ad ἀντιλογικῆς sive eristicae artis usum et exercitationem, qua quidem tantum poterant, ut quidquid esset argutarum et fallacium tricarum, id statim in promtu haberent et, quamvis essent aetate grandiores et edentuli, ingenti cum linguae volubilitate in medium proiicerent. Scilicet nihil erat quod sibi non viderentur continuo ar-

*) De Euthydemis egit Fabricius Bibliothec. Graec. 2, 81. 18. 3, 11. 6, 9. 4. et ad Sext. Empir. adv. Mathem. 7, 13. p. 372 sq. conf. Schneider. ad Xenoph. Mem. I. 2, 29. Chium nostrum Fischerus ad Cratyl. part. XI. p. 12. male confudit cum Dioclis filio, qui memoratur Plat. Sympos. p. 222. B. c. 37. Distinguendus idem est ab Euthydemo, Cephali filio, Lysiae fratre, cuius mentio fit De Rep. I. p. 328. B.

**) V. p. 271. C.

***) V. p. 272. B.

****) V. p. 273. C. D.

gutis conclusiunculis posse labefactare et convellere. Neque haec rixandi et altercandi consuetudo ab eorum doctrina, si quae fuit, abhorruit. Nam Euthydemus quidem ita sibi persuaserat: *πᾶσι πάντα ὁμοίως εἶναι ἅμα καὶ ἀεί* *), rerum naturam hominibus ad unum omnibus eandem usquequaque esse videri neque aliis tempore quoque aliam; a qua sententia profectus similiter atque Protagoras quidquid diceretur infirmare et in dubitationem vocare potuit. Hanc igitur artem satis ignobilem factitantes illi apud aequales, utpote talium argutiarum amantissimos, non exiguam videntur adepti esse auctoritatem. Certe quidem plerique syllogismi, qui ab iis apud Platonem proferuntur, ab Aristotele De Sophistarum Elenchis **) examinantur, quos vereor ut Stagirites fuisset memoraturus, nisi multorum animos in se convertissent. Quanquam fieri potest, ut Plato hos potissimum sophistas disserentes fecerit, non quia praeter ceteros honorati essent, sed quod eorum exemplo optime posset demonstrari, quousque rabies ista de omnibus rebus altercandi et rixandi esset progressa, et quantum ea detrimenti verae sapientiae disciplinae afferret ***). Nam quod iam antea significavi, quae in Euthydemo a Platone sunt exposita, haudquaquam ad unum Euthydemum et Dionysodorum spectant, sed pertinent potius ad explodendam totam illam eristicam, quae a Protagora duxerat originem, imo etiam ad ipsum Protagoram. Cuius rei complura sunt argumenta ab ipso Platone non obscuris sane indiciis prodita, neque tamen adhuc a quoquam animadversa.

Nam primum quidem non sine causa fieri putamus, quod Euthydemus et Dionysodorus Thuriis narrantur Athenas commigrasse. Cuiusmodi res si qui putant temere a philosopho commemorari, nae illi in magno opi-

---

*) V. Plat. Cratyl. p. 386. D. ubi nemo dubitabit quin idem Euthydemus intelligendus sit, qui in libro cognomini loquens inducitur.

**) Hoc quum passim per totum librum agatur, tum maxime ex c. 9. et 10. perspicuum est.

***) Latius etiam paullatim serpere coepisse istam eristicorum nationem, ex eo intelligitur quod Isocrates saepenumero in eos acriter invehitur.

nionis errore versari existimandi sunt. Etenim teste Heraclide Pontico apud Diogen. Laert. IX. 50. Protagoras Thuriorum coloniae Olymp. 84. 2. s. a. 443. ante Chr. natum conditae leges scripsit ideoque illic aliquamdiu commoratus esse videtur. Certe quidem a Platone Hipp. mai. p. 281. D. E. narratur in Sicilia esse versatus ibique cum Hippia artem sophisticam factitasse. Quocirca haud absurde coniicere licebit Chios istos colonos ibi in interiorem quandam sophistae celeberrimi notitiam et familiaritatem pervenisse atque postea temporis revertisse Athenas ibique ad illius exemplum sese componentes dialecticae vel potius eristicae operam navavisse *). Quod quo tempore evenerit, certo definiri non potest, siquidem Schleiermacheri coniectura ad locum p. 271. de fuga eorum prodita incerto nititur fundamento, id quod suo loco docebimus. Sed alia etiam sunt, unde Euthydemo eiusque fratri cum Protagora aliquid necessitudinis intercessisse non inepte suspiceris. Quod enim illi praeter disserendi artem ac virtutis disciplinam etiam ὁπλομαχίαν professi sunt, equidem non dubium esse arbitror, quin hac in re Abderitae exemplum sint imitati. Scripserat enim Protagoras teste Laertio IX. 55. praeter alia etiam librum περὶ πάλης. Quod ne temere ab hoc scriptore conflictum putes prohibent verba Platonis in Sophist. p. 232. D. τά γε μὴν περὶ πασῶν τε καὶ κατὰ μίαν ἑκάστην τέχνην, ἃ δεῖ πρὸς ἕκαστον αὐτὸν τὸν δημιουργὸν ἀντειπεῖν, δεδημοσιωμένα πού καταβέβληται, γεγραμμένα τῷ βουλομένῳ μαθεῖν. Th. Τὰ Πρωταγόρεια μοι φαίνει περί τε πάλης καὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν εἰρηκέναι. Hic enim quominus περὶ πάλης cum Schleiermachero metaphorice de disputandi certamine intelligamus, vehementer impediunt verba antegressa πρὸς ἕκαστον αὐτὸν τὸν δημιουργόν. Nec per se incredibile est Protagoram huius artis peritum atque gnarum fuisse, siquidem vera sunt, quae a Gellio N. A. V. 3. narrantur. Quanquam igitur lubenter concedimus eleganti lusu a Platone artem armis pugnandi sophistis attribui, ut videlicet isti in omni certaminis genere perfecti et consummati esse

*) Narrantur enim p. 272. C. Thuriis relictis πολλὰ ἤδη ἔτη περὶ τοῖσδε τοὺς τόπους διατρίβειν; quibus deinde adduntur haec: πέρυσι δὲ ἢ προπέρυσι οὐδέπω ἦσαν σοφώ.

videantur, tamen huius artificii commemoratione simul magistrum eorum atque ducem, qui et ipse artis athleticae non fuisset imperitus, non sine quadam irrisione significari nobis plane persuasimus. His accedit tertium quiddam, quod homines fuisse Protagoreos arguit. Quod enim uterque narratur praeter disserendi artem etiam forensium orationum scriptionem calluisse, id prorsus accommodatum est ad disciplinam Protagorae, quem antea vidimus in eo elaboravisse, ut artem sophisticam ad forensem dictionem traduceret. Huius igitur auctoritatem sequuti illi etiam iudicia acumine scilicet suo atque ingenio illuminare conati sunt. Praeterea qui locus vehementer torsit hominum doctorum ingenia necdum a quoquam satis dilucidatus est, pag. 293. A., is clarissimam accipit lucem, ubi Euthydemum et Dionysodorum fidos Protagorae discipulos fuisse sumserimus. Quod enim Socrates ibi sophistas interrogat, sitne ars regia, qua virtus ac sapientia absolvatur, ob oculos habuit procul dubio Protagorae decretum quoddam, de quo postea in argumenti enarratione dicetur. Nam iniecta huius sententiae mentione homines ab inani argutiarum studio callide traducere conatur ad severam gravemque disserendi rationem, siquidem ita futurum esse sperat, ut illi tandem aliquando missis ineptiis suis magistri rationem defendendam suscipiant. Porro p. 286 sqq. usque ad p. 288. dedita opera a Socrate refutatur sententia illa nobilissima Protagoreorum, qua omnis dissentiendi refellendique facultas tollebatur, ita quidem, ut illorum diserte mentio iniiciatur; quod quis est qui sibi ita fieri persuadeat, nisi Euthydemus et Dionysodorus et ipsi Protagorae rationem amplexati fuissent? Quid quod etiam alia quaedam decreta iis tribuuntur, veluti p. 283 sq. p. 285. p. 293 sq. quae, sicut postea docebimus, ex Protagorae doctrina manarunt. Denique hoc potissimum genus sophistarum, quod Protagoram sectabatur, Socrati maximam videtur invidiam atque odium conflavisse, unde factum est, ut vir optimus vel a poetis comicis una cum illis corriperetur. Quum enim multi Socraticam philosophandi rationem ab illorum vaniloquentia parum aut nihil discernerent, vir innocentissimus in eam adductus est suspicionem, ut vulgo in illorum numero habendus videretur: quod ipsum etiam Hegelianis quibusdam nuper accidisse inter omnes constat.

Sed postremum hoc, quod commemoravimus, quor-

sum spectet, tum demum evidenter apparebit, quum accuratius fuerit exploratum quid philosopho in hoc opere scribendo propositum fuerit. De qua re dici non potest quanta usque ad hunc diem virorum doctissimorum sit dissensio atque controversia.

Et vulgaris quidem olim haec fuit doctorum hominum de hoc libro sententia, ut Platonem existimarent id egisse potissimum, ut inanes sophistarum argutiae atque fraudes copiosa exemplorum enumeratione demonstrarentur. At enim vero hoc unum si Platoni fuisset propositum neque aliud investigari posset libri propositum; nos quidem lubenter fatemur assensuros esse Friderico Astio, viro clarissimo, totum opus Platonis ingenio et arte indignum iudicanti. Nam ut taceamus istam spinosarum conclusiuncularum congeriem per se ad eristicae istius vim naturamque illustrandam iudicandamque parum momenti facere, certe nullo modo intelligitur, quo vinculo singulae libri partes inter se contineantur, planeque redundare videtur postrema pars dialogi, in qua Crito cum Socrate loquens inducitur. Sed re diligenter explorata nemini, opinor, dubium esse poterit, quin qui ita de universo opere iudicaverunt, aliquantum a recta ratione declinavisse existimari debeant. Verissime enim Schleiermacherus eam quoque sermonis partem in censum venire observavit, quae Socratis cum Clinia sermonem complectitur quaeque rationis Socraticae illustrat praestantiam. Quanquam is hac observatione sua nostro quidem iudicio non ita usus est, uti a tanto viro factum velles. Fuit enim vir egregius in ea opinione, ut quae philosophus in Gorgia, Theaeteto et Menone de virtutis disciplina deque scientiae atque cognitionis natura exponere orsus esset, ea in Euthydemo ulterius profligari adeoque legentium animos ad amplioris cuiusdam et subtilioris doctrinae explicationem veluti praeparari *) existimaret. Quorum omnium nihil propemodum vere recteque affirmari facili negotio demonstrari potest. Nam ut taceam Menonem, in quo libro quod argumentum tractatur, id planissime ad liquidum perducitur, nec disputatio de mutua honestatis et utilitatis ratione in Gorgia agitata nec quaestio illa de

*) V. Opp. Plat. Vol. II. P. I. p. 400 sqq.

scientiae natura in Theaeteto instituta in hoc scripto subtilius exponitur aut illustratur uberius. Quocirca ne Schleiermacherus quidem nodum istum, quem Astius violenter secandum statuit, ullo modo expedivisse videtur. Neque viri acutissimi iudicium Sochero aut Winckelmanno, nupero libri editori, probatum est, quorum hic pariter atque ille ab eius opinione suam seiunxit sententiam. Socherus enim Platonem censuit verae germanaeque philosophiae dignitatem voluisse vindicare ab ignominia et mala existimatione, quae ei apud multos per improbas eristicorum artes conflata esset *). Winckelmannus autem in eam disputavit sententiam, ut Platonem statuerit luculento exemplo declarare voluisse, quanto intervallo distaret eristica sophistarum, verborum ambiguitatis auceps et mentis perturbatrix, a dialectica Socratica, et qualis esset utriusque fructus **). Nec vero negari potest utrumque superioribus multo propius ad verum accessisse. Quanquam equidem non adducor, ut veram rationem ab iis usquequaque patefactam esse mihi persuadeam. Nam Winckelmanni quidem ratio hoc habet incommodi, quod ex ea non perspicitur, quo vinculo postrema sermonis particula cum universae disputationis ratione contineatur: quod certe iure meritoque requiras, nisi Platonem ipsum operis unitatem atque simplicitatem non curavisse temere existimare volueris. Socherus autem etsi omnes ac singulas sermonis partes prudenter iudicio suo complexus est et, si summam rei aestimes, fortasse verum perspexit, tamen nec quorsum singula spectent et quam vim habeant, accurate exposuit, ut profecto multam quaerendi, dubitandi, obloquendi materiam reliquisse videatur. Quocirca nobis visum est aliam ingredi disputationis viam, ut tandem quid de universi operis argumento et proposito iudicari oporteat, si fieri possit, extra omnem dubitationem ponatur.

Versabimur autem in huius argumenti tractatione sic, ut ante omnia quid nobis de summa rei videatur, paucis exponamus; deinde sententiam nostram enarrando dialogi argumento vel illustremus vel confirmemus; deni-

---

*) V. De Script. Plat. p. 212.

**) Sunt haec ipsius verba Prolegg. ad Euthydem. p. XXXIII.

que disseramus de aliis quibusdam rebus, quae cum Euthydemi argumento habent aliquam coniunctionem et necessitudinem. Quibus expositis si forte obscuro Platonis operi plus lucis admovisse videbimur, quam adhuc ab eius enarratoribus factum est, habebimus sane, cur operae nostrae pretium aliquod statuendum esse minus dubitemus.

Iuvat igitur ante omnia paucis exponere, quid nobis de universi colloquii summa iudicandum videatur. Atque nescio sane, an nihil aut certe non multum a vero aberremus Platonem existimantes docere voluisse spinosam illam atque rixosam sophistarum disserendi rationem, quam maxime colerent Protagorei, etiamsi se ambitiosius virtutis magistrum iactaret, tamen nihil esse nisi vanam argutiarum maxime e vocabulorum ambiguitate ductarum captatricem, ideoque Socraticae disputandi consuetudini, unice illi ad rectam sapientiae et virtutis institutionem comparatae, plane contrariam; nihilominus autem eam ab hominibus philosophiam leviter gustantibus nominatimque a fastuosis forensium orationum scriptoribus pro vera germanaque philosophia haberi, atque ita accidere, ut quum universa sapientiae disciplina tum Socratica disserendi docendique ratio immerito in invidiam multorum et contemtum adducatur, ipseque vir sapientissimus in vanorum sophistarum numero habeatur.

Itaque primum quidem Platonem censemus utique hoc esse secutum, quod nemo est quin vel mediocriter attentus facile animadvertat, ut Socratica disserendi ratio veluti signis suis ab inani illa atque fraudulenta sophistarum arte dignosceretur. Quod quomodo philosophus efficere studuerit, postea videbimus, ubi ad argumenti enarrationem erit perventum. Cum huius autem rei tractatione arctissime coniunctum est illud, quod ita simul etiam ipsius Socratis dignitas atque virtus ab eorum calumniis vindicatur, qui virum innocentissimum temerario iudicio ventosae illi sophistarum nationi accensuissent. Quorsum pertinet locus vel maxime memorabilis p. 394. E. sqq. quem miramur sane ab interpreti-

bus neglectum esse, quum ostendat luculentissime, non de una disciplina Socratica agi, sed etiam de ipsius Socratis apud alios existimatione. Iam vero quum Socratica ratio esset adumbranda, fieri non potuit, quin simul locus aliquis philosophiae more Socratico tractandus esset. Itaque prudentissime Socrates duobus libri locis, missa cum sophistis altercatione, ita disserens inducitur, ut cum Clinia potius, adolescentulo, nullis dum sophistarum artibus depravato, colloquens more suo quaedam de verae felicitatis natura, de virtutis disciplina, deque scientia ad eam necessaria disputet, itaque ostendat, quantum ipsius ratio ab illorum nugis et praestigiis recedat. Quod quidem pro summo atque extremo universi operis consilio sic instituitur, ut argumentum disputationis tantummodo leviter attingatur, non in illustriore luce collocetur. Nam nihil aliud Socrates sibi vult, sicut ipse ait, nisi hoc unum, ut sophistis exemplum aliquod ob oculos ponatur, ad cuius normam suscepta disputatio de virtutis institutione, quam illi professi erant, prudenter dirigatur. Quocirca ipsius Socratis de his rebus sententia magis significatur obscure, quam enucleate exponitur. Ex quo ipso perspicuum est, cur improbandum censeamus Schleiermacheri iudicium, qui in his ipsis libri partibus summum scriptoris consilium cerni arbitratus est. Igitur haec tria singulari ac prope divina arte a philosopho inter se coniuncta videmus, ut et loci quidam doctrinae Socraticae attingantur, et ipsius Socratis virtus ab inanibus quorundam reprehensionibus vindicetur, et ratio disserendi Socratica eleganter adumbretur. Quamquam si verum quaerimus, haec omnia denique eo redeunt, ut doctrinae Socraticae maximeque dialecticae praestantia ostendatur. Verum non satis hoc Platoni fuit, qui praeterea etiam artificia illa, quibus sophistae solebant audientium animos deludere delusosque rapere in sui admirationem, ita demonstrare et exaggerare decrevit, ut certissime appareret, quid de iis esset statuendum. Quae quidem libri pars sicuti copiosissime exornata est, ita miro splendet facetiarum lepore, quo tanquam sale perspersa est omnis oratio. Etenim non solum rabies ista disputandi, qua homines correpti erant, suavissimis depingitur coloribus, sed etiam passim in eos dicta iocularia coniiciuntur, ut vere liceat affirmare per hanc sermonis partem omnia fere comicam spirare hilaritatem. Nempe secutus est philo-

sophus illud decretum suum, de quo Legg. VII. p. 816. D. ἄνευ γὰρ γελοίων τὰ σπουδαῖα καὶ πάντων τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία μαθεῖν οὐ δυνατόν, εἴ τις μέλλει φρόνιμος ἔσεσθαι. Huc accedit, quod ista disserendi ratio, quamvis inanis atque ventosa, tamen apud multos magnam nacta erat auctoritatem, ut profecto operae pretium esse videri posset eam copiosa oratione coarguere et tanquam spectaculo aliquo illustriore ob oculos posito demonstrare, qualis et quanta esset eius perversitas. Atque non dubitamus affirmare id Platonem praecipuo studio in hoc loco egisse: nam alioquin non tanta copia et ubertate in hoc argumento tractando usurus fuisset. Sed nimirum demonstrata sophisticae rationis vanitate facilius sane atque evidentius videbat emergere Socraticae doctrinae et rationis virtutem et praestantiam. Denique, quod vel maxime ad materiam praesentem pertinet, philosophus addidit etiam acerbam censuram eorum, qui vel opinionis errore vel quadam iudicii malignitate ducti illas sophistarum argutias et praestigias Socrati quoque tribuissent eoque viri sapientissimi doctrinam et institutionem in multorum invidiam et contemtum adducere studuissent; quos quidem homimines graviter admonuit, verae atque germanae sapientiae disciplinae honorem suum atque laudem semper esse mansurum, viri prudentis autem esse, quid in quaque re verum sit atque laudabile, priusquam de ea iudicare audeas, diligenter explorare et perpendere.

Ita igitur apparet universam scriptionem tribus constare partibus principalibus, reprehensione et castigatione eristicarum argutiarum quarum, auctores sese temere virtutis magistros profitebantur; adumbratione rationis Socraticae coniuncta illa cum brevi significatione earum rerum, quae ex Socratis sententia ad disciplinam virtutis requirebantur; denique censura pravorum iudiciorum de Socratis institutione et disciplina. Quae quidem partes si ex me quaeris, quo modo inter se cohaereant, ut operis unitas et simplicitas efficiatur, nihil habeo quod respondeam praeter ea, quae paullo ante posui. Redit enim universae disputationis summa eo, ut doceatur, sophistarum eristicam, quantumvis se virtutis magistram iactet, temerario quodam argutandi lusu contineri, rectamque viam ad virtutem et sapientiam per unam Socraticam monstrari rationem; nihilominus autem

accidere, ut haec cum illa ab hominibus semidoctis et sapientiae opinione inflatis temere permutetur atque ita immerito infamiae maculis adspergatur *). Ex quibus apparet illud quoque agi in hoc libro, ut Socratica ratio atque ipse Socrates ab inanis illius sophisticae, pulcherrime sane descriptae, crimine ac suspicione defendatur.

Iam patefacta in universum libri arte demonstrataque eius unitate atque partium convenientia sequitur, ut argumentum eius enarremus, quo dilucidius appareat, quo iure ita de supremo operis fine et proposito statuendum existimemus. Quod quidem ita facere constituimus, ut si quid vel explicatione vel etiam admonitione aliqua indigeat, id ordine deinceps suo loco interseramus. Nam ita certe fiet, ut et Platonis sententia facilius percipiatur et nostra ratio tanquam certo fundamento fulciatur, atque sustentetur. Faciemus autem enarrandi initium ab ipso sermonis exordio.

Conspexerat Crito, nobilissimus ille Socratis amicus, hunc familiarem suum in Lyceo cum peregrinis quibusdam hominibus disserentem, nec tamen ipse propter turbam hominum eos cingentium colloquio interesse vel auscultare potuerat. Quocirca Socratem interrogat, quinam isti homines fuerint et qua potissimum arte confidant. Cui hic respondet homines fuisse Chios, nomine Euthydemum et Dionysodorum, fratres, qui olim Thurios migraverint, inde vero confugerint in Atticam, ubi iam per aliquot annos sint commorati. Admirabilem autem ait esse sapientiae, qua polleant, copiam et amplitudinem, ut isti demum pro perfectis ὁπλομάχοις haberi et possint et debeant. Nam praeter armorum tractandorum peritiam eos gravissimorum certaminis generum scientia excellere, quum et forensium orationum scriptionem teneant callidissime eandemque aliis quoque

*) Id, sicuti alia, non perspexit vir doctus quidam, qui nuper in diario quodam de his rebus sententiam ferre sustinuit. Nempe is unitati artis adversari putat, quod plura tractari videantur argumenta. Sed nimirum bonus homo ne Critonem quidem Platonicum videtur percepisse aut legisse; alioquin quid de hoc Platonis artificio iudicandum esset, certe aliquatenus sentire potuisset. Nunc iste de arte in Euthydemo conspicua suo modo iudicavit.

impertiant, et disserendi sollertia atque facultate tantum valeant, ut quaecunque proferantur, acute soleant refellere et coarguere. Itaque semet ipsum ait hominum istorum vehementer appetere disciplinam et institutionem, eandemque etiam Critoni valde commendat, praesertim quum sperare liceat fore, ut vel senes facti eorum artem facile percipiant, neque ipse iis, sicuti Conno, musices magistro, tanquam ὀψιμαθής infamiam aliquam afferat, quandoquidem etiam Euthydemus et Dionysodorus iam aetate provecti ista omnia gnaviter didicerint *).

Hoc igitur est sermonis initium, quod versatur in describendis sophistarum illorum studiis itemque urbanissimae irrisionis lepore perfusum est. Quum vero in eo alia sint animadversione non indigna, de quibus commodiore loco dicetur, tum illud maxime observari debet diligenterque animadverti, quod Euthydemus et Dionysodorus narrantur inter alia etiam forensium orationum scriptionem professi esse. Ex eo enim clarum fit et perspicuum, cur extrema sermonis parte forensium orationum scriptores potissimum quum de omni philosophia tum de ipso Socrate iniquius iudicavisse dicantur. Enimvero id genus homines verisimile est, audita ista sophistarum professione, ipsos quoque eristicae operam dare instituisse, utpote exinde arti suae utique lucrum aliquod sperantes: mox tamen iidem perspecta eius vanitate, neque melioribus philosophiae praeceptis satis imbuti, quum eloquentiae laudem unice exoscularentur, coeperunt universam philosophiam contemnere atque ipsum Socratem, qui cum sophistis idemtidem solebat conversari, in eorum habere numero, qui talibus argutiis et praestigiis delectarentur. Id quod non obscure significatur infra p. 304. E. sqq. Nempe homines inflati et fastuosi, ut sibi solis prudentiae laudem vindicarent, eristicorum fraudes etiam Socraticae disciplinae tribuebant, qua quum saepius essent reprehensi et castigati, factum est, ut pro sapientiae opinione sua magno eius odio replerentur. Ex quo intelligitur, quid necessitudinis iis cum sophistis pariter atque cum Socrate intercesserit, et cur Plato eos non uno loco tanquam homines a philosophia

*) P. 271 — 272.

alienos carpere et notare constituerit. Sed satis haec de sermonis initio: redimus ad Socratis narrationem.

Is igitur a Critone interrogatus, qualis tandem hominum istorum sit sapientia et quid profiteantur, ita narrare incipit. Quum e Lyceo, inquit, discessurus essem, repente a daemonio admonitus meo ibi diutius remanere decrevi atque rursus consedi. Vix hoc feceram, quum Euthydemus et Dionysodorus intrant magna stipati audientium caterva et aliquamdiu in porticu deambulant. Interea advenit Clinias, Axiochi filius, et una cum ipso praeter alios eius amatores Ctesippus Paeaniensis, adolescens boni ingenii, sed dicax idem et protervus; qui iuxta me consederunt. Quo animadverso sophistae protenus ad nos advolarunt, futurum sperantes, ut Cliniam artis suae incenderent cupiditate. Et Euthydemus quidem iuxta Cliniam, Dionysodorus vero proxime ad me consedit, cingente nos magna eorum corona, qui sermones nostros audire vellent. Ibi ego Cliniae sapientiae, qua viri excellerent, magnitudinem et praestantiam magnopere praedicabam et commendabam. Sed illi laudibus meis non contenti se etiam maius quiddam dicebant profiteri; affirmabant enim se virtutem posse et optime omnium et vero etiam celerrime tradere. Quibus auditis ego, qui rei difficultatem semper perspectam habuissem, vehementer obstupui, ideoque eos rogavi, ut nunc huius rei specimen aliquod proponerent atque, missis aliis artibus suis, hoc unum agerent, ut Cliniae virtutis studium commendarent et ob id ipsum cum eo sermonem instituerent *).

Quod igitur supra significavimus inanem istam sophistarum dialecticam sese importune virtutis magistram iactitavisse, id hic ab ipso Platone videmus diserte confirmari. Etenim virtutis nomen quum pateret latissime, sophistae isti, Protagorae **) maxime secuti exemplum, quo facilius iuvenes ad sese allicerent, disciplinam eius et institutionem profiteri non dubitaverunt. Scilicet intellexerunt illi virtutem civilem, hoc est utilitatem, si-

*) P. 272. C. — 275. C.

**) V. Plat. in Protagor.

quidem se institutione sua id effecturos pollicebantur *), ut ipsorum discipuli ad causas dicendas, orationes publice habendas administrandamque rempublicam dialectices ope idonei redderentur. In quo dici non potest quantum a Socratis ratione deflexerint. Qui quum virtutem in scientia honesti et certa officii persuasione inesse censeret, illam sibi persuaserat ita tantum posse doceri, si proba atque recta docendi ratio eo valeret, ut recti honestique sensus in animis eorum, quos quis institueret, excitaretur atque acueretur. Tantum igitur abest, ut Euthydemus et Dionysodorus deinceps de honestatis et probitatis comparandae ratione dicant, ut argutandi facultatem suam ostentaturi alias ex aliis nectant conclusiunculas et quaecunque dicuntur, protenus captiosis argumentationibus convellere conentur. Nimirum errorem aetatis suae late propagatum secuti promunt quidquid fallacium sophismatum in promtu habent, idque adeo promiscue atque temere, ut eos facile appareat mera duci argutandi altercandique lubidine. Quocirca noli quaeso in disputatione eorum certum aliquem atque lucidum sententiarum et argumentationum ordinem quaerere; quem si qui cum Friderico Astio desideraverunt, ii consulto a Platone disputationem ita habitam fingi, quo magis hominum perversitas arguatur, omnino videntur neglexisse. Sed audiamus qualia sint, quae isti virtutis scilicet magistri in medium afferunt.

Initium disputandi Euthydemus facit, Cliniam interrogans, utri discere videantur, sapientes an insipientes. Qui ubi respondit discere sapientes, Euthydemus eum hac conclusiuncula adoritur. Qui discunt, inquit, hi ab aliis docentur; qui docent, ignorantibus artes et disciplinas tradunt; ergo non sapientes, sed ignorantes discere iudicandi sunt. Hunc continuo excipit Dionysodorus, qui contraria probaturus hac utitur argumentatione. Grammatista dictante, inquit, ii tantum puerorum discunt, qui non carent sapientia, hanc videlicet intelligens docilitatem; ergo discunt sapientes, nec vero insipientes. Ingenti audientium plausu coorto vicissim Euthydemus haec profert: Qui discunt, nonne quae non-

*) V. Protag. p. 316. C. p. 318. B sqq. Men. p. 91. A sqq. Hipp. mai. p. 296. A. al.

dum sciunt discere existimandi sunt? Affirmat hoc Clinias. Quo facto ille: Si quis quid recitat, dubium non est, quin literas pronuntiet: iam vero tu literas didicisti; ergo illum audiens discis quae iam antea novisti. Quibus ita conclusis Dionysodorus rursus contrarium probare instituit. Hic enim, Scire nihil aliud est, inquit, nisi habere scientiam; discere autem est scientiam accipere; scientiam vero accipit, qui ea nondum fuit imbutus; ergo qui discunt, ii imbuuntur notitia eorum, quae adhuc ignorant *).

Vides misellum adolescentulum meris vexari argutiis, ex ambiguitate verborum derivatis; de qua re ut verbum addamus, non putamus necessarium. Quocirca urbana sane atque elegans Socratis oratio est, qui ubi Euthydemum videt in eo esse, ut Cliniam novis etiam perturbet conclusiunculis, adolescentem amice consolatur, atque hortatur, ut ne animum despondeat, siquidem hospites nunc videantur ludere et iocari, procul dubio mox etiam id acturi, ut ipsi sapientiae suae penetralia penitus recludant et aperiant. Ut tamen caveatur, ne lusus iste protrahatur longius, sophistas modeste et urbane admonet, ut velint promissi sui esse memores, et quo modo virtuti operam dare oporteat, iam tandem adolescentem edoceant, satis perspicue significans, istam quidem ad virtutem institutionem nullius esse pretii. Quum vero antea illi ad alia omnia aberrassent, faciendum putat, ut iis exemplo aliquo ostendat, quale disputandi genus ad rem praesentem adhibendum censeat **).

Itaque nunc specimen aliquod disputationis Socraticae proponitur, unde perspicere liceat, quantum ea recedat ab eristica sophistarum. Etenim primum quidem virtutis notio informatur ita, ut non utilitatis ducatur ratio, sed tota eius vis et natura in scientia ponatur. Deinde disputatur sic, ut omnes argutiae et praestigiae penitus reiiciantur atque id unice agatur, ut recta atque vera exhibeatur notionum finitio et descriptio. Ex quo perspicuum est et materiam disputationis plurimum differre a nugis sophistarum et disserendi rationem ad ex-

*) P. 275. C. — 277. B.

**) Usque ad p. 278. D.

quirendum verum, non ad fucum hominibus faciendum esse comparatam. Redit autem summa eorum, quae a Socrate explicantur, fere huc.

Omnes homines, inquit, felicitatem expetunt. Ea vero censetur possessione bonorum. Sed quid bonum sit, quid malum, de eo maxima est opinionum dissensio. Et vulgo quidem divitiae, prospera valetudo, pulcritudo corporis, generis nobilitas, potentia et auctoritas pro bonis habentur. Nec vero dubitari potest, quin temperantia, iustitia, fortitudo, sapientia et felicitas huc referendae sint. Quanquam felicitatem quod una memoravimus, parum considerate fecisse videmur. Continetur enim felicitas non alia re nisi sapientia, ut quae sola efficiat, ut quis in agendo recte prudenterque versetur atque propositum feliciter assequatur. Quocirca hac qui ornatus est, is felicitate haudquaquam indiget. Quid quod etiam divitiae, honores, alia, quae vulgo in bonis ducuntur, ita demum certam stabilemque felicitatem afferunt, si iis recte uti scias, id quod una sapientia effici videtur *). Ex his autem efficitur, ut una maxime sapientia et scientia pro vero bono habenda sit, inscientia pro malo. Iam quum omnes expetant felicitatem, unicuique hoc maxime agendum esse apparet, ut fiat quam sapientissimus. Atque hic gravissima oboritur quaestio, possitne sapientia discendo comparari. Quod si ita est, nihil illa studiosius colendum expetendumque esse consequitur **).

Haec igitur Socrates ad Cliniam, in quibus apparet rationi sophistarum, qui omnia commodis et utilitatibus metiebantur adeoque virtutem ad *εὐτυχίαν* ***) quandam revocabant, eam opponi sententiam, qua ipse felicitatem in virtute, virtutem autem in recti honestique scientia inesse statuebat. De qua viri sententia nemo accuratius exposuit Brandisio in Mus. Rhen. Vol. I. p. 130 sqq. conf. etiam Prolegg. nostra ad Lachetem et Charmidem.

---

*) De hac Platonis sententia vid. Legg. II. p. 661. A. D. Menon. p. 420. D.

**) Usque ad p. 282. D.

***) V. Menon. extr. Itaque eam a casus temeritate non esse liberam et immunem statuebant.

Plurimum autem refert ad rectam libri veramque intelligentiam, hoc diligenter observavisse, quandoquidem inde perpicue intelligitur verum esse quod supra indicavimus, Socratis rationem in hoc opere sophistarum disciplinae opponi. Nam Platonis certe sententia posteriore quidem tempore hac in re multum a magistri opinione deflexit, siquidem verissime observavit Aristoteles Euthic. Magn. I. 1. illum a Socrate dissentientem, animo in tres illas partes, rationem, iram, cupiditatem descripto, suas cuique parti virtutes attribuisse, ideoque virtutem non in scientia, sed in vi quadam atque robore animi quaesivisse: quod quidem in Phaedro maxime atque libris de Republica ab eo ita factum esse alibi demonstravimus Nec vero dubium videtur, quin Plato ipse, quo tempore Euthydemum literis consignavit, ratione illa sua nondum inventa, magistri sententiam adhuc amplexus sit atque tenuerit Ex quo quid de tempore, quo liber scriptus sit, probabiliter colligere liceat, nemo erit quin protenus animadvertat. Sed nolumus hic occupare quae postea suo loco tractanda erunt accuratius. Redimus ad Socratis cum sophistis disputationem.

Hic igitur proposito illo disputationis exemplo argutos istos disputatores, quibuscum disserit, modeste rogat, ut aut idem argumentum tractent artificiosius, aut persequentes illud ulterius adolescentulo iam ostendant, omnesne artes ac disciplinae discendae sint, quibus ad sapientiam et felicitatem perveniatur, an una aliqua ad eam consequendam suffectura videatur. — At enim vero tantum abest, hi ut eius desiderio satisfaciant, ut rursus pro more suo mirifice argutari et hallucinari incipiant. Nam finita Socratis oratione Dionysodorus, Vultis igitur, inquit, Cliniam fieri sapientem; ergo optatis, ut misellus homo fiat alius atque nunc est, ideoque penitus perdatur; nam perdere est efficere, ut qui nunc est, non amplius idem sit *). Quibus verbis indignatus Ctesippus, Cliniae amator, sophistam graviter increpat eumque ait mentiri impudentissime. Quod ipsum arripiens Euthydemus fieri posse negat, ut quisquam mentiatur. Qui enim mentitur, inquit, is dicit quod non est; sed quae non sunt, ea ne dici quidem possunt; ex

*) P. 282. E. — 283. D.

quo consequitur, ut omnis tollatur mentiendi facultas. Acute quidem ad haec Ctesippus respondet, qui mentiatur, eum res aliter dicere se habere atque revera comparatae sint. Sed Dionysodorus rursus eius sententiam fraudulenter pervertens: Ergone te censes, inquit, de rebus omnibus dicendum esse prouti ipsae comparatae sint, hoc est, de malis male, de bonis bene, de calidis calide, de frigidis frigide? Istud quidem dici non potest quam absurde ita statuatur *). — Hic quum inter Ctesippum et Dionysodorum acrior rixa et contentio oriatur, Socrates pugnam istiusmodi prohibiturus iocose adolescentem admonet, facile istud, quod sophistae dixerint, tolerandum fore, si modo illi ita homines sciant perdere, ut e malis fiant sapientes. Quod si sic habeat, semet ipsum ait non esse recusaturum, quin in se tanquam vili corpore rei periculum capiatur. Nec vero concedit Ctesippus se Dionysodoro fuisse iratum; hunc tamen ideo reprehendit, quia non possit ferre dissentientem. Quid igitur tum? Nimirum postremum hoc verbum Dionysodorus rursus cupide arripit, ut novas gerras tricasque in medium afferat. Negat enim fieri unquam posse, ut quis ab altero dissentiat et contra eum dicat. Quod quidem probaturus hac utitur argumentatione. Si nihil quidquam, inquit, negari posse antea recte statuimus, consentaneum est ne dicere quidem cuiquam contra quenquam licere. Iam vero ii, qui rem quampiam accurate cognitam et exploratam habent, haudquaquam inter ipsos dissentient. Qui autem eandem non habent perspectam, nullo modo de eadem re loquuntur, ut inter eos nulla locum habeat sententiarum controversia. Ex quo consequitur, ut nulla prorsus reperiatur iudiciorum dissensio **). Ctesippo iam tandem tacente Socrates rursus suscipit sermonem. Monet enim hanc rationem iam olim Protagorae aliisque placuisse, videlicet ita tecte significans, unde homines istud tam praeclarum inventum repetierint; deinde autem id agit, ut eos suis ipsorum laqueis irretiat. Disputat igitur in hunc fere modum. Si nemo, inquit, falsa dicere unquam potest, videmur ne opinari quidem falsa posse. Sublatis autem

*) Usque ad p. 284. E.

**) Usque ad p. 286. B.

falsis opinionibus, nec insipientia erit ulla nec reperientur insipientes. Insipientia autem remota sequitur, ut semper recte agamus nec unquam a vero aberremus. Quod si ita est, haud sane intelligitur, qui vobis in mentem venire queat vos sapientiae et virtutis magistros profiteri *). — Sentiens iam sophista, quorsum ista argumentatio evaserit, protenus callido utitur artificio, quo eam totam eludat. Graviter enim Socratem vituperat, quod proferat adeo antiqua, videlicet dum virtutis memoret disciplinam, quam eristici antea erant professi, neque in praesenti materia subsistat. Hoc autem eum ideo facere iudicat, quia non habere videatur, quid iis faciat, quae nunc ab ipso dicta sint. Callide igitur isto modo loquitur, ne dissentiendi refutandique vocabulo utens ipse refutetur. Verum Socrates istam odoratus calliditatem statim urget ac premit istud non habere quid faciat. Hoc enim arbitratur nihil aliud sibi velle (ἐννοεῖν), quam non posse refutare. At vero errore sublato consequens esse, ut ne refutationi quidem locus sit. Ita igitur sophista in extremas compellitur angustias. Sed quid ille? Nimirum ut captiosae conclusioni elabatur, relicta praesenti materia carpit illud ipsum, quo Socrates usus erat, nihil aliud sibi velle, quod inepte et absurde dici arguit, quia vocabula careant sensu et ratione. Verum Socrates rursus ipsius sophistae adhibens conclusiunculas, sive recte loquutus sit, sive non recte, nullo modo fieri posse contendit, ut erroris convincatur **),

Frustra per hanc sermonis partem certum aliquem anquiras sententiarum et argumentationum ordinem; nam sophistae desultoria levitate adeo incerta via vagantur et oberrant, ut quaecunque argutiarum et praestigiarum ostentationi aliquo modo inservire possint, ea arripiant cupidissime et ad alios fallendos decipiendosque studiose adhibeant. Nec tamen existimare licet ista omnia temere ita apud Platonem instituta esse. Nam quemadmodum antea luculento exemplo demonstratum est, quid sit illud, in quo Socratis disputatio versari soleat, et quam longe ea hoc nomine a sophistarum opinionibus

*) Usque ad p. 287. A.

**) Usque ad p. 288. A.

recedat, ita hic ostenditur, accuratam istam notionum pervestigationem, qua Socratica utatur ratio, etiam eo valere, ut fallaces et captiosae eristicorum conclusiunculae in sermonibus et detegantur facillime et gravissime coarguantur. Quod si tenuerimus, nihil erit profecto, quod in hoc loco haereamus, praesertim quum Plato id egerit, ut sophisticas cavillationes quasi spectandas omnibus proponeret propositasque exagitaret et perstringeret. Quanquam philosophus committere noluit, ut unice nugis illis explodendis operam studiumque suum consumsisse videretur. Prudentissime enim hanc nugarum censuram egit ita, ut simul nobilissima illa Gorgiae et Protagorae *) placita de tollenda mentiendi, opinandi et dissentiendi facultate examinaverit et penitus refutaverit. Quod quidem ne quis parum opportune ab eo factum esse opinetur, recordandum est, videri eos ipsos homines, quibuscum Socrates disserit, e Protagorae disciplina et institutione profectos esse, ut haec quoque artificiosissime cum reliqua disputatione connexa esse atque copulata clarissime appareat.

Posteaquam autem sophistae in maximam consilii inopiam coniecti sunt, Ctesippus, ut est homo paulo calidior, acriter in eos invehitur, quippe quos ineptissima quaeque et absurdissima proiicere non puduerit. Socrates autem scita cum urbanitate idem ei respondet, quod antea Cliniae, videri homines nunc quidem ludere et iocari, mox tamen id fortasse acturos, ut disputent serio atque graviter. Quocirca nihil censet intentatum esse relinquendum, quo tandem eo perducantur, ut reconditas sapientiae suae copias explicare velint. Quid quod iis iam alio etiam exemplo ostendere instituit, ad quam normam disputationis cursum dirigendum arbitretur. **) Pergit igitur una cum Clinia de argumento,

---

*) Nam veteres illi sophistae et cum iis Antisthenes, Gorgiae discipulus, id agebant sedulo, ut falsum, i. e. non ens, ne dici quidem posse evincerent. Ex quo consequebatur, ut nec mentiri quisquam nec contra aliquid dicere posse videretur. v. Aristot. Metaphys. IV, p. 119. Brand. et Isocrat. Encom. Helen. p. 231 sq. coll. Plat. Sophist. p. 237. A. 260. C. Cratyl. p. 385. C. p. 429. D. sqq. Theaet. p. 167. D. p. 187 sqq.

**) P. 288. D.

quod attigerat in superioribus, explicare, ita quidem ut vel adolescens multa prudenter animadvertat.

Convenit ergo inter nos, inquit, scientiam esse expetendam, ideoque etiam philosophandum, siquidem philosophia nihil est aliud, nisi scientiae studium. Sed illud est valde dubium atque incertum, quaenam potissimum scientia studiis nostris expetenda sit. Videtur tamen talis esse debere, quae nobis aliquem utilitatis fructum largiatur. Quanquam non omnis scientia, quae est utilis, protenus etiam ideo maxime exoptanda est. Nam quae artes ac disciplinae efficiunt quidem aliquid, nec tamen sapientem demonstrant rei effectae usum, eae ad plenam consummatamque felicitatem non satis valent. Quocirca ea investiganda erit scientia, quae et rerum utilium sit effectrix quaedam, et earumdem usum prudenter edoceat. Itaque nec ars citharas aut tibias fabricandi, nec orationes scribendi sollertia, qua multi temere superbiunt, nec scientia rei militaris hic in censum veniunt, quae artes omnes usum habent ab operis effectione seiunctum. Quid vero? affertne fortasse ars regia sive civilis istam, quam quaerimus, scientiam? Nam haec quia omnes ac singulas reipublicae partes complectitur, profecto alicui videatur ceterarum artium omnium utilitates in se comprehendere. At enim vero non recte statuunt, si qui ita iudicant. Nam quaerentibus nobis atque investigantibus, quid tandem sit quod per eam efficiatur, nihil sane reperietur, quod sibi tanquam proprium opus vindicare possit. Divitiae enim, opes, auctoritas, securitas atque id genus alia, etiamsi arte regia effici videantur, tamen nostro ipsorum iudicio per se spectata neque in bonis neque in malis ducenda sunt, quum in bonis nihil possit numerari, nisi quod habeat certam scientiam. Itaque ambigere profecto licebit, qualem tandem scientiam ars regia sive civilis sibi vindicet. Et facile quidem aliquis in eam deveniat opinionem, ut eam censeat eo pertinere, ut alios bonos et utiles reddere possimus. Sed magnopere vereor, ne hoc quoque parum accurate ita statuatur. Nam hic rursus novae oboriuntur difficultates, siquidem denuo quaerere licebit, quidnam sit istud ipsum, in quo illi boni et utiles evasuri sint. Ac si quis forte respondeat eos utiles esse ad id, ut alii item per eos boni fiant, continuo eadem recurret dubitatio, ut profecto nullus futurus sit ambigendi atque dubitandi finis.

His ita explicatis Socrates magnam simulat consilii inopiam, ideoque hospites vehementer rogat, ut suam de hac re sententiam candide proponere ne dubitent*).

Docere Socrates atque affirmare solebat, ut antea vidimus, scientiam illam, qua virtutem omnem contineri volebat, positam esse in honesti cognitione atque certa persuasione officii. Verum ea viri sententia quominus recte ab omnibus perciperetur, communis aequalium error lateque propagatus impediebat. Qui quum virtutem referrent ad commoda et utilitates, ne suspicabantur quidem, qualis tandem esset illa scientia, quam Socrates ad virtutem requireret. Id quod vel Xenophonti accidisse novimus, cuius ingenium quum magis ad ipsam actionem quam ad intelligendi subtilitatem esset a natura comparatum, factum est, ut quam Socrates diceret scientiam, eam communem hominum opinionem sequutus prudentem rerum utilium et inutilium deliberationem interpretaretur**). Itaque mirandum non est, quod Socrates apud Platonem saepenumero ita disserens introducitur, ut hoc decreto suo callide celato ad sophistas aliosque id genus homines ludificandos utatur, id quod in Prolegomenis ad Lachetem et Charmidem perspicue docuisse videmur. Atque huius rei observatio dici non potest quantum valeat ad rectam huius loci interpretationem, quem qui rite explanaret, nemo dum repertus est. Cavendum enim est magnopere, ne quae hic a Socrate disputantur, pro ipsius decretis habeamus ***): sunt enim omnia ad mentem sophistarum disputata, quos ille reprehensis eorum opinionibus sperat eo adductum iri, ut gravem prudentemque earum defensionem suscipiant. Itaque primum quidem more sophistarum virtutis scientia refertur ad utilitatem. Deinde

*) P. 288. D. — 293. A.

**) Praeclare hoc docuit Dissenius Disp. De philosophia morali in Xenophontis de Socrate commentariis tradita. Götting. 1812. 4. Quomodo quae a Xenophonte traduntur ad normam eorum, quae Plato et Aristoteles narrant, exigenda et iudicanda sint, prorsus egregie exposuit Brandis Mus. Rhenan. V. I. p. 123 sqq. p. 134 sqq.

***) Hoc accidit Fr. Astio De Vita et Scriptis Plat. p. 416. et Schleiermachero Praef. ad h. l.

varia illius genera perpenduntur et examinantur, ita quidem, ut utilissimam eam fore scientiam statuatur, quae et rerum utilium effectrix sit, et prudentem earundem usum demonstret. Quae sententia a quibusnam profecta sit, etsi non exploratum habemus, tamen scholae illi, cui Euthydemus et Dionysodorus addicti fuerunt, propriam fuisse non temere suspiceris. Tum ad hanc ipsam normam, hoc est, ad eorum consuetudinem, qui omnia referebant ad utilitatem, singulae quaedam artes iudicantur, atque oblata opportunitate severa agitur censura et de rei militaris scientia, quam scilicet ὁπλομάχοι illi profitebantur, et de forensium orationum scriptione, qua multos adeo se iactasse, ut prae ista scilicet arte sua totam philosophiam contemnerent, et hoc loco significatur et ex postrema sermonis parte perspicuum est. Denique quid de arte regia sive civili statuendum sit, subtiliter exploratur. Qui locus profecto miramur quod nulli interpretum singulari quadam animadversione dignus iudicatus est. Nam quaerendum sane hic illud venit, quid tandem sit, cur artem regiam ad virtutis possessionem parum aut nihil valere tam copiose ostendatur. Et nos quidem non dubitamus, quin totus hic locus ad explodendam Protagorae sententiam pertineat, qui virtutis disciplinam omnem ad *τὴν πολιτικὴν* sive *βασιλικὴν τέχνην* revocasse videtur. Cuius rei testem habemus locupletissimum ipsum Platonem, qui in dialogo Protagorae nomine inscripto hunc sophistam ità disserentem facit, ut virtutem statuat totam contineri eo, ut quis rei et domesticae et publicae recte consulat *), adeoque eam hominibus censeat ideo tributam a diis esse, ut propulsandis malis et iniuriis civilis societatis securitatem tueri et conservare possent **). Sed dignus est qui totus adscribatur ille Platonis locus p. 322. B sqq. ubi Protagoras inter alia: *καὶ ἡ δημιουργικὴ τέχνη αὐτοῖς* (hominibus) *πρὸς μὲν τροφὴν ἱκανὴ βοηθὸς ἦν, πρὸς δὲ τὸν θηρίων πόλεμον ἐνδεής· πολιτικὴν γὰρ τέχνην οὔπω εἶχον, ἧς μέρος πολεμική· ἐζήτουν δὴ ἀθροίζεσθαι καὶ σώζεσθαι κτίζοντες πόλεις. ὅτ' οὖν ἀθροισθοῖεν, ἠδίκουν ἀλλήλους ἅτε οὐκ ἔχοντες τὴν πολι-*

*) P. 318. E sqq.

**) P. 322. sqq. coll. p. 327. C. et conf. quae Schleiermacherus p. 233. de ea re monuit.

τικὴν τέχνην, ὥστε πάλιν διασκεδαννύμενοι διεφθείροντο. Ζεὺς οὖν δείσας περὶ τῷ γένει ἡμῶν, μὴ ἀπόλοιτο πᾶν, Ἑρμῆν πέμπει ἄγοντα εἰς ἀνθρώπους αἰδῶ τε καὶ δίκην, ἵν' εἶεν πόλεων κόσμοι τε καὶ δεσμοὶ φιλίας συναγωγοί κ. τ. λ.; ad quem locum vide quae olim commentati sumus. Apparet igitur opinor, ex his verbis satis dilucide, illam ipsam hic informari artem regiam, cuius in Euthydemo ab Socrate mentio iniecta est*). Enimvero est haec profecto ea disciplina, qua sophista statuebat effici posse virtutem, quam dictitabat, hoc est prudentiam et domesticam et civilem. Nam hanc unam eum nomine virtutis significavisse, certissime intelligitur ex eius professione Protagor. p. 316. C p. 318. B sqq., ubi inter alia de arte sua haec praedicat: τὸ δὲ μάθημά ἐστιν εὐβουλία περί τε τῶν οἰκείων, ὅπως ἂν ἄριστα τὴν αὑτοῦ οἰκίαν διοικοῖ, καὶ περὶ τῶν τῆς πόλεως, ὅπως τὰ τῆς πόλεως δυνατώτατος ἂν εἴη καὶ πράττειν καὶ λέγειν. Quibuscum componas illa Menon. p. 91. A. οὗτος γὰρ πάλαι λέγει πρός με, ὅτι ἐπιθυμεῖ ταύτης τῆς σοφίας καὶ ἀρετῆς, ᾗ οἱ ἄνθρωποι τάς τε οἰκίας καὶ τὰς πόλεις καλῶς διοικοῦσι καὶ τοὺς γονέας τοὺς αὑτῶν θεραπεύουσι καὶ πολίτας ξένους ὑποδέξασθαί τε καὶ ἀποπέμψαι ἐπίστανται ἀξίως ἀνδρὸς ἀγαθοῦ. ταύτην οὖν τὴν ἀρετὴν σκόπει, παρὰ τίνας ἂν πέμποντες αὐτὸν ὀρθῶς πέμποιμεν. ubi postea adiiciuntur haec: οἶδα γὰρ ἕνα ἄνδρα Πρωταγόραν πλείω χρήματα κτησάμενον ἀπὸ ταύτης τῆς σοφίας ἢ Φειδίαν τε — καὶ ἄλλους δέκα τῶν ἀνδριαντοποιῶν. Theaet. p. 172. A. His igitur omnibus perpensis dubium non videtur, quin in Euthydemo regiae scientiae mentio ideo

*) Longe alia de hac re sententia fuit Schleiermacheri Praefat. ad Cratyl. p. 18. ita scribentis: „Die im Euthydemus erwähnte königliche Kunst kann nur das Gute schlechthin zum Gegenstande haben, als das um sein selbst willen seiende in der Identität des Gebrauchs und der Hervorbringung; alle andern einseitig nur hervorbringenden oder gebrauchenden Künste aber sind lediglich ihre Organe und Untergebenen.“ Nimirum is huius loci non satis accurate videtur meminisse: nam alias certe artis regiae notionem longe aliam nunc informari facile perspexisset.

iniiciatur, ut Protagorae de ea sententia ad ipsorum sophistarum normam exacta iudicetur atque reprehendatur. Hoc autem quis est qui sibi persuadeat Platonem ita instituturum fuisse, si Euthydemo et Dionysodoro nihil cum sophista celeberrimo fuisset commercii? Nimirum hoc si nullum fuisset, ista sane nihil prorsus ad sophistas pertinerent. Nunc vero sollertissima cum arte et Protagorae doctrina videtur corripi, et sophistae reprehensione eius ad subtiliorem rei disputationem excitari atque provocari, nihil ut ad rerum perspicuitatem et ad artis elegantiam toto hoc loco desideretur. Sed his explicatis reverti placet ad persequendum sermonis ordinem et progressum.

Quod igitur speraverat Socrates hac disputatione sua effectum iri, ut sophistae tandem ab argutarum conclusiuncularum ostentatione ad severam gravemque disserendi rationem traducerentur, id tantum abest ut ratum fiat, ut alia omnia eveniant. Vix enim ille disputationem suam finivit, quum viri quamvis ad Protagorae magistri atque ipsorum decreta defendenda provocati, tamen rursus eum novis argutiis adoriuntur. Nam Euthydemus illis auditis: Quid, inquit, o Socrate? Utrum te hanc quam quaeris scientiam nunc doceam, an vis ut demonstrem iam dudum te ea fuisse ornatum et instructum? Optione relicta posterius efficere conatur. Qui scit aliquid, inquit, is scientiam habet; qui habet scientiam, quia simul idem esse atque non esse nequit, scientia est praeditus; qui autem scientia praeditus est, eum omnia scire consequitur, quoniam, si quid ignoraret, simul scientia foret destitutus; quod fieri non posse ex superioribus est perspicuum. Igitur tu, o Socrate, quoniam omnia novisti, ne illud quidem ignoras, quod te scire avere significavisti.

Prudenter atque callide sophista hac utitur argumentatione, quae et ipsa ex Protagorae depromta doctrina est, cuius rationem a Socrate reprehendi sensisset. Protagoras enim quum hominem vellet mensuram rerum esse omnium *), ideoque qualia cuique viderentur

*) V. de hac viri sententia quae affert Menagius ad Diog. Laert. IX. 51. et quae ipsi ad Cratyl. p. 385. E. dedimus.

tur, talia ei esse, omnia visa atque opiniones pro veris habuit: sensus enim cuiusque rei ex eius sententia semper est, neque is unquam falsus, ut quo ipsa scientia contineatur. Ex quo philosophus etiam hoc consequi voluit, neminem simul aliquid posse et scire et ignorare, imo vero quemque semper scire omnia, nunquam falsa opinari *). Ex quo clarum fore putamus, quo iure hanc conclusiunculam Euthydemi e Protagorae placitis derivatam esse censuerimus.

Frustra autem Socrates sophistae opponit hoc, quod sibi non omnia, sed aliqua tantum scire videatur. Enimvero acerrimi disputatores, ne scilicet denuo possint coargui et refutari, hanc ei iam praescribunt disputandi legem atque normam, ut simpliciter vel aiat vel neget, nihil quidquam addat de suo. Quocirca ei nihil relinquitur nisi hoc, ut eos vicissim captiosa argumentatione irretire studeat. Quaerit igitur ex iis, num ipsi, quia aliqua sciant, etiam ceterarum rerum omnium scientiam teneant. Quod quoniam negare non possunt, nisi parum constanter disputare videri velint; facili negotio eo rediguntur, ut absurdissima quaeque concedere cogantur **).

Ita igitur hic rursus eadem opera et Protagorae sententia refellitur et sophistarum carpitur disserendi ratio, ita quidem, ut more Socratico rerum notiones subtilius discernantur. Nimirum quod isti volebant quemque semper omnia scire, quia quale quidque cuique appareret, tale etiam esset, in eo Socrates atque Plato facile pervidebant magnum inesse opinionis errorem, siquidem ita consequeretur, quod nemo temere concesserit, neminem unquam cuiusquam rei esse inscium vel imperitum.

Sed vel adolescens Ctesippus apud Platonem quam inanis ea sit ratio facili negotio perspicit. Quocirca sophistas, ut est petulans atque protervus, ioculari petit irrisione, hominesque vetulos et edentulos facete rogat, ut uterque dicat, quot alter habeat dentes. Quo fit, ut illi perridicula ratione in consilii inopiam coniiciantur.

---

*) v. Ritteri Histor. Philosoph. Tom. I. p. 601 sq.

**) Usque ad p. 294. B.

Nihilominus autem Euthydemus, miro illius placiti amore captus, alia argumentatione evincere conatur, etiam Socratem omnia, et quidem semper scire. Hic enim posteaquam se aliqua novisse largitus est, ille argumentum hunc in modum concludit: Qui scit aliquid, inquit, per aliquid illud sciat necesse est; scit vero omnia semper uno et eodem, neque alio atque alio: ex quo consequitur, ut quicunque aliquid sciat, is omnia et quidem semper scire existimandus sit. Non praeterit Socratem, quid sit in quo argumentationis fallacia lateat. Quocirca respondet mente se tenere scientiam, neque omnia, sed ea tantum, quae sciat. Sed sophista iterum clamitat disputandi legibus adversari, quod plus responderit, quam sit interrogatus ideoque admiscuerit ea, quae extra causam esse videantur *). Quocirca Socrates voluntati eorum morigerari coactus propositam argumentationem alia ex parte adoritur. Quaerit enim ex iis, utrum ipse sciat bonos viros iniustos esse, an id nesciat. Respondet Dionysodorus eum id sane ignorare, videlicet imprudenter concedens Socratem huius sententiae veritatem impugnare solitum esse. Iam vero hic protenus inde colligit, quod cum virorum ratione pugnat mirifice, se non omnia scire **), eaque conclusiuncula homines vanissimos satis acriter pungit, ut hoc quoque exemplo pateat, quanto sit praestabilior Socratica disputandi ratio eristica ista sophistarum, quae a Protagorae profecta doctrina, quum neglecta distinguendi definiendique sollertia fallaces et argutas conclusiunculas venaretur, neque ad verum exquirendum valebat, et suam quasi vim ipsa constringebat.

Sed quanquam homines vanissimi iterum iterumque sunt confutati, tamen ne ad silentium redacti videantur, novis argutiis viam sibi muniunt ad persequendam disputationem. Quae quidem libri pars quanquam veluti per saturam accessit, tamen haudquaquam temere adiecta est. Quum enim iam tandem argutiae sophistarum exceptis paucis quibusdam locis, in quibus graviora attinguntur decreta, ad ignobilem fere puerilemque lusum deducantur, ex eo vel maxime intelligitur, quousque

*) Usque ad p. 296. E.

**) P. 297. A.

praestigiarum ista scilicet philosophia ex Protagorae orta ratione processerit. Praeterea etiam Ctesippi adolescentis exemplo demonstratur, quam non sit difficile talia disputandi artificia addiscere et callere, ita ut clarissime tandem intelligatur totam istam artem nihil habere reconditi, sed unice fere ἀλόγῳ τινὶ τριβῇ, ut alibi ait Plato, contineri.

Posteaquam igitur Socrates, absoluta superiore argumentatione, Euthydemum interrogavit, num ipsi frater recte iudicasse videatur, protenus Dionysodorus, fratris nomine audito, quaerit, num ipsum putet Euthydemi fratrem esse. Ita igitur hic praesenti materia relicta temere ad alia omnia transgreditur. Nec vero Socrates ad hanc quaestionem prius vult respondere, quam Euthydemus de re modo disceptata suum iudicium interposuerit. Sed ubi Dionysodorus de hac eius tergiversatione et cunctatione graviter queritur, ille facete et urbane se non sine causa ait cunctari, quandoquidem sibi cum duobus sophistis pugnandum sit, et Patrocles suus, qui Iolai partes sustinere queat, si auxilio veniat, haud dubie rem etiam peiorem sit redditurus. Nimirum ita et communis fratrum istorum carpitur pugna, et Patroclis, hominis, ut videtur, ad disputandum parum idonei, inscitia et inertia facete traducitur. Quod cur ita fiat, etsi haudquaquam exploratum habemus, tamen non inepte suspiceris Patroclem istum vulgo ludibrio habitum esse, ut nunc ipse Socrates in hoc sermone, in quo omnia comicam spirant hilaritatem, aliorum imitatus morem et consuetudinem eum non sine cavillatione commemoret adeoque sophistas acerbissime risurus cum altero eorum comparet. Sed istud utcunque sese habet, Euthydemus quidem, Patroclis istius iniecta mentione, priorem quaestionem, sed leviter immutatam illam, denuo repetit. Interrogat enim, num Patrocles ille, quem Iolaum suum appellaverit, sit fratris filius. Negat hoc Socrates eumque fratrem ex matre ait esse, qui patre utatur Chaeredemo, diverso illo a Sophronisco, quem ipse patrem habeat. Hoc vero responso utens sophista: Ergo, inquit, Chaeredemus est alius quam pater, ideoque non est pater; eademque Sophronisci ratio est, ut adeo tu patre careas.

Ducta haec argumentatio ex eo est, quod statuitur, idem praedicatum, quod vocant, non posse pluribus at-

tribui rebus vel hominibus. Etenim illa aetate fuisse constat, qui suam cuique rei proprietatem esse statuerent ideoque praedicati et subiecti copulationem omnem funditus tollerent. Quam sententiam postea temporis maxime a Stilpone fuisse exornatam auctor est Plutarch. adv. Colot. p. 1119. c. s. 22. p. 573. Vol. V. 1. ed. Wyttenb. conf. Deyks De Megaricorum Doctrina p. 83 sq. Sed iam multo ante eam a sophistis defensam et usurpatam fuisse clarissime apparet ex Platonis Sophista p. 251. C. ὅθεν γε, οἶμαι, τοῖς τε νέοις καὶ τῶν γερόντων τοῖς ὀψιμαθέσι θοίνην παρεσκευάκαμεν· εὐθὺς γὰρ ἀντιλαβέσθαι παντὶ πρόχειρον, ὡς ἀδύνατον τά τε πολλὰ ἓν, καὶ τὸ ἓν πολλὰ εἶναι, καὶ δή που χαίρουσιν οὐκ ἐῶντες ἀγαθὸν λέγειν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸ μὲν ἀγαθόν, τὸν δὲ ἄνθρωπον ἄνθρωπον. ubi falluntur qui haec volunt ad Antisthenem potissimum reprehendendum dicta esse, veluti Schleiermacherus atque Deyksius l. c. p. 44. Nam nobis quidem plane persuasum est, ibi ipsum Euthydemum ac Dionysodorum significari, quos fuisse ὀψιμαθεῖς in Euthydemo nostro iterum iterumque non sine acerba quadam irrisione inculcatur, siquidem recte Cicero Epist. Fam. IX. 20. ὀψιμαθεῖς autem homines scis quam insolentes sint. Idem placitum attingitur etiam Soph. p. 260. A. B. Phileb. p. 14. C. ex quibus locis perspicuum est fuisse illud maxime pervulgatum. Duxerat autem, nisi fallor, originem ex Protagorae disciplina. Qui quum doceret omnia esse talia, qualia cuique apparerent, facile potuit accidere, ut qui tricas sectarentur, unamquamque rem semper unam atque simplicem esse exinde colligerent ideoque attributiones rerum omnes repudiarent. Sed quaecunque demum huius sententiae origo est, hoc quidem apertum putamus, Euthydemum et Dionysodorum eam esse amplexatos, quandoquidem Euthydemus argumentatur, patrem, quia a patre alio diversus sit, ipsum patrem esse non posse.

Vix autem haec ita pronuntiavit sophista, quum Ctesippus, ut est protervus et acutus, statim istud scilicet acumen ioculari imitatione ridet. Quaerit enim ex sophistis hoc: Differtne pater vester a meo patre? Quod illi negant, ne scilicet et ipsi patre carere arguantur. Tum adolescens: Hic vero utrum meus unius pater

est, an etiam aliorum? Aiunt illi. Ex qua responsione iam Ctesippus captiose colligit istum esse patrem omnium, simulque concludit futurum ita esse, ut etiam mater sophistarum non modo omnium hominum, sed etiam gobiorum, catulorum, porcellorum, aliorum animalium, parens iudicanda sit. Enimvero huic argumentationi illi ideo non possunt adversari, quia alioquin Ctesippus statim ipsos quoque matre et patre carere conclusurus est. Ita igitur iactabundi disputatores non iam a Socrate, sed ab adolescentulo vix eorum sacris initiato suis ipsorum laqueis irretiti vehementer deluduntur, iacetque decretum illud, ex quo unum idemque praedicatum pluribus tribuere hominibus non licere vulgari eristicorum errore statuebatur.

Veruntamen hic Dionysodorus, ne ambo videantur adolescentulo manus, quod aiunt, dedisse, protenus alias promit argutias. Demonstrare enim conatur, canem esse Ctesippo patrem. Sunt tibi, inquit, catuli, quorum pater est canis; ergo tibi canis pater est, tuque es frater catulorum. Quae argumentatio sicuti vindictae sumendae gratia illata est, ita unde ducat originem, facile intelligitur. Apparet enim eam ex ambiguitate verborum tibi esse atque tuum esse oriri. Addit praeterea sophista Ctesippum ob eam ipsam causam canem verberibus afficientem patrem suum verberare iudicari oportere. Quae conclusiuncula fortasse interposita est a Platone ad ridendos eos, qui iuvenes dictitarent in sophistarum scholis etiam eo adduci, ut parentes suos verberibus afficerent. Cuiusmodi opprobria etiam Socrati fuisse obiecta patet ex Xenophontis Mem. I. 2, 49. Atque tam impius ideo apud Aristophanem Phidippides fingitur. Certe quidem non est verisimile eam sine certa aliqua causa memorari, quum reliqua fere omnia habere videantur, quorsum referri debeant. Iam vero Ctesippus, isto modo graviter lacessitus, reponit malle se patrem sophistarum plectere, qui filios adeo sapientes genuerit, a quibus ipse eo honore sit mactatus, ut iam catulorum frater habeatur *).

Acerbissima cum irrisione Ctesippus nunc hoc quo-

*) Usque ad p. 299. A.

que interrogat num pater iste sophistarum catulorumque sapientiae ipsorum boni quid acceptum referat. Cui Euthydemus neque patrem suum nec quenquam alium respondet multis bonis indigere; nam aegrotanti si multa medicamenta et ad bellum proficiscenti si multa arma bona essent, haud dubie etiam futurum, ut quam plurimum medicamentorum et armorum conduceret, quum tamen pauca fere satis sint. Itaque hac argumentatione ostenditur, non esse verum quod homines vulgo arbitrentur, quemque eo esse feliciorem, quo plura bona possideat: quemadmodum enim ad sanandos morbos pauca valeant medicamenta, ita ad vitam bene degendam paucis bonis opus esse. Incertum est unde hoc decretum sit repetitum: quanquam fieri potest, ut ipsi fratres illud excogitaverint ad consolandam suam ipsorum panpertatem. Reprehendit autem Ctesippus hanc sophistae argumentationem, Geryonis et Briarei afferens exemplum, qui pluribus certe armis indiguerint. Sed hic Dionysodorus: Si bonum est, inquit, aurum habere quam plurimum, profecto ille erit beatissimus, qui tria auri talenta in ventre, unum in capite et in utroque oculo staterem habeat, scilicet habendi vocabulum callide alio sensu ponens, quo magis adolescentem in fraudem inducat. Sed Ctesippus re acute perspecta urbanissimo cum lepore istam sententiam exaggerat, Scythas narrans revera in capitibus suis aurum habere solere, ut qui e craniis suis auratis bibant atque adeo interiores eorum partes oculis suis introspiciant. Acumen hoc adolescentis elusurus Euthydemus protenus aliam in medium affert fallaciam. Interrogat enim perquam ambigue, Scythae aliique homines num ea videant, quae videre possint. Nam istud quae prouti nominandi vel accusandi casu acceperis, diversa emergit sententia. Affirmante igitur Ctesippo quod erat interrogatum, ille haec: Ergo vestes nostrae, quas tu vides, videndi habent facultatem. Animadvertit Ctesippus verborum lusum, urbaneque sese ait iam eo esse adductum, ut Euthydemus vigilans dormire atque silens loqui posse videatur. Quae ipsa responsio Dionysodoro admodum grata et accepta est: is enim revera disputando efficere studet, ut quis silens loqui possit. Qui ferrum, inquit, aut lignum aut saxum dicit, is certe silens aliquid dicit. Nimirum ita novo artificio grammatico silens ad rem, non ad dicentem refertur. Facete autem ad hoc Ctesippus: Atqui fer-

rum candens, si quis manibus attrectat, profecto stridet atque clamat! Quod certe te non debuit praeterire. Quibus verbis, quae speciem quandam proverbii referunt, tangere videtur sophistas, qui aliquoties semiambusti evaserint. Nec sine petulantia quadam iam etiam contrarium vult sibi demonstrari, fieri posse, ut quis dicens aliquid taceat. Quod Euthydemus promtissima voluntate demonstrandum suscipit. Is enim censet eum, qui taceat, omnia tacere: ergo, inquit, omnem rem dicentem taces; unde consequitur, dicentem tacere. Acceptis his argutiis Ctesippus novam sibi opportunitatem oblatam sentit vexandi sophistas. Interrogat igitur eos, taceantne omnia, an omnia loquantur. Ex quibus si alterutrum affirmatur, necessario eventurum est, ut sophistarum argutiae protenus in irritum cadant. Caute igitur et circumspecte Dionysodorus et neutrum et utrumque locum habere ait. Sed Ctesippus non praesentia tantum respiciens, verum etiam superiorum memor, ista ipsorum sophistarum decretis mirum quantum adversari exsultans animadvertit et in multum risum effunditur. *).

Toto hoc loco nemo est quin facile animadvertat omnes istas tricas ex grammaticis artificiis et subtilitatibus repetitas esse. Quod et ipsum tale est, ut Protagorae disciplinam redoleat. Hunc enim aliunde constat in pervestigandis grammaticis subtilitatibus studiose versatum esse; de qua re explicarunt Spengel. Artium Scriptorr. p. 40 sqq. et Classen De Grammaticae Graecae Primordiis p. 31 sq. Nec dubitari potest quin ipse inventa sua ad disserendi subtilitatem traduxerit in eaque re grammaticis ambiguitatibus sit abusus. Quo nomine multum diversus fuit a Prodico, qui aliud sane consilium in exquirendis vocabulorum discriminibus sequutus est. v. Welcker. in Museo Rhen. Nov. Vol. I. P. I. p. 461 sqq. Quanquam igitur Euthydemus et Dionysodorus talia discere etiam ab aliis potuerunt, tamen quia grammaticas verborum rationes ad disserendi fallaciam atque fraudem transferunt, perquam credibile est eos in ludo Protagorae ad has artes formatos esse et institutos. Ac tanto verisimilior haec coniectura est,

*) Usque ad p. 300.

quod eos etiam in aliis sermonis partibus sophistae illius auctoritatem sequutos esse exploratum habemus.

Sequitur iam rursus repentina ad aliud argumentum transitio. Postquam enim Socrates urbane admonuit Ctesippum, ne de rebus adeo pulcris cachinnum tollat Dionysodorus hunc ingerit syllogismum. Res pulcrae, inquit, etsi ab ipso pulcro diversae sunt, tamen quandam secum habent pulcritudinem. Ergo bovem si tecum habes ipse bovis naturam induis. Nisi forte fieri prorsus non potest, ut quod ab alio quopiam diversum sit id sit illud ipsum, a quo diversum esse iudicetur *).

Apertum esse arbitramur impugnari his verbis Socraticam doctrinam de notionibus generalibus earumque cum rebus individuis necessitudinem, unde Plato notionibus illis μεταφυσικῶς informatis suam de ideis sententiam effinxit. Nam hoc discrimen sane inter Socraticam et vere Platonicam rationem intercedere, quod illa est mere λογική, haec μεταφυσική, claris verbis testatur Aristotel. Metaphys. XIII. 4. coll. I. 6. Quanquam hic quidem Platonem videmus iam suam ipsius sententiam significare, qua rerum vim naturamque ideis contineri statuit. Quocirca illis temporibus, quibus hunc scripsit dialogum, a Socratica notionum pervestigatione iam ulterius processisse videtur ad doctrinam de ideis informandam, quam deinde magis perfecit atque confirmavit. v. Prolegg. ad Cratylum, parte extr. Iam vero magna erat de his rebus Socraticorum et Eristicorum dissensio atque controversia. Illi enim varias notiones inter se coniungi atque copulari posse statuebant, volebantque res singulas sub mentis notitias generaliores subiectas esse; hi autem quoniam istius coniunctionis rationem minime perspiciebant, unamquamque rem censebant suam sibi habere proprietatem eamque ob causam attributionum varietatem aspernari, in eam disputabant sententiam, ut diversa diversis convenire negarent ideoque id, quod de aliqua re praedicaretur, statuerent non in ipsa eius vi et natura esse contentum, sed extrinsecus tanquam alienum quiddam ei admoveri. Nam haec quidem mens et sententia fuisse videtur eorum, qui hoc

*) Pag. 301.

decretum vel invenerunt vel defenderunt. Quanquam exstiterunt etiam qui eo ad meras cavillationes abuterentur, quidquam praedicari de aliqua re posse praefracte negantes. v. Soph. p. 251. C. Phileb. p. 14. C. quos locos iam supra laudavimus; Aristot. Metaph. IV. 19. p. 119. VII. 3. p. 169. ed. Brand. Et in horum quidem numero etiam Dionysodorus noster habendus est, qui illud secum habere sane pinguius interpretatur. Unde infra p. 303. E sq. ambo sophistae a Socrate suaviter ridentur, quod sublatis rerum attributionibus non alios tantum refellant, sed sibimet ipsis veluti ora consuant.

Atque his ita explicatis facile etiam hoc intelligitur, quorsum pertineant et quomodo accipienda sint, quae Socrates deinceps disputatione sua persequitur. Is enim iam instituit sophistarum rationem ioculariter imitari ideoque neminem ait dubitare posse, quin idem sit idem, aliud sit aliud, pulcrum sit pulcrum. Etenim ita statuisse qui tollerent vim rationemque praedicatorum, ex loco Sophistae, quem antea memoravi, perspicuum est. conf. Aristot. Elenchi Sophist. XVII. 5. Simplic. ad Arist. Physic. fol. 26. Sophistas autem ait hanc pusillam rem hactenus neglexisse; nam alias eos praeclaros sane sermones elaborare, quemadmodum perfectis artificibus conveniat.

Postremis verbis sophistae denuo utuntur ad novas argutias captandas, nondum vanissimi artificii taedio capti. Imo eas adeo acervant atque cumulant, ut Socrates, ubi tandem eo redactus est, ut Iovem ceterosque deos suos vendere et mactare velle videatur, una cum Ctesippo tanquam nugis istis confectus exclamet: Eheu, iam satis est; isti quidem viri invicti sunt *). Ita igitur istud argutandi certamen finitur non sine magno plausu audientium, qui sollertiam scilicet istam sophistarum vehementer admirantur.

Absolvimus tandem eam disputationis partem, quae contortorum et aculeatorum sophismatum quasi spectaculum quoddam exhibet. In qua tractanda et elaboranda quam sapienter Plato versatus sit, nunc omnibus eviden-

*) P. 303. A.

ter apparere putamus. Dum enim philosophus eristicae vanitatem egregie coarguit, simul etiam id egit, ut opiniones quasdam sophistarum, illa aetate admodum divulgatas atque celebratas, quae quidem pro fonte eristicae poterant haberi, et examinarentur subtilius et vero etiam refutarentur. Quod quia fit ope Socraticae dialectices, quae rerum notiones subtiliter rimatur, una opera etiam id efficitur, ut huius ipsius virtus et praestantia in clara luce collocetur. Quod autem illud argutandi rixandique certamen adeo protrahitur nec citius finitur, id neminem futurum putamus, qui re diligentius pensitata temere ita institutum esse censeat. Quum enim universa Graecia per argutam istam et fallacem disputandi rationem mirum quantum commota esset plurimique talibus praestigiis occoecati eius studio navarent operam, id quod frequens docet τῶν ἀντιλογικῶν apud Platonem commemoratio; nullum sane efficacius ac potentius istius vesaniae remedium potuit inveniri, quam quo usus est philosophus. Nam consignatis fallaciarum exemplis et tanquam in tabula ob oculos positis multo erat facilius de iis iudicium; in quo quantopere aequales fluctuaverint, vel illud argumento est, quod postea Stagirites easdem fere conclusiones et argumentationes, quas Plato in Euthydemo risit, non indignas habuit subtiliore examine, et quod senex Isocrates in eristicorum nationem saepissime acerbe invehitur. Quocirca equidem in ea sententia sum, ut per totam hanc sermonis partem nihil reperiri putem, quod Platonis ingenio atque arte indignum videatur.

His omnibus vero dialogo extremo egregia subiungitur Socratis oratio, qua quid in universum de ista disserendi ratione statuendum sit, praeclara cum sophistarum irrisione exponitur. Finito enim cum illis colloquio Socrates se quoque simulat magna tantae sapientiae admiratione repletum esse, atque eos hac oratione compellat: O vos beatos, inquit, qui tam brevi tempore ad tantam sapientiae praestantiam et magnitudinem perveneritis. Enimvero ars vestra quum multa praeclara habeat, tum illud est in ea longe praestantissimum, quod fere homines vestri similes curatis, graves et cordatos viros negligitis. Ego enim mihi penitus persuasi istiusmodi sermones paucis probatum iri; plerisque certe ita esse displicituros, ut iis malint ipsi confutari quam alios refellere.

Praeterea illud quoque valde est populare et humanum, quod sublatis rerum attributionibus non modo alios refellitis, sed vestra ipsorum ora quasi consuitis. Nempe ita sane nullo negotio tollitur invidia, quam vestra professio facile possit excitare. Denique artificium istud adeo a vobis subtiliter, adeo prudenter atque callide excogitatum est, ut quivis alius idem illud sit brevissimo temporis spatio percepturus, sicuti vel Ctesippi exemplo perspicitur. Quodsi igitur me auditis, nolite illud saepius coram multis ostentare, ne ei citius omnis novitatis gratia auferatur; sed paucis tantum, qui vobis persolvant institutionis mercedem, impertiatis, ea tamen conditione, ut ab his quoque quam maxime celetur et abscondatur. Nam, sicuti est in proverbio, rarissimum quodque carissimum esse solet *).

Haec igitur Socrates, quibus verbis sanequam gravibus et acerbis philosophus noster quid de hoc disserendi genere esset iudicandum tam aperte et perspicue declaravit, ut quorsum tota haec pertineat disputatio, nemini dubium videri queat.

Et hactenus quidem illud potissimum videmus egisse Platonem, ut quantum Socratica dialectica ab inani argutandi consuetudine huic sophistarum generi propria recederet, et quomodo Socrates ipse cum istiusmodi homuncionibus disputare consuevisset, quam clarissime exponeretur. Sequitur ut de postrema sermonis parte explicandum sit, cuius antea significavimus a viris doctis minus diligentem rationem esse habitam; quo ipso evenit, ut de universae scriptionis argumento et proposito minus circumspecte iudicarent. Etenim non hoc tantum spectavit philosophus, ut Socraticae disciplinae a ratione eristicorum differentiam illustraret et patefaceret, sed illud etiam ei fuit propositum, ut philosophiam Socraticam atque ipsum adeo Socratem ab eorum invidia vindicaret, qui eam vel temerario mentis iudicio vel invidiae malignitate ducti misellorum sophistarum gregi adiunxissent et universam sapientiae disciplinam multis suspectam reddidissent. Quod quomodo ab eo institutum sit et perfectum, age nunc paucis dispiciamus.

*) Usque ad p. 304. B.

Absoluta igitur narratione de colloquio ab se cum Euthydemo eiusque fratre habito Socrates iocabundus scilicet Critonem suum denuo adhortatur, ut ipse quoque se hominibus tam sapientibus in disciplinam tradat, quandoquidem neque aetatis neque vitae ratio ullo modo sit prohibitura, quominus eorum artem penitus addiscant et percipiant. At vero Crito, ut est simplex atque candidus, missis iocis et dicteriis se ingenue fatetur in eorum numero haberi malle, qui tales sermones contemnant et aversentur, adeoque Socratem leniter reprehendit, quod cum istiusmodi homuncionibus conversari atque disserere non dubitet. Narrat enim eo ipso tempore, quo Socratis cum Euthydemo et Dionysodoro disputatio finita fuerit, scriptorem quendam orationum forensium sibi obviam factum atque graviter conquestum esse, quod philosophi tam miseras agerent nugas et perpetuo in rerum inanium tractatione versarentur. Et se quidem ait homini ita respondisse, ut philosophiam debitis ornaverit laudibus. Verum illum nihilominus in sua permansisse sententia, adeoque in Socratem acriter esse invectum, quod iis hominibus sui copiam faceret, qui nec suas ipsorum sententias rite perpenderent et aliorum verba calumniarentur miserrime. Denique illum narrat et universam philosophiam rem turpissimam iudicavisse, et homines eius studiosos saneqnam dignos habuisse, quibus ignominiae nota inureretur. Monet igitur Crito amicum benevole, ut in posterum istiusmodi hominum consuetudinem et familiaritatem vitare studeat, ne ipsa quoque philosophia, quae certe per se talem reprehensionem non commereatur, in invidiam hominum et contemtum adducatur. Hic vero Socrates: Nempe loqueris, opinor, de uno ex iis, qui et rempublicam attingunt mediocriter et leviter gustant philosophiam. Isti vero homunciones solent ingenti quadam sapientiae opinione inflati esse; ex quo evenit, ut omnibus philosophis sine discrimine infensi sint. Putant enim, si quando ab his insipientiae coarguantur, suam agi auctoritatem atque bonam existimationem, eiusque rei culpam in Euthydemi scilicet disciplinam, quam omnibus philosophis communem esse volunt, conferre non dubitant. Verum ignoscenda iis haec iniuria est, quum et viris civilibus sint inferiores nec de tota causa recte et prudenter iudicare possint. Sunt enim semidocti. Fatetur tamen Crito se de filiorum suorum educatione non mediocriter

esse sollicitum, quandoquidem eos intuens, qui se virtutis magistros profiteantur, quid de sapientiae disciplina sentiendum sit, valde incertus haereat. Hic vero Socrates: O bone Crito, inquit, in omni artium genere pauci reperiuntur idonei artifices, neque profecto mirandum est, si idem accidit in philosophia. Itaque contemtis et neglectis malis unos bonos sectari decet ac potius res ipsas, quam homines, respectare. Quodsi igitur philosophia res turpis est et inhonesta, age desere eam et contemne; sin autem est bona et laudabilis, quum ipse eius studia strenue persequere, tum filios tuos ea erudiendos curare ne dubita*).

En habes sermonis finem et exitum, qui si desideraretur, multo incertius de universa scriptione iudicium foret. Nunc quum haec addita legantur, clarissime perspicitur, quare Plato faciendum putaverit, ut et eristicam acerbe perstringeret et Socraticae rationis ac disciplinae virtutes ostenderet. Neque enim cuiquam vel mediocriter attento obscurum esse potest, cum illa reprehensione id consilii esse coniunctum, ut voces eorum coarguantur, qui quum omnem philosophiam tum maxime Socratis philosophandi rationem cum garrula ista atque captiosa sophistica temere confudissent adeoque virum optimum in ignobilis cuiusdam argutiarum studii suspicionem adduxissent. Quid quod vel primarium scriptionis consilium mea quidem sententia in eo cernitur, ut Socratis philosophandi ratio ab eorum calumniis vindicetur, qui eam tanquam vanam et inanem argutiarum captatricem suspectam reddere conati essent. Nam ita demum perspicitur, quaenam sit singularum libri partium inter ipsas cohaerentia, nihilque animadvertere licet, quod totius scriptionis unitatem ac simplicitatem ullo modo turbare aut penitus tollere videatur.

Quodsi autem quaeris, quinam fuerint maligni illi vel etiam imprudentes Socratis obtrectatores, ab ipso Platone diserte nominantur scriptores orationum forensium (λογογράφοι), ex Antiphontis et Gorgiae, ut videtur, disciplina profecti. Certe quidem Antiphon Rhamnusius primus fertur orationes iudiciales scripsisse,

*) Usque ad p. 307. C.

quas litigantibus venderet *). His quid rei cum Platone fuerit, nusquam alibi nisi in Euthydemo et Phaedro perscriptum est. Erant homines leviter philosophiae scientia imbuti, sed iidem, quum scribendo viderentur rempublicam scilicet tractare, superbi et fastuosi, ex quo explicationem habet, quod Plato eos viris civilibus multum postponendos esse graviter admonuit. Praeterea superciliose contemnebant philosophiam, quam quum solius quaestus gratia attigissent atque insuper usi essent sophistarum institutione, qui se temere virtutis magistros profiterentur, accidit iis fortasse illud, de quo Socrates in Phaedone p. 90. C. *καὶ μάλιστα δὴ οἱ περὶ τοὺς ἀντιλογικοὺς λόγους διατρίψαντες οἶσθ' ὅτι τελευτῶντες οἴονται σοφώτατοι γεγονέναι καὶ κατανενοηκέναι μόνοι, ὅτι οὔτε τῶν πραγμάτων οὐδενὸς οὐδὲν ὑγιὲς οὐδὲ βέβαιον οὔτε τῶν λόγων κ. τ. λ.* Huc accedebat, quod quum subinde philosophiae Socraticae sensissent aculeos idque ferrent aegerrime, hanc temere cum sophistarum argutiis confundebant. Et fieri potest, ut Socrati ideo quoque fuerint infesti, quia rhetores omnes cavebant sedulo, ne cum sophistis permutarentur. Ex horum igitur numero unus aliquis apud Platonem fingitur cum Critone durum istud et iniquum quum de omni philosophia tum de Socratis studiis iudicium communicavisse. Qui quidem quisnam fuerit, a viris doctis studiose quaesitum est, irrito sane consilio. Neque enim de certo aliquo oratore cogitandum esse nobis persuasum est, siquidem Plato totam illam fastuosorum scriptorum cohortem notandam atque castigandam iudicavit. Quod cur ita cum Sochero De Scriptis Platon. p. 210. statuamus plures habemus causas, sicut speramus, non ineptas aut leves. Nolumus commemorare neminem unum investigari posse orationum scriptorem, quem Plato praeter ceteros ob oculos habuerit. Nam frustra sunt, qui de Isocrate cogitari voluerunt, ut Heindorfius et Schleiermacherus. Hunc enim vel ideo putamus non posse intelligi, quia is neque a ratione Socratica fuit alienus, et ab ipso Platone Phaedr. p. 279. D. magnis laudibus afficitur. Nec vero Lysiam intelligi probabile est, quamvis ita statuerit Groen van Prin-

*) v. Quintil. Institt. II. 1, 11. Ammian. Marcell. 30. 4. personatus Plutarch. Vitt. Decem Oratorr. p. 307. ed. Reisk.

aterer Prosopograph. Plat. p. 117. Nam Lysias etsi in Phaedro acriter corripitur, quia in scriptionibus eius amatoriis omnis desideretur philosophia, tamen non accusatur calumniae, nec vero etiam pro animi sui candore et simplicitate unquam in Socratem iniquus fuit. Tertia est Winckelmanni sententia, qui Prolegg. p. XXXIV sqq. Thrasymachum Chalcedonium significari contendit. At vero istum quidem e primo libro de Republica constat neutiquam philosophiam pro turpi negotio habuisse, id quod iste orationum scriptor fecisse perhibetur, sed potius ipsum turpiter esse philosophatum. Quarta restat Sauppii sententia in Zimmermanni Museo Stud. Antiquitt. a. 1835. N. 50. exposita. Is enim Theodorum Byzantium significari putat, quem Plato Phaedr. p. 266. E. vocat λογοδαίδαλον. Quod exinde colligit, quia Euthyd. p. 305. E. verba πάνυ ἐξ εἰκότος λόγου ad eum spectare videantur, ut qui in arte sua maxime τὰ εἰκότα tractaverit. v. Spengel. Synagog. p. 98 sqq. At enim vero omnium omnino rhetorum studium inde a Tisia et Corace pertinuisse maxime ad τὰ εἰκότα clarissime apparet ex Phaedro p. 267. A. p. 272. D. E., ut unum Theodorum his verbis significari non sit verisimile. Idem iudicandum de verbis Euthydem. p. 304. E. καὶ περὶ οὐδενὸς ἀξίων ἀναξίαν σπουδὴν πεποιημένων, ubi notatur usus paronomasiae, cui scholam Gorgianam maxime deditam fuisse ex ipso Platone certissime constat. Possum alia etiam afferre, cur non sit credibile Theodorum significari: sed ea tanto rectius silentio prememus, quanto certius iam apparuit magnam esse istius suspicionis levitatem. Quemadmodum vero nemo investigari poterit, quem Plato praeter ceteros notaverit ac reprehenderit, nisi forte volueris homini cuidam docto credere ignotum quendam virum intelligendum iudicanti; ne probabile quidem est certum aliquem illius aetatis scriptorem significari, quum, ut dixi, totum istud vilium scriptorum genus perstringi existimemus. Nam si certus aliquis illorum temporum rhetor significaretur, dubium non est, quin Plato ingenium eius atque mores aliquanto accuratius fuisset adumbraturus. Nunc nihil dixit, quod non in omnes istiusmodi homines conveniat. Ex quo consequens est, ut communes eorum virtutes et vitia uni personae tributae sint, per quam omnes repraesentarentur. Quodsi autem quaeris, cur unus aliquis informetur, cuius imagine

depingantur omnes, eius rei causa in promtu est. Ipsa enim dialogi ratio non ferebat, ut omnes nominarentur, siquidem perabsurdum fuisset, si philosophus totam scriptorum cohortem fecisset audito Socratis cum sophistis colloquio Critoni obviam venientem. Accedit quod haec ratio egregie cum totius libri consilio congruit, quod vidimus eo maxime pertinere, ut Socratica philosophandi consuetudo ab inani sophistices suspicione vindicetur ideoque perversa hominum de illa iudicia explodantur. Nam si de uno aliquo forensium oratorum scriptore cogitari oporteret, nihil profecto cogeret, ut etiam reliquos id genus homines carpi statueremus. Quod nunc longe secus est. Quum enim unius illius hominis mores ita informentur, ut ista pictura in ceteros istiusmodi rhetores omnes congruat, facile intelligitur id agi, ut universa fastuosorum et malignorum scriptorum natio corripiatur.

Sed longius etiam procedimus. Putamus enim Platonem dum illorum hominum de Socratica philosophia improbat iudicium, simul etiam reliquos, qui similiter existimavissent, reprehendere et castigare voluisse. Neque enim dubium est, quin alii plurimi, eodem fere modo de Socrate senserint, atque iste forensium orationum scriptor, qui in Euthydemo loquens inducitur. Cuius rei luculentissimum exemplum habemus in Nubibus Aristophanis, in quibus quum omnino sophistarum ineptiae exagitentur, tum Socrates perfectus in iis artifex fuisse fingitur. Nam etsi primarium poetae consilium hoc fuit, ut omnes philosophos traduceret, qui vel inanium rerum perscrutatione vel fallaci et perniciosa dialectices et rhetorices exercitatione occuparentur *), profecto tamen non potuit Socratem illorum veluti principem et significerum facere, nisi ipse eum pro vano inanique sophista habuisset, praesertim quum eo usque processerit, ut eum non modo hominem rerum inanium curiosum, sed etiam insigniter flagitiosum finxerit. Videtur igitur pervulgata fuisse hominum opinio, qua Socratem inter vanos sophistas numerandum esse exsitimabaut **). Perti-

*) De totius fabulae consilio v. Hermann. Praefat. p. XL. ed. sec.

**) V. Xenoph. Mem. I. 6, 15. coll. I. 2, 49 sqq.

net huc illud, quod diligenter animadverti volumus, quod Socrates, sicuti in Platonis Euthydemo cum sophistis disserit rationi Protagorae addictis et ob eam causam a λογογράφῳ isto notatur, ita etiam in Nubibus Aristophanis artificia tractat sophistica e Protagorae disciplina repetita. Ex quo quid colligi de poetae ipsius sententia queat, facile intelligitur. Quemadmodum enim Socrati physicorum tribuit placita, ut quem sciret in iis pervestigandis versatum esse, ita etiam Prodici, Protagorae, aliorumque sophistarum rationem eidem affinxit, quod illum nec ab his studiis alienum esse existimaret. Nam grammatica Protagorae studia aperte traducuntur loco notissimo v. 632 sqq. et 656 sqq. sicut optime vidit Spengelius Artium Scriptorr. p. 43 sq. cui merito assentitur Classen De Grammaticae Graecae Primordiis p. 31. Ad eristicam autem viri perstringendam quum alia referuntur, tum manifesto pertinet nobilissimus ille locus v. 111 sqq., ubi iusta et iniusta oratio inter se certant. Id quod iam scholiastes notavit verissime, cuius haec sunt verba: Ψεύδεται κἀνταῦθα ὁ κωμικός, λέγων παρὰ Σωκράτει εἶναι τὸν ἄδικον λόγον. οὐ γὰρ Σωκράτης, ἀλλὰ Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης ἐξεῦρεν αὐτὸν καὶ ἐδίδασκεν. Et fortasse huc etiam revocanda est τοῦ δίνου commemoratio v. 379 sqq. iniecta. Videtur enim Protagoras Democriti de atomorum concursu doctrinam Athenas pertulisse. Atque hinc explicari poterit etiam illud, de quo post Cousinum, interpretem Gallicum, primus monuit Winckelmannus Prolegg. p. XLV sq. quod locis quibusdam Nubium atque Euthydemi singularis quaedam deprehenditur verborum similitudo et convenientia, maxime in usu dictorum iocularium et proverbiorum conspicua. Conf. Euthyd. p. 285. C. D. cum Nubb. v. 440 sqq. 452 sq. Euthyd. p. 277. D. cum Nubb. v. 143. E. Euthyd. p. 277. D. cum Nubb. v. 255. et 633. Euthyd. p. 277. E. cum Nubb. v. 658. Euthyd. p. 301. A. cum Nubb. v. 945. et quae praeterea notavit Winckelmannus. Fieri enim potest, ut talia ex ipso Aristophane repetita sint. Quanquam huic rationi non ita multum tribuerim, praesertim quum pleraque omnia ad usum formularum in vita quotidiana tritarum redire videantur. Sed hoc utcunque se habet, illud quidem ex Aristophane pariter atque ipso Platone evidenter apparet, Socratem non tantum ab orationum scriptoribus, sed etiam ab aliis in

vanissimorum sophistarum numero habitum fuisse. Quocirca verisimillimum putamus Platonem in Euthydemo id esse sequutum, ut pravo istorum hominum omnium iudicio occurreret, et quantum ratio disserendi Socratica a vili ista et inani eristica distaret, planissime exponeret.

Verum hic sponte nascitur quaestio perquam gravis atque difficilis. Dubitari enim licet, cur philosophus solos λογογράφους nominaverit, aliorum, maxime poetarum comicorum, in iisque Aristophanis, nullam fecerit mentionem, quum tamen hi virum sapientissimum non melius habuissent. De qua re cogitanti mihi atque meditanti quid in mentem venerit, paucis exponere iuvat. Et comicos quidem quod non memoravit, licet Aristophanis fabulam atque Connum Amipsiae tecte significasse videatur, id sane mirum est, quum eorum crimina eadem opera, qua rhetorum istorum, magnam certe partem diluerit. Quocirca certas quasdam eius rei causas fuisse suspicamur, quae e litterarum monumentis cruendae sunt Et nos quidem in eam devenimus sententiam, ut eo tempore, quo Plato opera sua literis consignare coepit, a poetis illis nominatimque ab Aristophane magis magisque intellectum esse credamus, quam iniquo et iniusto iudicio virum optimum atque reipublicae amantissimum improbo sophistarum gregi adiunxissent. Quod primus, nisi fallor, sensit Groen van Prinsterer Prosopograph. Plat. p. 177., ubi haec scripsit: „Sed sive hoc quis putet (Socratem in iuventute ab opinionibus sophistarum non nimis abhorruisse), sive Aristophanem, qualis Socrates esset, parum novisse, certe non odio habuit, verum potius dilexit, opinor, Socratem, postquam, qui germanus ab ipso sophista inductus esset, hunc sophistarum cognovisset exagitatorem acerrimum. Sensit etiam Brandisius et nuper Fritschius Quaestionn. Aristophann. T. I. p. 108 sqq. De Aristophane ut ita statuamus, plura sunt quae vehementer suadeant. Nam primum quidem animum advertit illud, quod poeta post Nubes primas Olymp. 89. 1. s. a 423. ante Chr. n. in scenam introductas in nulla alia fabula id de industria egit, ut Socratem acerbius traduceret aut carperet vehementius. Quod ille certe studiose agere debuisse videtur, ut

Nubium argumentum, quod spectatoribus non placuisset, civibus iterum iterumque commendaretur. At vero tantum abest, ut poeta postea temporis Socratem rursus tanquam ineptum sophistam perstrinxerit, ut eum in reliquis fabulis bis tantum memoraverit atque alio nomine reprehenderit. Nam in Avibus, quae fabula acta est Olymp. XCI. 2. s. 414. a. Chr. n., v. 1271. et 1541. ed. Dindorf. ei satis leniter immunditiem et squalorem exprobrat. In Ranis autem Olymp. XCIII. 3. s. a. 405. a. Chr. n. commissis v. 1491. eius cum Euripide familiaritatem notavit. Quae quum ita sint, ecquis est qui sibi persuadeat poetam omnem occasionem traducendi hominis facie et habitu perridiculi et ad risum in scena excitandum ab ipsa natura facti transmissurum fuisse, nisi suum in eum animum mentemque penitus immutavisset? Ad hoc accedit aliud rei argumentum, idque haud paullo gravius. Constat enim hodie certissimis argumentis, poetam etsi Nubes secundis curis recognoscere et emendare instituisset, tamen hanc fabulam non iterum docuisse. Nam falli eos, qui Nubes bis actas esse memoriae prodiderunt, post ea, quae Palmerius Exercitatt. p. 729. et Hermannus Praefat. ad Nubb. p. XIII sqq. ed. sec. exposuerunt, nemo temere dubitabit. Facta est autem vel potius suscepta secunda fabulae recensio Hermanno iudice non ante Olymp. 89. 4. Iam vero quid causae esse dicamus, cur poeta secundam fabulae recensionem instituerit, ipsam fabulam abiecerit, certe quidem a scena exulare iusserit? Enimvero ille posteaquam Socratis ingenium, mores et disciplinam rectius aestimare didicisset, non potuit a se impetrare, ut virum innocentissimum denuo risui multitudinis exponeret, ideoque maluit quae scripsisset in scriniis retinere, quam innocentem turpiter laedere. Quae quum ita evenissent, Plato cur Aristophanem in Euthydemo non nominaverit, licet idem argumentum, quod poeta, magna certe ex parte attigerit, in propatulo esse arbitramur.

Neque enim vereor, ne quis dicat priores Nubes fortasse ideo non commemorari, quia aliud argumentum habuerint nec tam ad Socratem quam ad sophistas omnes explodendos pertinuerint. Nam ut partes quaedam aliter fuerint descriptae, atque in superstite fabula, de qua re valde diversae sunt hominum doctorum sententiae *),

*) Alii enim negant praeter parabasis partem v. 514 — 558.

tamen quae ad Socratem spectant, eodem fere modo exposita fuisse non est quod dubitemus. Id quod pluribus argumentis iisque certissimis demonstari potest. Ante omnia huc facit illud, quod Aristophanes ipse in Parabasi secundae recensionis v. 513. et Vespar. v. 1050—60. Nubium fabulam tanquam omnium, quas fecerit, praestantissimam dilaudat et ob hanc causam de iniusto Atheniensium iudicio, quo eam non satis magni fecissent, acerbe conqueritur. Quis est autem qui poetam commissurum fuisse sibi persuadeat, ut veterem fabulam tantis laudibus afficeret, et tamen eandem multis partibus immutatam aut plane aliter descriptam in scenam induceret? Nimirum hoc profecto hominis male feriati fuisset, non Aristophanis. Neque huic sententiae officiunt verba Nubb. v. 535. *κἀγὼ μὲν τοιοῦτος ἀνὴρ ὢν ποιητὴς οὐ κομῶ· οὐδ' ὑμᾶς ζητῶ 'ξαπατᾶν δὶς καὶ τρὶς ταὐτ' εἰσάγων· ἀλλ' ἀεὶ καινὰς ἰδέας εἰσφέρων σοφίζομαι, οὐδὲν ἀλλήλαισιν ὁμοίας καὶ πάσας δεξιάς.* Ista enim non ad secundas Nubes spectant, sed pertinent potius ad ridendos alios poetas comicos, qui in diversis fabulis eandem cramben bis terve recoquere solerent. Quam veram esse loci interpretationem perspicue docuerunt Esserus De Nubb. Aristoph. p. 25 sqq. 43. 45. et Hermannus Praefat. l. c., quamvis nuper secus statuerit Fritschius Quaestt. Aristoph. P. I. p. 112 sqq. Atque idem fere mansisse postea fabulae argumentum aliquatenus certe etiam ex Vesparum v. 1036 sqq. licet colligere. Ibi enim poeta quum aliam fortasse fabulam, in qua sycophantas corripuerat *), tum

---

quidquam a poeta novatum esse, ut *Esserus* De prima et altera, quae fertur, Nubium editione. Bonnae, 1823. 8. *Süvern* Ueber des Aristophanes Wolken. Berlin. 1826. p. 83 sqq. Ranke De Aristophanis vita. p. 285 sqq. alii contra plures fabulae locos immutatos esse arbitrantur, ut Hermannus Praefat. edit. sec. p. XXII. Dindorf. Aristoph. Fragm. p. 18 sqq. Denique nuper Franc. Volckm. Fritschius Quaestt. Aristoph. T. I. p. 105 sqq. copiose demonstrare conatus est, priores Nubes easque deperditas ab iis, quae supersint, prorsus fuisse diversas, quandoquidem illae non in Socratem, sed tantummodo in Socraticos, Chaerephontem, Alcibiadem, alios, scriptae fuerint; de quo tamen mihi, fateor, minime persuasit.

*) De hac re, data scribendi opportunitate, alibi explicabimus.

priores Nubes respiciens: *ἀλλ' ὑπὲρ ὑμῶν ἔτι καὶ νυνὶ πολεμεῖν φησί τε μετ' αὐτοῦ Τοῖς ἡπιάλοις ἐπιχειρῆσαι πέρυσιν καὶ τοῖς πυρετοῖσιν, οἳ τοὺς πατέρας τ' ἤγχον νύκτωρ καὶ τοὺς πάππους ἀπέπνιγον*, ad quae recte Berglerus: „Nam incubus, inquit, videtur homines strangulare; simul ad Nubes respicitur, in qua Phidippides patrem suum verberat et praefocat, ut in illis etiam est, quas nunc habemus, vers. 1380., ubi pater dicit de filio: *κἄπειτ' ἔφλα με κἀσπόδει κἄπνιγεν*. Pergit poeta: *κατατιλλόμενοί τ' ἐπὶ ταῖς κοίταις ἐπὶ τοῖσιν ἀπράγμοσιν ὑμῶν Ἀντωμοσίας καὶ προσκλήσεις καὶ μαρτυρίας συνεκόλλων, ὥστ' ἀναπηδᾶν δειμαίνοντας πολλοὺς ὡς τὸν πολέμαρχον.*, quae etsi rem more comico exaggerant, tamen non est dubium quin pertineant ad *φροντιστήριον* illud v. 92 sqq. descriptum et ad orationem Strepsiadis v. 445 sqq. Sed omnium optime ex ipso Platone perspicitur in primis Nubibus quae ad Socratem spectarent omnia similiter atque in fabula superstite adornata fuisse adeoque Socratem tanquam inanium sophistarum principem in scenam inductum. Nam haudquaquam verisimile est philosophum iis locis, quibus Aristophanis fabulam respexit, secundam eius ob oculos habuisse recensionem, praesertim si per hanc multa fuissent immutata. Contraria tamen Fritschii mei sententia est, qui etsi statuit, secundas Nubes non esse in scenam inductas, tamen easdem contendit a Platone esse respectatas. At enim vero in Apologia quidem certe philosophus per ipsam rei naturam non potuit aliam fabulam respicere, quam quae et edita esset et iudicibus cognita. Quod quidem eo est certius, quo verisimilior est Hermanni sententia, qui ex ipsa Nubium indole et forma efficere studuit, secundam fabulae recensionem, quam Scholiastae memorant, a poeta inchoatam tantum, non perfectam absolutamque esse, eam vero, quae superest hodie, fabulam ex utraque recensione, perfecta prima et imperfecta secunda, mixtam esse et conflatam; cui viri summi iudicio suffragati sunt etiam Fr. Aug. Wolfius Praef. ad Nubb. p. IV. et Boeckh. De Graec. Tragoed. Princip. p. 21. Accipe vero ipsa Platonis verba Apolog. p. 19, B. C. *ὥσπερ οὖν κατηγόρων τὴν ἀντωμοσίαν δεῖ ἀναγνῶναι αὐτῶν· Σωκράτης ἀδικεῖ καὶ περιεργάζεται ζητῶν τά τε ὑπὸ γῆς καὶ τὰ ἐπουράνια, καὶ τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιῶν, καὶ ἄλλους ταῦτα διδάσκων, τοιαύτη τίς ἐστι, τοιαῦτα γὰρ ἑωρᾶτε καὶ*

αὐτοὶ ἐν τῇ Ἀριστοφάνους κωμῳδίᾳ, Σωκράτη τινὰ ἐκεῖ περιφερόμενον, φάσκοντά τε ἀεροβατεῖν, καὶ ἄλλην πολλὴν φλυαρίαν φλυαροῦντα· ὧν ἐγὼ οὐδὲν οὔτε μέγα οὔτε σμικρὸν πέρι ἐπαΐω. coll. p. 18. B. Vides hic ea commemorari, quae in fabula adhuc superstite reperiuntur, ut non possit dubitari, quin etiam in primis Nubibus sophistarum ineptiae similiter in Socratis persona exagitatae sint. Neque enim audiendus Fritschius est, qui p. 123 sqq. ex hoc ipso loco efficere studuit, ut argumentum primarum Nubium prorsus diversum a superstite fabula fuisse existimaretur. Nimirum noluit iam philosophus omnem totius illius fabulae sententiam declarare, sed hoc tantum dixit, *τοιαῦτα* in Nubibus spectanda praeberi: quod ita esse, vir doctus ipse largiri coactus est. Istud *περιφερόμενον* vero haud dubie pertinet ad eum locum, quo Socrates meditabundus in *κρεμάθρᾳ* haeret et Strepsiadi interroganti, quid agat, respondet, *ἀεροβατῶ*. Quanquam enim in nostris Nubibus nihil diserte dicitur de corbis pensilis agitatione, tamen facile est ad intelligendum, *κρέμαθραν* illam non stetisse fixam et immobilem, sed dum Socrates in ea penderet, huc et illuc motam fuisse: quorsum referendum est etiam istud *ἀεροβατῶ*. Nam si quietus ille consedisset, profecto non potuisset respondere se per aërem incedere. Quocirca equidem non credam Fritschio l. c. p. 132. contendenti, nullam fuisse in theatro Attico machinam, cuius ope quis sublimis in aëre sursum deorsum ferri potuerit, ideoque *περιφερόμενον* interpretanti per plateas errantem. Eam enim interpretationem non fert totius loci sententia. Ac si Socrates in corbe pensili haesit, ne intelligitur quidem qui non potuerit huc et illuc agitari. Videmus igitur vel scenicum fabulae apparatum in ista quidem parte olim eundem fuisse, qui nunc est. Non minus est memorabilis locus Symposii p. 221. B. ubi de fuga apud Delium narrans Alcibiades: *πρῶτον μὲν (εἶδον), ὅσον περιῆν Λάχητος τῷ ἐμφρων εἶναι· ἔπειτα ἔμοιγε ἐδόκει, ὦ Ἀριστόφανες, τὸ σὸν δὴ τοῦτο, καὶ ἐκεῖ διαπορεύεσθαι ὥσπερ καὶ ἐνθάδε, βρενθυόμενος καὶ τῷ φθαλμῷ παραβάλλων, ῥᾳδίως παρασκοπῶν καὶ τοὺς φιλίους καὶ τοὺς πολεμίους.* quae ipsa verba leguntur Nubb. v. 361. *ὅτι βρενθύει τ' ἐν ταῖσιν ὁδοῖς καὶ τῷφθαλμῷ παραβάλλεις.* Haec igitur certissime arguunt universam quidem certe fabulae descriptionem

in prima editione eandem fuisse atque in altera. Accedit quod nec fragmenta ex prioribus Nubibus servata quidquam continent, unde alium in iis fuisse Socratis habitum atque speciem probabiliter suspiceris: quanquam singulas quasdam fabulae partes paullo aliter fuisse adornatas utique ex iis colligere licebit. Sed id non agimus hoc tempore.

Quum igitur certissime appareat, Aristophanem primis Nubibus Socratem tanquam garrulum ridiculumque sophistam traduxisse, postea autem eam fabulam neque totam secunda recensione perpolivisse neque rursus in scenam produxisse, quumque idem in fabulis post Ranas editis nusquam reperiatur eum ullo modo exposuisse risui multitudinis, nihil est quod possit maiore cum verisimilitudinis specie affirmari, quam quod cum Prinsterero aliisque contendimus, videri poetam paullatim cum Socrate in gratiam rediisse, ut quem virum bonum et minime reipublicae periculosum esse intellexisset.

Atque hoc ita factum esse etiam ex eo est perspicuum, quod Plato Aristophanem in Convivio fecit cum Socrate familiariter conversantem. Inter quos si tanta intercessisset simultas et inimicitia, quantam vulgo perpetuo obtinuisse existimarunt, profecto impie philosophus in magistrum fuisset facturus, si colloquium isto modo habitum finxisset. Unus tamen locus Platonis est, qui huic sententiae vel maxime adversari videatur. Nam in Apolog. Socr. p. 19. B. C. Socrates ita loquens inducitur, ut in fabula Aristophanis non exiguam causam inesse dicat, cur multi iniquius de ipso iudicaverint. At vero ibi nobis persuasum est Socratem nec coram iudicibus ironiae suae oblitum ita fabulae Aristophaneae mentionem facere, ut non ipsum poetam tangat, sed eorum potius temeritatem non sine urbana cavillatione reprehendat, qui ex poetae nugis, iam dudum scilicet ab ipso reiectis, calumniandi causam et opportunitatem quaerere non desiissent. Quam sententiam iam ante hos septem fere annos in commentariis ad eum locum a nobis propositam miramur sane quod nemo eorum, qui postea temporis de Socratis cum Aristophane necessitudine exposuerunt, rite perpendit. Est enim ita comparata, ut ne nunc quidem eius poeniteat. Multo minus etiam cum nostra ratione pugnat locus Phaedonis p. 70. C, ubi quod Socrates haec dicit: *οὔκουν γ' ἂν οἶμαι, ἦ*

δ' ὃς ὁ Σωκράτης, εἰπεῖν τινὰ νῦν ἀκούσαντα, οὐδ' εἰ κωμῳδοποιὸς εἴη, ὡς ἀδολεσχῶ καὶ οὐ περὶ προηκόντων τοὺς λύγους ποιοῦμαι, recte viderunt interpretes vulgare illud fuisse in omnes philosophos convicium, quod non Aristophanem, sed Eupolin auctorem habeat.

Manet igitur quod antea posuimus, Aristophanem quo tempore Socratem inter perniciosos sophistas numerabat, Nebulas scripsisse; postea vero quam eum virum probum, honestum, boni rectique amantem cognovisset, diligere et amare coepisse, ut a Platone in Convivio potuerit talis induci, qui cum Socrate amantissime colloquatur. Atque hanc ipsam causam arbitramur esse, cur in Euthydemo Aristophanis nulla mentio iniecta sit, etsi id in postrema sermonis parte, ubi Crito de rhetoris istius exponit sententia, commodissime fieri potuisset. Quanquam philosophus dum hilari iocularique ratione argumentum illustrat, atque dictionibus quibusdam comicis usus est etiam in Nubibus usurpatis, fortasse subobscure Aristophanis fabulam significavit.

Atque huc, nisi fallor, trahenda est etiam Connī commemoratio, qua facta facile quisque in memoriam redire potuit fabulae Aristophaneae. Constat enim Connum Amipsiae eodem tempore quo Nubes in scenam prodiisse, atque de his reportasse victoriam. Nec tamen credibile est hanc fabulam tam inique iniusteque in Socratem statuisse, imo ea videtur unice ad iocum hilaritatemque fuisse temperata, si quid ex illo ipso Platonis loco colligere licet, quo Socrates sese ait Connum magistrum suum infamia quadam conspergere, siquidem homines eum γεροντοδιδάσκαλον appellare soleant. Quod quorsum spectet, docet locus Ciceronis iam supra memoratus Epistol. ad Divers. IX. 20. „ὀψιμαθεῖς autem homines scis quam insolentes sint.“ Enimvero senes sunt fere indociles, intractabiles, et suorum decretorum nimis tenaces. Unde lux affunditur loco Platonis Sophist. p. 251. B. ὅθεν γε τοῖς ὀψιμαθέσι θοίνην παρεσκευάκαμεν· εὐθὺς γὰρ ἀντιλαβέσθαι παντὶ πρόχειρον. Atque eodem pertinet etiam quod Diogenes dixisse fertur: νεκρὸν ἰατρεύειν καὶ γέροντα νουθετεῖν ταὐτὸν εἶναι.

Sed res repetenda altius est atque de Conno ipso explicandum accuratius, de quo usque ad hunc diem ho-

minum doctorum iudicia circumferuntur minime probabilia. Perhibent enim eum praeclarum fuisse fidicinem et excellentissimum artis musicae magistrum. De quo mea quidem sententia non unam ob causam dubitari potest. Nam primum quidem in Menexeno p. 235. E. apertum est ab ipso Socrate ita eius mentionem fieri, ut per urbanum iocum et irrisionem eius institutio anteponatur Lampri musici celeberrimi disciplinae. Cuius loci ratio, nuper demum a nobis patefacta, dici non potest quantopere homines eruditos inde a Cicerone ad Winckelmannum usque fefellerit. Omnes enim Socratis ironia non percepta homini tantum habuerunt honorem, ut eum in arte sua longe praestantissimum fuisse iudicarint. v. Cicero n. Epistol. Famil. IX. 21. Maxim. Tyr. p. 225. T. II. ed. Reisk. Valer. Maxim. VIII. 7. Suidas s. v. *Κόννου ψῆφος* T. II. p. 346 Interprett. ad Aristoph. Equitt. v. 534. ed Brunck. s. Commentarr. Lipss. Vol. IV. p. 150 sq. ubi etiam grammaticorum et scholiastarum opiniones recensentur. Winckelmann. Praef. p. XL sq. Schleiermacher. Opp. Plat. T. II. Vol. III. p. 532. At enim vero Platonis auctoritate quum illi abusi sint, quam nihil eorum sententiae sit tribuendum, facile intelligitur. Et res ipsa suadet, ut de musico isto non tam magnifice sentiamus. Neque enim verisimile est eum, si tantus fuisset artifex, aut in tanta paupertate fuisse versaturum aut aliis maximeque poetis comicis adeo debuisse ludibrium. Enimvero apud Aristophanem et Cratinum qui memoratur *Κοννᾶς*, is dubium non est quin sit ille ipse Connus, cuius apud Platonem mentio fit. Id rectissime vidit Winckelmannus Praefat. p. XL. laudata Bentleii de nominibus *ὑποκοριστικοῖς* disputatione in Epist. ad Io. Millium Opuscul. philol. p. 521 sq. ed. Lips.; senserat item Brunckius ad Vesp. v. 534. in eo tamen falsus, quod *Κόννας* scribendum putavit. Iam vero audi, quid sit, quod comici de homine narrant. Aristophanes Equitt. v. 534. — *ἀλλὰ γέρων ὢν περιέρρει Ὥσπερ Κοννᾶς, στέφανον μὲν ἔχων αὖον, δίψῃ δ' ἀπολωλώς· Ὃν χρὴ διὰ τὰς προτέρας νίκας πίνειν ἐν τῷ πρυτανείῳ.* Vesp. v. 675. *σὲ μὲν ἡγοῦνται Κόννου ψῆφον· τούτοισι δὲ δωροδοκοῦσιν ὄρχας, οἶνον κ. τ. λ.* Suidas v. *Κοννᾶς* T. II. p. 345. et Schol. ad Equitt. v. 531. hos Cratini versiculos memorant: *ἔσθιε καὶ σῇ γαστρὶ δίδου χάριν, ὄφρα*

σε λιμὸς Ἐχθαίρῃ, Κοννᾶς δὲ φιλοστέφανός σε φιλήσῃ. quae adumbrata sunt ad illud Hesiodi Opp. et Dier. v. 299. s. 277. ed. Brunck. *ἐργάζει Πέρσῃ, Διὸς γένος, ὄφρα σε λιμὸς Ἐχθαίρῃ, φιλέῃ δὲ ἐϋστέφανος Δημήτηρ.* Vides artificem tanquam senem pauperculum, bibulum et voracem perstringi; de virtutibus eius nihil praedicari, praeterquam quod superiores eius victoriae cum irrisione commemorantur. Quare loco Menexeni commotus aliter atque vulgo de eo iudicandum existimo. Ego enim si quid video, res ita potius sese habet. Fuit ille musicus admodum mediocris. Nihilominus acciderat aliquando, ut in certaminibus reportaret victoriam. Cuius honoris ille per totam vitam adeo fuit memor, ut coronam capiti impositam gestaret eaque ornatus magno cum fastu per plateas incederet, etsi summa paupertate iam eo redactus erat, ut instituenda iuventute victum quaeritaret. Atque haec ipsa potissimum fuit causa, nisi fallor, cur Socrates eum frequenter visitaret, videlicet quamcunque opportunitatem cum adolescentibus disserendi studiose investigare solitus et fortasse ipso hominis ingenio allectus et invitatus. Nam videtur Connus sane Socrati simile habuisse ingenium similemque fortunam. Primum enim fuit pauper et egenus, quae paupertas eo magis debuit esse ridicula, quo magis victoriis suis olim reportatis superbiret. Eandem fortunam Socrates quoque expertus est, quem constat Athenis vulgo *τὸν πένητα* esse appellatum. v. Xenophont. Oecon. II. 3. coll. Plat. Apolog. p. 23. B. Deinde ille videtur in rebus ad philosophiam pertinentibus lubenter esse versatus et cum sophistis aliisque id genus hominibus confabulari solitus: nam isti quoque quum adolescentium visendorum gratia tum hominis singulari ingenio praediti causa eius domum frequentabant. In quo ne nos temere hariolari existimes, teste Athenaeo V. p. 218. C. Amipsias in Conno chorum ex *φροντισταῖς* compositum in scenam induxit, quod certe facere non potuisset, nisi bonum Connum lubenter de istiusmodi rebus nugari solere Athenis notum fuisset. Atque hoc alterum est, in quo ei quaedam cum Socrate similitudo intercessit. Tertium fuit, quod etiam habitus atque facies hominis per esset ridiculus. Incedebat enim per plateas urbis quandam prae se ferens gravitatem, corona ornatus, quandoque etiam temulentus. Quid igitur? talis quum esset homuncio, num cuiquam mirum

videbitur, quod Socrates eius consuetudinem appetiit? Nimirum is pro urbanitate sua se simulavit musicam ab eo perdiscere velle, quae erat viri professio, si quid video, irrisionis plenissima. Atque haec si probabiliter a nobis sunt disputata, cur Amipsias totam sophistarum cohortem, uno Protagora excepto, qui tum aberat Athenis, cum Conno convenire iusserit, nemini erit obscurum. Inter eos autem si non primarias, at certe insignes, partes egit Socrates; quorsum spectant versiculi a Diogene Laertio II. 28. servati, quibus reliqua multitudo eum detrito pallio indutum advenientem salutat. Diogenis verba haec sunt: *Ἀμειψίας δ' ἐν τρίβωνι παράγων αὐτὸν φησὶν οὕτως· Σώκρατες, ἀνδρῶν βέλτιστ' ὀλίγων, πολλῶν δὲ ματαιόταθ' ἥκεις καὶ σὺ πρὸς ἡμᾶς, καρτερικός τ' εἶ. πόθεν ἄν σοι χλαῖνα γένοιτο; Τοῦτὶ τὸ κακὸν Τῶν σκυτοτόμων κατ' ἐπήρειαν γεγένηται.* Satis lepidum et ridiculum hunc sophistarum congressum fuisse oportet, ut non sit mirandum, quod haec Amipsiae fabula spectatoribus praeter ceteras placuit. Quanquam de hac re non licet certi quid pronuntiare, quia quale eius fuerit argumentum, admodum obscurum est *). Videmur tamen non temere hariolari, existimantes Connum cum Socrate ceterisque sophistis ita a poeta in scenam esse inductum, ut ipse vetulus vetulos, maximeque Socratem, arte musica erudire conaretur: unde omnibus nata est multa argutandi rixandique occasio. In aliam tamen sententiam Fritschius disputavit l. c p. 243 sqq. qui Connum Amipsiae censet versatum esse in doctiorum hominum, ut philosophorum, sacerdotum, vatum, artificum, illudenda paupertate. Cuius opinionis vereor ut satis idoneae sint rationes. Quod nos statuimus, id verum esse suspicamur partim ex eo, quod Socrates apud Platonem narrat Connum vulgo *τὸν γεροντοδιδάσκαλον* vocari, quia ipse eius disciplina utatur, partim ex Nonio Marcello, qui Senis doctorem non uno loco inter titulos fabularum Varronis memorat: quod certe argumento est, hanc materiam veteribus comicis non fuisse incognitam. Atque haec si vera sunt, cur in extrema dialogi nostri

*) Cf. Meineke Quaest. Scenic. spec. II. p. 43. Ranke in Seebod. Bibl. Crit. a. 1828. n. 31. p. 247.

parte nec Amipsiae ducatur ratio, in aprico esse putamus. Etenim is Socratem non ut vaniloquum et perniciosum sophistam, sed ut garrulum et contentiosum senem informaverat, indeque eximiam risus movendi captaverat occasionem. Quanquam quod Socrates in principio dialogi Connum tanquam magistrum memorat suum, eo fortasse tecte Amipsiae pariter atque Aristophanis fabula significatur.

Reliquus est Eupolis, qui si Socratem similiter atque Aristophanes in scena traduxisset, sanequam etiamnum esset mirabile, cur Plato poetas comicos non vicissim perstrinxerit aperteque vituperaverit. At enim vero etiamsi Eupolis Socratem vehementer corripuerit, tamen eum non ut nefarium sophistam, qui omnia temere calumniaretur, sed ut inanem eumque pauperculum rerum coelestium scrutatorem aut alio nomine perstrinxisse videtur, id quod colligimus ex Fragmentis apud Runkelium p. 175 sq. conf. Fritschius l. c. p. 217 sqq. Ac similis fortasse aliorum comicorum causa fuit, de quibus hic non est dicendi locus.

Explicavimus igitur, cur Plato in Euthydemo poetarum comicorum, qui Socratem eiusque disciplinam in scena risissent, nullam rationem habendam duxerit.

Sequitur ut exquirendum sit, cur scriptores orationum forensium potissimum carpantur tanquam germanae philosophiae adversarii Cuius rei causas Plato ipse satis perspicue indicavit. Quippe homines isti arrogantes et superciliosi cum rhetoribus id habebant commune, quod se in sophistarum numero haberi nollent, licet se ex eorum disciplina aliquid lucri capere posse non desperavissent. Certe quidem Gorgiam novimus magnopere cavisse, ne inter sophistas referretur, et eam ipsam ob causam sophistae nomen repudiavisse, sicuti docuit Fossius de Gorgia Leont. p. 41. Iidem autem illi etiam πολιτικοὶ videri volebant, cuiusmodi homines quam inclementer in sophistas statuerint, docet locus Menonis p. 91. A sqq. ubi Anytus a Socrate interrogatus, num Menoni censeat consuetudine et institutione sophistarum utendum esse, tam acriter in eos invehitur, ut sophistas tanquam pestem et perniciem civitatis valde abominetur. Ex quo explicationem habet etiam illud, quod De Rep. VI. p. 493. A. sophistae vocantur virorum civilium ἀν-

τίτεχνοι. Quum vero scriptores illi oratorii sophistas magnopere contemnerent, quorum argutam dialecticam ad rhetoricae artis facultatem parum valere sibi persuasissent, tum superciliosi et invidi universae philosophiae inimici exstiterunt. Nam primum quidem quia erant minus eruditi, imo semidocti, quid in sapientiae disciplina boni inesset et quomodo ea ab eristica esset discernenda, minime intellexerunt. Deinde molestissime tulerunt, si quando a Socrate vel eius familiaribus importunis quaestiunculis vexarentur, famam suam atque auctoritatem agi existimantes, si quando ab iis confutati viderentur. Quo factum est, ut quae criminationes unice in rixosam illam et contentiosam sophisticam convenirent, eas in universam philosophiam coniicerent atque Socratis rationem cum illa sedulo confunderent. Ita igitur hoc hominum genus viro optimo, acerrimo sophistarum exagitatori, multum invidiae atque odii conflavit, ut mirandum profecto non sit, quod Plato eos tanquam temerarios homines et ineptos philosophiae atque ipsius Socratis reprehensores praeter ceteros acerbe castigaverit. Atque ex hoc eodem fonte fortasse etiam odium illud in Lysiam fluxit, quem novimus in Phaedro gravi censura a philosopho esse notatum. Enimvero is etsi benevolo in Socratem animo fuit, si quid ex iis colligere licet, quae narrat Cicero De Orator. I. 54., tamen Platoni ex itineribus reduci ideo stomachum movit, quia quum insignis rhetoris laude floreret, tamen a philosophia erat plane alienus ideoque artis oratoriae facultatem magis usu et exercitatione collectam quam ratione inventam et perfectam tenebat: de qua re in Prolegomenis ad Phaedrum et Menexenum explicatum est.

Cum universi libri argumento praeclare congruit illud, quod in principio atque fine sermonis Critoni interlocutoris partes tribuuntur. Cuius viri exemplo sanequam commodissime declarari potuit per inanes illos rixandi artifices tantum invidiae conflari verae sapientiae disciplinae, ut vel homines benevolentissimi de salutari eius vi et efficacia dubii redderentur. Fuit enim Crito et Socratis et philosophiae amantissimus, homo optimus et liberali animo, sed non ita perspicax et subtilis, ut vera a falsis facile discerneret. Ex quo etiam apparet, cur ei, si a dialogo ipsius nomine inscripto et quibus-

dam Phaedonis locis discesserimus, in uno Euthydemo interlocutoris partes eaeque fere secundariae sint demandatae. Nam qui a philosophandi subtilitate esset parum instructus, eum Plato facile intellexit non posse cum Socrate ita colloquentem induci, ut de gravioribus atque difficilioribus quaestionibus dissereret. Quanquam igitur ille et philosophiae studiosus erat et Socratis amantissimus, tamen facile accidere potuit, ut eristicorum nugis admodum commoveretur adeoque paene adduceretur eo, ut sapientiae disciplinae diffidere inciperet et de Socratis fama atque existimatione sollicitus fieret. Quae si recte iudicavimus, et conveniunt certe cum iis, quae alibi de eo memoriae prodita sunt atque partim a Groenio van Prinsterer Prosopograph. Plat. p. 200 sqq. exposita, nihil profecto universi colloquii rationi et consilio fingi potest accommodatius quam quod Plato hunc potissimum cum Socrate colloquentem induxit.

Reliquum est, ut quaerendum sit, quo tempore Euthydemus scriptus esse videatur. Et diserta quidem temporis indicia, unde hac de re coniecturam capere liceat, in eo expressa cernuntur fere nulla. Schleiermacherus enim quod e p. 273., E. ubi sophistae Thuriis fugisse narrantur, apparere censuit, colloquium post Olymp. XLII. habitum fingi, pro certo posuit quod est longe incertissimum. Sumsit enim Dionysodorum et Euthydemum eodem anno quo Lysiam, hoc est Olymp. XCII. 2. sive ante Chr. n. 411., Thuriis pulsos esse, quum tamen id iam antea evenire potuerit, siquidem non semel accidit, ut in civitate illa recens condita inter diversas factiones tumultus et seditiones orirentur. Non firmior est Pinzgeri ratio, qui in Specim. Nov. Edit. Euthydemi p. 10. e verbis p. 275. A. collegit habitum fingi colloquium Olymp. XCI. 4. quia Alcibiades commemoretur sic, ut vix exsul haberi possit. At loco illo diligenter considerato nihil videbis ex eo posse concludi nisi sermonem ante Olymp. XCIV. 1. habitum fingi. Plus profecit Winckelmanni diligentia, qui e verbis p. 286. C. *καὶ γὰρ οἱ ἀμφὶ Πρωταγόραν σφόδρα ἐχρώντο αὐτῷ καὶ οἱ ἔτι παλαιότεροι*, verissime collegit dialogum post obitum Protagorae et habitum fingi et scriptum esse. Iam vero Freretus in libro: Memoir. de l'Academ. d. Inscript. T. 47. p. 277 — 282.

et Geelius Histor. Sophistar. p. 70. probabiliter demonstrarunt mortuum esse sophistam anno ante Chr. n. 410. Ex quo consequitur, librum post Olymp. XCII. 3. literis consignatum esse. Mihi tamen nec haec computatio satisfacit. Prodiit enim Euthydemus, nisi fallor, ineunte Olymp. XCIV. quo tempore Aristophanis adversus Socratem inimicitia iam tota evanuerat, non multo ante Protagoram, quocum etiam argumenti quadam necessitudine continetur. Quae sententia vel maxime commendatur totius scriptionis ratione et consilio. Scripsit enim Plato hunc librum haud dubie iis temporibus, quibus ei operae pretium visum est efficere, ut Socratis philosophandi ratio ab inani ista sophistarum arte diligenter discerneretur. Quae si ex me quaeris qualia fuerint, equidem non dubito, quin paucis annis ante Socratis accusationem eius rei maxima fuerit vel necessitas vel opportunitas. Nam illis temporibus usque ad viri iudicium temerariae istae opiniones ab eius adversariis sedulo videntur divulgatae et amplificatae esse, sicuti ex Apologia apparet. Nec vero probabile est Euthydemum tum demum esse confectum, quum Socratis causa iam in iudicium deducta esset. Nam si iis iam in iudicio esset versata, haud dubie scriptor eius rei rationem habiturus erat. Ex quo admodum fit probabile, librum aliquo tempore ante Socratis accusationem literis esse consignatum. Confirmatur haec nostra sententia vel maxime eo, quod quaecunque de vitae beatitate, de scientia tanquam virtutis fundamento, deque virtutis disciplina disseruntur, ea omnia germanae doctrinae Socraticae speciem referunt, nec per totum librum quidquam eorum investigari potest, quae Plato postea de vi et natura virtutis est commentatus. Enimvero inde perspicue intelligitur, Platonem, quo tempore Euthydemum scripsit, fidum adhuc fuisse rationis Socraticae sectatorem, quod certe in annos adolescentiae eius cadit. Huc accedit quod perquam est credibile, philosophum non illo demum tempore, quo scholas in academia habere instituit, suam ipsius dialecticam isto quidem modo ab adversariorum calumniis fuisse defensurum, quandoquidem inanes isti garrulique disputatores, etiamsi se adhuc iactaverint, tamen quomodo a Socraticis differrent, viris prudentibus et cordatis non amplius obscurum esse potuit. Denique nec Megaricorum disserendi ratio usquam in Euthydemo respicitur, quod sane magnum momentum

ad nostram rem facit, quum philosophus tam multa eius carpendae opportunitate oblata non videatur eam silentio fuisse transmissurus, nisi idoneas eius rei causas habuisset. Sed nimirum Plato post Socratis obitum demum, quum Athenis relictis se ad Euclidem contulisset, illam videtur cognovisse accuratius. Ita igitur omnia suadent, ut Euthydemum non ita multo ante Socratis accusationem scriptum esse credamus.

Atque his ita explicatis videmur et sententiam nostram de universi operis argumento atque consilio supra adumbratam satis confirmavisse, et quae praeterea ad librum intelligendum sunt necessaria, quantum hac disputatione fieri poterat, in illustri luce posuisse. Qua disputatione tandem hoc effectum putamus, ut totam scriptionem prorsus divina arte compositam et elaboratam esse appareat. Omnes enim libri partes tam apte inter se nexas atque colligatas esse ostendimus, nihil ut sit otiosum aut supervacaneum, omniaque tanquam singula unius corporis membra pulcerrime inter ipsa conveniant. Est enim toti operi propositum nihil aliud, nisi ut doceatur, nugacem istam eristicam, quae se temere virtutis magistram profiteatur, nihil esse nisi vanam argutiarum venatricem, ideoque Socraticae disciplinae multum esse postponendam, ut quae re vera ad virtutis institutionem pertineat et rationes cuiusque rei subtiliter solcat pervestigare; nihilominus autem accidere, ut homines fastuosi et invidi alteram cum altera sedulo confundant atque ita veram sapientiae et virtutis disciplinam in odium hominum atque contemtum adducant. Quocirca haud videmur temere statuere omnia eo redire existimantes, ut Socratica ratio a vanae illius et inanis eristices, pulcerrime sane in hoc libro descriptae, suspicione liberetur, doceaturque cavendum esse, ne, dum istam sophisticam contemnas, simul etiam germanam sapientiae et virtutis disciplinam nihili aestimandam esse opineris.

Sed tempus est disputationi nostrae, quae vel sic fortasse nimis ampla evasit, finem imponere. Qua si id effecisse videbimur, ut de opere sanequam gravissimo rectius existimetur, eo impensius laetabimur, quo densioribus tenebris illud adhuc fuit involutum.

Ceterum non vereor, ne nunc quisquam Astio putet assentiendum esse, qui in libro ceteroquin egregio De Vita et Scriptis Platonis p. 414 sqq. etiam

hunc dialogum Platoni per fraudem suppositum esse iudicavit. Nam primum quidem illud exploratum habemus, Euthydemum eatenus non esse Platonicum, quatenus a Platone Socratico literis consignatus est: quod tamen nihil impedit, quominus eum ad philosophum nostrum tanquam auctorem referamus. Deinde etsi non id agitur, ut locus aliquis doctrinae Platonicae subtilius illustretur, sed tota scriptio maxime in doctrina Socratis a sophisticarum argutiarum suspicione vindicanda versatur, tamen passim vel opiniones sophistarum maximeque Protagorae longe lateque illa aetate disseminatae refelluntur, vel doctrinae Socraticae loci quidam, si non explicantur, at certe attinguntur atque significantur, quo ipso efficitur, ut et sophistarum castigatio et Socraticae rationis commendatio artificiosissime coniuncta sit cum gravissimarum rerum vel explicatione vel significatione, quae miramur sane virum doctissimum in hoc opere prorsus desideravisse. Denique nec in verbis nec in sententiis quidquam reperitur, quod malae fraudis suspicionem excitare aut alere posse videatur. Nam quod multae dictiones ioculares atque proverbiales cumulantur, id eiusmodi est, ut cum sophistices irrisione propemodum petulanti illa et proterva optime conveniat, ut profecto non videam, cur quis hac in re ullo modo haereat. Quod autem Socrates aliquoties non e sua ratione disputat, sed ex mente sophistarum loquitur, id si non est animadversum, neutiquam scriptori vitio vertendum est, sed potius iis ipsis, qui quum librum sibi viderentur penitus intellexisse, tamen has quidem eius partes secus atque debuerant interpretati sunt. Nec quidquam affert dubitationis, quod loci quidam reperiuntur etiamnum obscuri. Quorsum pertinent quae p. 271. D. de fratribus Acarnanibus et p. 297. E. de Patrocle Socratis fratre narrantur. Nam in talibus nesciendi ars est adhibenda, cavendumque magnopere, ne quae nobis obscura sunt, etiam veteribus ignota fuisse existimemus. Ita certe prohibebimus, ne turbulentis dubitationum fluctibus tanquam in immensum inscitiae et ignorantiae mare auferamur.

Possumus his nonnulla subiicere de sententia eorum, qui Socratem in sophistarum numero habendum iudicaverunt. Sed haec materia, quia et a nobis alibi *)

*) In progr. 1830. edito.

est tractata et explicata etiam ab aliis, satis erit hoc unum adiecisse, Platonem ipsum in Euthydemo huic opinioni maxime esse adversatum.

ELENCHUS CODICUM.

Bodleianus s. Clarkianus.— Coislinianus (*Γ*). Vaticani *Θ* et r. Veneti *ΞΣ*. Paris. B. quo usus est Routhius, et Paris. CE. Angelicus (w). Barberinus (y). Palatinus (e). Urbinas (f). Vindobonens. 54. (nobis r). Flor. a. b. c. o. Palat., quem Creuzer. nominavimus, unde vir illustris excerptas lectiones dedit in Melett. Critt. Fasc. I. p. 100 sq. Optimi sunt Bodl. Coisl. Vat. *Θ*. Vindob. et Creuzer. Quanquam iis non tantum est tribuendum, ut ubique aut veram lectionem aut certe eius vestigia servare existimentur. Sunt enim nec ab ipso Platone scripti nec a scribarum erroribus et grammaticorum correctionibus immunes. Quocirca etiam reliquorum librorum ducenda est ratio, siquidem saepenumero accidit, ut vel deteriores libri verae germanaeque scripturae vestigia habeant. Alioquin ars critica facile eo deveniet, ut mero manuum labore contineatur.

EDITIONES LIBRI PECULIARES.

Separatim Euthydemus editus et illustratus primum a Routhio est, cuius editionis hic est titulus:

Platonis Euthydemus et Gorgias. Recensuit, vertit, notasque adiecit Martin. Ioseph. Routh. Oxonii, e typographio Clarendoniano. 1784. 8. mai.

Hunc sequutus est Heindorfius edito Vol. III. Dialogorum Platonis Selectorum, quod etiam hanc habet inscriptionem:

Platonis Dialogi tres, Cratylus, Parmenides, Euthydemus. Emendavit et annotatione instruxit Lud. Fr. Heindorf. Berol. 1806. 8. mai.

Denique nuper editoris munere functus est Winckelmannus, quo curante prodiit:

Platonis Euthydemus. Recensuit, Prolegomenis et commentariis illustravit, apparatum criticum di-

gessit, scholia, excursum et indices adiecit Aug. Guil. Winckelmann. Accessit Aristotelis liber de sophisticis elenchis. Lipsiae. 1833. 8. mai.

Specimen novi Commentarii in Euthydemum edidit Gustav. Pinzger. Liegnit. 1834. 4. quod dialogi initium usque ad p. 272. A. complectitur.

Germanica Schleiermacheri interpretatio continetur Opp. Platon. Vol. II. P. I. p. 397 sqq. edit. sec.

ΕΥΘΥΔΗΜΟΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΚΡΙΤΩΝ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΕΥΘΥΔΗΜΟΣ, ΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΣ, ΚΛΕΙΝΙΑΣ, ΚΤΗΣΙΠΠΟΣ.

Cap. 1. *Τίς ἦν, ὦ Σώκρατες, ᾧ χθὲς ἐν Λυ-* 271
κείῳ διελέγου; ἢ πολὺς ὑμᾶς ὄχλος περιεστήκει, ὥςτ' ἔγωγε βουλόμενος ἀκούειν προςελθὼν οὐδὲν οἷός τ' ἦν ἀκοῦσαι σαφές. ὑπερκύψας μέντοι κατεῖδον, καί μοι ἔδοξεν εἶναι ξένος τις, ᾧ διελέγου. τίς ἦν;

ΣΩ. Ὁπότερον καὶ ἐρωτᾷς, ὦ Κρίτων; οὐ γὰρ εἷς, ἀλλὰ δύο ἦστην.

P. 271. *ἢ πολὺς ὑμᾶς*] Par. BCE. Angel. Barb. Urbin. Vat. r. Vind. *ἡ*. Heindorfius *ἢ* abesse malebat; sed v. infra. — *ἡμᾶς* Ven. Σ. BCE. Ang. Barb. Pal. Flor. a. b. c. o. In Vat. r. et Vind. *ὄχλος* deest.

μέντοι κατεῖδον] Bodl. *κατίδον*, i. e. *κατεῖδον*.

P. 271. *Τίς ἦν, ὦ Σ.* — *περιεστήκει*] „Verba haec a Demetrio citata sunt in libello *Περὶ ἑρμηνείας* §. 235. ed. Gale sine variatione. Illa vero, quae mox inferuntur, hoc modo laudantur memoriter: *Ἀλλά μοι ξένος τις φαίνεται ᾧ διελέγου· τίς ἦν;*" *Routh.*

Ἢ πολὺς ὑμᾶς ὄχλος —] Heindorfius, quia *ἢ* non usurpari soleat nisi post alterius interlocutoris sermonem, aut expungendum illud censet, aut scribendum: *πολὺς γὰρ ὑμᾶς ὄχλος*. Sed nulla est causa, cur voculam suspectam habeamus, quae quum asseverandi vi et potestate polleat, haud sane intelligitur, cur non liceat eidem personae, facta aliqua recitandi interstitione, sermonem ita continuare, ut utatur hoc affirmandi vocabulo. Accedit quod ne in iis quidem locis, quos vir doctus ad confirmandam sententiam suam attulit, arctior quaedam inter interrogationem et praecedentem sententiam necessitudo intercedit. v. De Rep. V. p. 453. E. VII. p. 530. C. VIII. p. 567. E. Euthyphr. p. 14. B. Fecit tamen insolita haec sententiarum continuatio, ut librarii temere *ἢ* scripserint.

Ὁπότερον καὶ ἐρωτᾷς] Fallitur Heindorfius *ὁπότερον* ratus pro *πότερον* usurpari solere. Habet enim oratio in talibus locis imitationem quan-

ΚΡ. Ὃν μὲν ἐγὼ λέγω, ἐκ δεξιᾶς τρίτος ἀπὸ
B *σοῦ καθῆστο· ἐν μέσῳ δ' ὑμῶν τὸ Ἀξιόχου μειρά-*
κιον ἦν. καὶ μάλα πολύ, ὦ Σώκρατες, ἐπιδεδωκέναι
μοι ἔδοξε, καὶ τοῦ ἡμετέρου οὐ πολύ τι τὴν ἡλικίαν
διαφέρειν Κριτοβούλου. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν σκληφρός,
οὗτος δὲ προφερὴς καὶ καλὸς καὶ ἀγαθὸς τὴν ὄψιν.

B. *ἐπιδεδωκέναι*] Bodl. Vind. Par. E, *ἐπιδεδηλωκέναι*. Dein *διαφέρει* Ven. Σ. Par. CE. Angel. Pal. Flor. a. b. c. o. *σκληφρός*] *σκῆφρος* Bodl.

dam sermonis quotidiani, quo in interrogationibus relativa interrogandi forma utimur, sententiam illam reticentes, unde interrogatio suspensa putari debeat. Germanice dixeris ad eundem modum: Welchen von beiden du doch auch meinest! Ad quae quilibet sponte intelligit, scire velim vel simile quiddam. Explicavi de hac loquendi forma ad Menon. p. 74. E. De Rep. I. p. 348. B, Lysid. p. 212. C. Eodem modo infra p. 267. B. accipiendum ὅ τι ποτὲ λέγεις; ubi Bekkerus de coniectura Heindorfii scripsit: *τί ποτὲ λέγεις;* Pertinet huc etiam locus Lysiae Accusat. Nicom. p. 840. ed. Reisk. = 259. ed. Brem. *καὶ γάρ τοι, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἐπειδὴ ἐκείνων δίκην οὐ δέδωκεν, ὁποίαν καὶ νῦν τὴν ἀρχὴν κατεστήσατο*; ubi Marklandus et Taylorus errarunt mirifice.

B. *τὸ Ἀξιόχου μειράκιον*] Clinias, Axiochi prioris nepos, de cuius gente v. ad Alcibiad. I. p. 104. A. Critobulus autem, Critonis filius, iuvenis fuit et formositate insignis et Socratis amantissimus. v. Diog. L. II. 13, 121. Plat. Apol. p. 38. B. Phaed. p. 59. Formositate sua ipse gloriatur apud Xenoph. Sympos. III. 7. IV, 10. V, 1 sqq. Itaque cave *ἐκεῖνος* cum Heindorfio ad Critobulum aut cum Winckelmanno ad Euthydemum referas: pertinet enim ad Cliniam, quem Crito dixerat *μάλα πολὺ ἐπιδεδωκέναι*. Sed de vocabulorum *σκληφρὸς* et *προφερὴς* vi et potestate grammatici vehementer inter se dissentiunt. Nobis unice probantur, quae scripsit ad hunc locum Scholiastes. *Σκληφρός*, inquit, *ὁ τῷ μὲν χρόνῳ πρεσβύτερος, τῇ δὲ ὄψει νεώτερος δοκῶν· προφερὴς δέ, τῷ μὲν χρόνῳ νεώτερος, τῇ δὲ ὄψει πρεσβύτερος.* Quam sententiam confirmat etiam Photius On. II. 2, 10. iam a Routhio laudatus, *προφερὴς λέγεται ὁ τῷ μὲν χρόνῳ νεώτερος, τῇ δὲ ὄψει δοκῶν πρεσβύτερος· σκληφρὸς δὲ ὁ τούτῳ ὑπενάντιος, ὃν καὶ νεοειδῆ ἂν εἴποις. Θεόπομπος δὲ ὁ κωμικὸς ἐπὶ γυναικὸς εἴρηκεν αὐτό.* Hesychius: *προφερεῖς οἱ νέοι ὄντες, πρεσβύτεροι δὲ φαινόμενοι.* Eadem habet Harpocratio, et alii. Aeschines c. Tim. §. 21. ab Harpocratione laudatus: *ἔνιοι μὲν γὰρ νέοι ὄντες προφερεῖς καὶ πρεσβύτεροι φαίνονται· ἕτεροι δὲ πολὺν ἀριθμὸν χρόνου γεγονότες παντάπασι νέοι.* quem locum a Stephano, Tayloro, Winckelmanno, perperam intellectum vere explicuit Bremius. Etenim *σκληφρὸς* quum originem habeat a *σκλῆναι*, arofa-

ΣΩ. Εὐθύδημος οὗτός ἐστιν, ὦ Κρίτων, ὃν ἐρωτᾷς· ὁ δὲ παρ' ἐμὲ καθήμενος ἐξ ἀριστερᾶς ἀδελφὸς τούτου, Διονυσόδωρος· μετεῖχε δὲ καὶ οὗτος τῶν λόγων.

ΚΡ. Οὐδέτερον γιγνώσκω, ὦ Σώκρατες.

ὁ δὲ παρ' ἐμὲ] ὃς δὲ παρέμενε Bodl. Vat. Θ.

μετεῖχε δὲ κ.] Ita dedi de coniectura Heindorfii. Libri habent μετέχει.

facere, commode dicitur de eo, cuius corpus tanquam arefactum non ad eam excrevit magnitudinem, quae ipsius aetati conveniat. Cuiusmodi homines propter staturae exilitatem minores natu videri solent, quam revera sunt. *Προφερεῖς* autem (in anterius proni) dicuntur, qui citius creverunt et maiorem habent figuram corporis quam pro aetate sua, ideoque videntur aetate grandiores. Quod non perspiciens Winckelmannus transversus agitur, totum locum hunc in modum interpretans: ille quidem, quem dico, Euthydemus, *exilis est et macer*; hic vero, Critobulus, *procerus* est et pulcer adspectu. Enimvero nec *σκληφρὸς* simpliciter macilentum nec *προφερὴς* procerum significat, et *ἡλικία* apud Platonem quidem nusquam de statura corporis et specie hominis externa dicitur. Accedit quod nullo modo perspicitur, cur Euthydemi figura cum adolescentuli specie comparetur. Quod autem dixi *ἐκεῖνος* referri ad Cliniam oportere, eam sententiam confirmari maxime arbitror verbis praecedentibus, *καὶ μάλα πολὺ ἐπιδεδωκέναι μοι ἔδοξε*, quae manifesto ad corporis habitum referuntur. Itaque totum locum sic interpretor: Quem ego dico, is ad dextram tertius a te sedebat; medius autem inter vos erat Axiochi filiolus, ac permultum is mihi videbatur profecisse, nec a nostro Critobulo longe aetate distare: veruntamen ille (Clinias) exilis est et pusillus pro aetate sua, hic autem citius crevit atque pulcra est et honesta facie. Ita igitur ambo adolescentes aetatis ratione habita inter se comparantur, siquidem explicatur, cur alter maior, alter minor natu videatur, quanquam parem fere aetatem habere iudicandi sint.

Εὐθύδημος — ὃν ἐρωτᾷς] Quia Crito plura verba de Clinia et Critobulo interposuit, prudenter Socrates, ad superiorem respondens interrogationem, addit *ὃν ἐρωτᾷς*.

μετεῖχε δὲ καὶ οὗτος τ. λ.] Ita vere correxit Heindorfius. Nam vulgatum *μετέχει τ. λ.* quod Astius et Winckelmannus interpretantur: versatur autem hic quoque in disputando, s. hic quoque artem disserendi profitetur: ferrem equidem hanc interpretationem, si antea Dionysodorus iudicatus esset disputationibus operam dare solere: nunc hoc unum narratum est, eum heri cum Socrate in

C ΣΩ. *Καινοί τινες αὖ οὗτοι, ὡς ἔοικε, σοφισταί.*

ΚΡ. *Ποδαποί; καὶ τίς ἡ σοφία;*

ΣΩ. *Οὗτοι τὸ μὲν γένος, ὡς ἐγῷμαι, ἐντεῦθέν*

C. *Ποδαποί; καὶ τίς*] *δέ*, quod vulgo post *ποδαποί*; insertum erat, cum Bodl. Coisl. Ven. Σ. Par. BCE. Angel. Barb. Pal. Urb. Vat. r. Flor. a. b. c. o. delevi. Ita oratio plus alacritatis nanciscitur.

θαυμασία, ὦ Κρίτων· πάνσοφοι ἀτ.] Sic Coisl. Ven. Ξ. Pal. Urb. Vat. r. quod confirmat Vat. Θ. qui habet *θαυμαίαν*.

Lyceo disseruisse. Quum igitur haec verba ad praecedentia illa referantur, *ᾧ χθὲς ἐν Λυκείῳ διελέγου*, consequitur ut *μετεῖχε* legendum sit. Accedit quod Dionysodorus eius, quae habita est, disputationis revera particeps fuit, sicuti ex universi libri argumento intelligitur.

καινοί τινες αὖ οὗτοι —] In exemplo Aldino et aliquot codd. haec quoque Critoni tribuuntur. Ac profecto istud *ὡς ἔοικε* Critoni coniectanti optime convenit, Socrati non item, nisi cum Heindorfio interpretari velis: ut facile coniici potest, wie du leicht denken kannst. At ea interpretatio vereor ut loquendi consuetudini sit consentanea. Winckelmannus igitur, verbis Critoni assignatis, legendum censet: *Οὐδέτερον γιγνώσκω, ὦ Σ., καὶ καινοί τινες αὖ οὗτοι, ὡς ἔοικε, σοφισταὶ ποδαποί; καὶ τίς ἡ σοφία*; Atqui ita Crito sumens novos istos esse sophistas parum considerate statim adiungit suum istud *ποδαποί*; quod eo molestius accidit, quia se neutrum novisse aperte fatetur. Me si audis, locum hunc in modum emendabis: Criton. *Οὐδέτερον γιγνώσκω, ὦ Σώκρατες· καινοί τινες αὖ οὗτοι, ὡς ἔοικε, σοφισταί.* Socr. *Ναί.* Criton. *Ποδαποί; καὶ τίς ἡ σοφία;* Hoc *Ναί* quam saepe post syllabas consimiles a librariis neglectum sit, quum multis exemplis possim declarare, tamen quia res per se hac luce clarior est, malo equidem doctrinae inops quam importunus haberi.

ἐντεῦθέν ποθέν εἰσιν ἐκ Χίου] Phaedr. p. 229. B. *εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἐνθένδε μέντοι ποθὲν ἀπὸ τοῦ Ἰλίσσου λέγεται ὅ βορέας τὴν Ὠρείθυιαν ἁρπάσαι*; ubi v. annot. coll. Poppon. ad Xenoph. Cyrop. VII. 1, 23. Chii autem coloni se adiunxisse videntur Atheniensibus illis, qui Olymp. 84. 2. = 443. a. Chr. n. decem navibus duce Lampone et Xenocrito Thurios migrarunt; de qua re v. Diodor. XI. 90. XII. 7. et 10. Quae Routhii coniectura nescio cur Heindorfio adeo incerta visa sit. Nam ipsum hoc *ἀποικεῖν* satis liquido testatur de alio itinere vel migratione non licere cogitari. Plus dubitationis habet quod Schleiermacherus statuit, fugam, quae statim memoratur, incidere in annum a. Chr. 412. vel 411 = Olymp. 92, 1 vel 2. quo anno Lysias orator, qui et ipse illuc concesserat, Atticismi accusatus cum trecentis aliis expulsus est. v. Taylor Vit. Lys. p. 111. Nam Thuriorum civitatem plus quam semel intestinis motibus concussam esse novimus. Pro *φεύ-*

ποθέν εἰσιν ἐκ Χίου, ἀπῴκησαν δὲ ἐς Θουρίους· φεύγοντες δὲ ἐκεῖθεν πόλλ' ἤδη ἔτη περὶ τούσδε τοὺς τόπους διατρίβουσιν. ὃ δὲ σὺ ἐρωτᾷς τὴν σοφίαν αὐτοῖν, θαυμασία, ὦ Κρίτων· πάνσοφοι ἀτεχνῶς. ὡς

Florentini *θαυμάσια*. Vulgo legebatur *θαυμάσ' ὦ Κρίτων*. Dein Par. B. a pr. m. *πάσσοφοι*, quod recepit Bekkerus. Nos meliorum codicum auctoritatem in talibus sequendam duximus. conf. Schneider. ad Remp. X. p. 598. D. Lobeck. ad Aiacem p. 369. ed. sec. qui quae disputavit, ea *πάνσοφον* analogia certissima defendunt.

γοντες quod olim cum Heindorfio incertus haesi, num *φυγόντες* esset praeferendum, noli dubitare, quin vera sit lectio vulgata. Xenoph. Hellen. I. 3, 13 *ἤδη φεύγων ἐκ Συρακουσῶν*. Anab. I. 3, 3 *φεύγοντά με ἐκ πατρίδος τά τε ἄλλα ἐτίμησε καὶ τ. λ.* ubi v. Krüger. coll. Pinzgero ad Lycurg. adv. Leocrat. c. 6. et Blumio ibid. c. 13, 1. Omnino autem de hoc usu participii praesentis v. Matthiae ad Eurip. T. VII. p. 351. Poppo ad Thucyd. T. I. p. 152. Fritsche Quaestionn. Lucian. p. 113 sq.

ὃ δὲ σὺ ἐρωτᾷς —] Recte interpretatur Pinzgerus: Quod autem ad id attinet, quod tu de eorum sapientia quaeris. v. Matthiae Gr. T. II. p. 894. §. 478. ann. ad Phaedr. p. 251. C. Aliter accepit Heindorfius, qui *τὴν σοφίαν αὐτοῖν* pronomini *ὃ* per epexegesin additum putat. Dein vulgo legebatur *θαυμάσ' ὦ Κρίτων, πάνσοφοι ἀτεχνῶς*. Sed *θαυμάσ' ὦ Κρίτων* a prosae orationis scriptoribus dictum esse pro *ὦ θαυμάσιε Κρίτων*, nunc ne Lobeckio quidem ad Phrynich. p. 565. affirmanti crediderim. conf. Hermann. ad Hymn. Hom. in Apol. v. 14. Accedit quod haec compellatio per se spectata ab hoc loco aliena est.. Hoc ipsum, ni fallor, sentiens A. Matthiae gr. Gr. p. 849. correxit: *θαυμάσ'*, *ὦ Κρίτων, ὡς πάνσοφοι*, collato Euripide Iphig. Aul. v. 948. *θαυμαστὰ δ' ὡς ἀνάξια ἠτιμασμέν.*, qui tamen locus alius generis est, siquidem ibi *θαυμαστὰ ὡς ἀνάξια* in unum coniungendum. Alia medicina usus Heindorfius legendum censet vel *θαυμάσιοι (εἶσιν)*, *ὦ Κρίτων*, vel *θαυμασίως, ὦ Κρίτων, πανσόφως ἀτεχνῶς*, vel *ὦ θαυμάσιε Κρίτων*. Quorum nihil satisfacit. Lenius Winckelmannus scripsit: *θαυμάσ'*, *ὦ Κρίτων, πάνσοφοι ἀτεχνῶς*., ut *θαυμάσια πάνσοφοι* cohaereat. Verum etsi *σοφὸς* ita cum accusativo connectitur, veluti infra p. 273. C. *τῷ ἄνδρε σοφῷ οὖ τὰ σμικρὰ ἀλλὰ τὰ μεγάλα*, tamen qui *πάνσοφος* eo modo construxerit, ego novi neminem. Recte codices aliquot habent: *θαυμασία, ὦ Κρίτων*, quod Pinzgerus summo iure amplexus est. Nam quod Winckelmannus dicit ita nullam fore orationis cohaerentiam, asyndeton hoc egregie sermonis vigori et alacritati convenit. Germanice dixeris: Wenn du aber nach ihrer Weisheit fragst, so ist sie ganz wundersam, o Kriton; ganz allweise Leute sind sie.

ἔγωγε οὐδ' ἤδη πρὸ τοῦ, ὅ τι εἶεν οἱ παγκρατιασταί. τούτω γάρ ἐστον κομιδῇ παμμάχω, οὐ κατὰ τὼ Ἀχαρνᾶνε τὼ παγκρατιαστὰ ἀδελφώ· ἐκείνω μὲν γὰρ
D τῷ σώματι μόνον οἵω τε μάχεσθαι· τούτω δὲ πρῶτον μὲν τῷ σώματι δεινοτάτω ἐστόν, καὶ μάχῃ, ἣ πάντων ἔστι κρατεῖν· ἐν ὅπλοις γὰρ αὐτώ τε σοφὼ
272 πάνυ μάχεσθαι καὶ ἄλλον, ὃς ἂν διδῷ μισθόν, οἵω τε

ὡς ἔγωγε οὐκ ἤδη] Pro ὡς ἔγωγε Bodl. Vind. et Vat. Θ. τώγε. Vat. r. τώδε, hac verborum distinctione facta: ἀτεχνῶς τώγε s. τώδε· οὐδ' ἤδη πρὸ τοῦ κ. τ. λ. ex quo liquida est erroris causa et origo. Pro ἤδη, quod hic tuentur Bodl. Vat Θ., vulgo erat ἤδειν. v. Photium ap. Pierson. ad Moer. 173.

D. κατὰ τὼ Ἀχαρνᾶνε] Bod. Vat. Θr. Vind. Ἀχαρνᾶνε ἐγενέσθην τὼ παγκρ. quod ex glossemate fluxisse mihi plane persuasi.

ἢ πάντων ἔστι κρατεῖν] ἔστι om. Bodl. Vat. Θ. Ante Bekkerum ἐστὶ scribebatur.

ὡς ἔγωγε οὐδ' ἤδη πρὸ τοῦ, ὅ τι εἶεν —] Nam equidem ne noveram quidem antea, quid essent pancratiastae; (sc. sed nunc demum id cognovi; quod facile apud animum suppleveris.) hi enim prorsus in omni certaminum genere versantur, dissimiles Acarnanibus illis fratribus, qui nonnisi corporis certamina instituebant ctr. Itaque Socratem apparet eos demum perfectos pancratiastas iudicare, qui viribus et corporis et animi possint cum aliis decertare, adeoque lepida urbanitate vulgarem vocabuli usum etiam ad contentiones forenses et dialecticas disputationes traducere, in quibus Euthydemus et Dionysodorus valde exercitati fuisse perhibentur. Ad ὅ τι εἶεν non inepte comparaveris Gorg. p. 448. B. τί ἂν αὐτὸν ὠνομάζομεν δικαίως; οὐχ ὅπερ ἐκεῖνον; v. Matthiae Gr. §. 420. p. 769. Dictionem οὐ κατὰ τὼ Ἀχαρνᾶνε illustrabunt illa Apolog. p. 17. B. ὁμολογοίην ἂν ἔγωγε οὐ κατὰ τούτους εἶναι ῥήτωρ. Itaque locus sane expeditus est et facilis intellectu, quem miror a recentissimo enarratore corruptum dictitari. Nam Winckelmannus aliquot codicum vestigia secutus eum hunc in modum corrigendum statuit: ὦ γε — οὐδ' ἤδη πρὸ τοῦ, ὅ τι εἶεν οἱ παγκρατιασταί· τούτω γάρ ἐστον κομιδῇ παμμάχω, — οὐ κατὰ τὼ Ἀχαρνᾶνε ἐγενέσθην τὼ παγκρατιαστὰ ἀδελφώ. Pro quibus equidem expectaverim potius haec: οὐδὲ γὰρ ἤδη — τούτω δέ. — Sed nimirum in fraudem inductus est vir doctus eo, quod liber Bodl. cum tribus aliis pro ὡς ἔγωγε scriptum habent τώγε vel τώδε, qui manifestus est error scribarum, et quod iidem libri post Ἀχαρνᾶνε inserunt ἐγενέσθην, quod e glossemate fluxisse arbitramur, propterea inserto, quod grammatici vitiosum illud τώγε vel τώδε aliter explicare non possent.

D. καὶ μάχῃ, ἣ π.] Recte Ficinus: et eo genere pugnae, quo omnia superan-

ποιῆσαι· ἔπειτα τὴν ἐν τοῖς δικαστηρίοις μάχην κρατίστω καὶ ἀγωνίσασθαι καὶ ἄλλον διδάξαι λέγειν τε καὶ συγγράφεσθαι λόγους οἵους εἰς τὰ δικαστήρια. πρὸ τοῦ μὲν οὖν ταῦτα δεινὼ ἦστην μόνον, νῦν δὲ τέλος ἐπιτεθείκατον παγκρατιαστικῇ τέχνῃ. ἡ γὰρ ἦν λοιπὴ αὐτοῖν μάχη ἀργός, ταύτην νῦν ἐξείργασθον, ὥστε μηδ' ἂν ἕνα αὐτοῖς οἷόν τ' εἶναι μηδ' ἀντᾶραι·

P. 272. *παγκρατιαστικῇ τέχνῃ*] Ante *παγκρατιαστικῇ* Heindorfius articulum *τῇ* desiderat, quem codd. non suppeditarunt. Nec eo opus esse puto, siquidem non vulgaris illa pancratiastarum ars intelligitur, sed ea potius, quam philosophus nunc mente et animo suo informavit, et quae etiam dialecticam comprehendit facultatem.

ἡ γὰρ ἦν λοιπὴ αὐτοῖν μ.] Ἦτι λοιπὴ αὐτοῖν ἦν Urbin. et in marginibus Ven. Σ. Par. BC. Flor. a. c. Pro *ταύτην*, quod Coisl. Vat. Θr. Urb. Vind. et corr. Ξ. praebuerunt, ante Heindorfium legebatur *ταύτῃ*.

tur. Intelligitur *ὁπλομαχία*, cuius ope sophistae dictitabant omnes posse superari ac devinci. conf. ad Lachet. p. 178 A. et de Dionysodoro Xenoph. Mem. III. I. De *ὁπλομάχοις* nuper exposuit etiam Fr. Haase ad Xenoph. De Republ. Lacedaem. p. 218 sqq. Hoc igitur aliud quoddam idque praestantius a Socrate iudicatur esse *παγκράτιον*, quod quis *ὁπλομαχίας* ope semper et ubique possit reportare victoriam. Sed accedit praetera, quae non minus eo pertinet, forensis et dialectica exercitatio, de qua deinceps agitur.

P. 272. *οἵω τε ποιῆσαι*] Int. *σοφὸν μάχεσθαι ἐν ὅπλοις*, qua ellipsi nihil est usitatius. Gorg. p. 449. A. *οὐκοῦν καὶ ἄλλους σε φῶμεν δυνατὸν εἶναι ποιεῖν*; sc. *ῥήτορας*. Phaedr. p. 266. C. *σοφοὶ μὲν αὐτοὶ λέγειν γεγόνασιν, ἄλλους τε ποιοῦσιν.* sc. *σοφούς λέγειν.* Ibid. p. 268. B. p. 270. D. Prot. p. 312. E. p. 348. E. al.

οἵους εἰς τὰ δικαστήρια.] Notabis attractionem. Optime Routhius comparat Aristoph. Nubb. v. 1108. *εὖ μοι στομώσεις αὐτὸν ἐπὶ μὲν θάτερα, οἵαν δικαίοις, τὴν δ' ἑτέραν αὖτοῦ γνάθον στόμωσον, οἵαν εἰς τὰ μείζω πράγματα.* Addimus Plat. Euthyphr. p. 2. *Μέλητον οἷον τετανύτριχα καὶ οὐ πάνυ εὐγένειον.* Aristoph. Vesp. v. 1005. *ὁ δὲ ἕτερος οἷός ἐστιν οἰκουρὸς μόνον.* Lucian. Philosoph. c. 25. *ὁ δὲ πυρετὸς οἷος καύσωνος σφοδρότερος.* Plura dabit Matthiae Gr. §. 473. ann. 2.

μάχη ἀργός] quod enim reliquum erat pugnae genus *incultum*. Nam ita *ἀργὸς* intelligendum, ut recte vidit Heindorfius, comparans ille Eurip. Phoen. v. 773 *ὃν δ' ἐστὶν ἡμῖν ἀργόν, εἴ τι θέσφατον οἰωνόμαντις Τειρεσίας ἔχει φράσαι, τοῦδ' ἐκπυθέσθαι ταῦτα.* ubi Schol. *ἀργόν, ἄπρακτον καὶ παραλελειμμένον, ὀφεῖλον γενέσθαι, καὶ μὴ γεγόμενον.* Plat. Legg. VII. p. 795. C. *μηδὲν ἀργὸν τούτων μηδὲ ἀνεπιστήμον ἐᾶν εἶναι κατὰ δύναμιν.* Ibid. IX. p. 873. D. *τῶν ὅσα*

οὕτω δεινὼ γεγόνατον ἐν τοῖς λόγοις μάχεσθαί τε καὶ ἐξελέγχειν τὸ ἀεὶ λεγόμενον, ὁμοίως ἐάν τε ψεῦ-
B δος ἐάν τε ἀληθὲς ᾖ. ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ Κρίτων, ἐν νῷ ἔχω τοῖν ἀνδροῖν παραδοῦναι ἐμαυτόν· καὶ γάρ φατον ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ποιῆσαι ἂν καὶ ἄλλον ὁντινοῦν τὰ αὐτὰ ταῦτα δεινόν.

ΚΡ. Τί δαί, ὦ Σώκρατες; οὐ φοβεῖ τὴν ἡλικίαν, μὴ ἤδη πρεσβύτερος ᾖς;

ΣΩ. Ἥκιστά γε, ὦ Κρίτων· ἱκανὸν τεκμήριον ἔχω καὶ παραμύθιον τοῦ μὴ φοβεῖσθαι· αὐτὼ γὰρ τούτω, ὡς ἔπος εἰπεῖν, γέροντε ὄντε ἠρξάσθην ταύτης
C τῆς σοφίας ἧς ἔγωγε ἐπιθυμῶ, τῆς ἐριστικῆς· πέρυσι ἢ προπέρυσιν οὐδέπω ἦστην σοφώ. ἀλλ' ἐγὼ

B. *ἱκανὸν τεκμήριον ἔχω*] V. *ἔχων*, quod e Bodl. Vat. Θr. et corr. Coisl. mutatum. Ita oratio aliquanto plus vigoris et alacritatis nanciscitur. Primus *ἔχω* Winckelm. revocavit.

πέρυσι ἢ προπ.] Sic primus dedi e Bodl. Vat. Θ. Vulgo legitur *πέρυσι δὲ ἢ πρ.*

C. *μὴ αὖ ὄνειδος*] Hoc e Bodl. restitui. Legebatur *μὴ αὐτὸς ὄν.*

οἱ συμφοιτηταί μοι ἐμοῦ] *μοι* restitui e Vind. et Vat.

ἀργὰ καὶ ἀώνυμα. Winckelmannus falso interpretatur: pugna operis expers, quae sola oratione instituitur. Cum proximis contendas p. 303. C. *οὔ τοσοῦτον πρᾶγμα οὕτω ταχὺ καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ἐξειργάσθον.* Legg. v. p. 747. E. *εἴ τις νομοθέτης — ἐξειργάσατο τὰ τοιαῦτα.* Ibid. VII. p. 801. E. *ἔργα ἐξειργασμένοι καλά.* Sympos. p. 178. D. Apol. p. 22. D. — *μηδ' ἁντᾶραι*, ne manus quidem tollere. Schol. ad Sophocl. Aiac. v. 1085. *τὸ ἀνταίρειν κυρίως ἐπὶ τῶν ἀντιτασσομένων λέγεται χερσὶν αἱρομέναις ἢ ῥάβδοις ἢ τοιούτοις τισίν.* Plene Thucyd. ab Heindorfio comparatus III. 32 *χεῖρας ἀνταίρεσθαι*, ubi plura Ducker. Mox ne quis *ψευδὲς* corrigat, conf. ann. ad Apolog. p. 34. E. al.

B. *παραδοῦναι ἐμαυτόν*] H. e. tradere in disciplinam, ut saepe.

γέροντε ὄντε ἠρξάσθον] Carpit haec Athenaeus XI. p. 506.

C. *μὴ αὖ ὄνειδος —*] ne rursus dedecori sim, sicut iam Conno parum honorificum fuit meum artis musicae studium. Prave vulgo *αὐτὸς* legebatur, quod iam Heindorfius corrigendum vidit. Similem labem eluas e Diodor. XI. c. 14. p. 539. ed. Dind. *αὐτὸς δὲ μέρος μὲν δυνάμεως ἀπέλιπε.* ubi procul dubio *αὐτόθι δὲ* scribendum. Loquutionem eandem habes Apolog. p. 35. A. *οἱ ἐμοὶ δοκοῦσι αἰσχύνην τῇ πόλει περιάπτειν.* De Rep. VI. p. 495. C. *ὀνείδη περιῆψαν.* Epist. VII. p.

ἓν μόνον φοβοῦμαι, μὴ αὖ ὄνειδος τοῖν ξένοιν περιάψω, ὥςπερ Κόννῳ τῷ Μητροβίου, τῷ κιθαριστῇ, ὃς ἐμὲ διδάσκει ἔτι καὶ νῦν κιθαρίζειν. ὁρῶντες οὖν οἱ παῖδες οἱ συμφοιτηταί μοι ἐμοῦ τε καταγελῶσι καὶ τὸν Κόννον καλοῦσι γεροντοδιδάσκαλον. μὴ οὖν καὶ τοῖν ξένοιν τούτοιν τις ταὐτὸ τοῦτο ὀνειδίσῃ· οἱ δ' αὐτὸ τοῦτο ἴσως φοβούμενοι τάχα με οὐκ ἂν ἐθέλοιεν προςδέξασθαι. ἐγὼ δ', ὦ Κρίτων, ἐκεῖσε μὲν ἄλλους πέπεικα συμμαθητάς μοι φοιτᾶν πρεσβύτας, ἐνταῦ- D
θα δέ γε ἑτέρους πειράσομαι πείθειν, καὶ σύ τί που συμφοίτα. ἴσως δὲ δέλεαρ ἄξομεν αὐτοῖς τοὺς σοὺς υἱεῖς· ἐφιέμενοι γὰρ ἐκείνων οἶδ' ὅτι καὶ ἡμᾶς παιδεύσουσιν.

r. Vulgo μου, quod vel ob sequens ἐμοῦ displicere debet. Dativus cum συμφοιτηταὶ quin recte iungatur, nemo temere dubitabit.

καὶ τοῖν ξένοιν τούτοιν] Pronomen τούτοιν ex uno Vind. nostro adieci.

D. καὶ σὺ τί που συμφοίτα] Locus corruptus. v. infra. Pro τι Vat. r. τοι. Pro ἄξομεν Bodl. Vat. Θr. Vind. ξομεν. In Vind. tamen ἄξομεν superscriptum.

334. B. αἰσχύνην οὗτοι περιῆψαν τῇ πόλει. al.

ὥςπερ Κόννῳ —] V. infra p. 275. D. Menex. p. 236. A. ibique ann. Sextus Emp. VI. p. 129. Cicero Cat. mai. c. 8. Valer. Max. VIII. 7. Suidas in v. Σωκρ. Winckelmann. Prolegg. p. XL sqq. Homini fame, ut videtur, paene enecato quod Socrates vetulus se in disciplinam dedit, in eius domo scilicet cum pueris et adolescentibus musices studium sectantibus conveniendi opportunitatem captans, id mirum profecto non est poetis comicis largam praebuisse ridendi cavillandique materiam. Quo in genere insignis fuit fabula Amipsiae Conni nomine inscripta, de qua v. Meineke Quaestionn. Scenicc. Spec. II. p. 43 sq. et quae explicavi ipse in Prolegomenis.

ἐκεῖσε μὲν ἄλλους] H. e. quod ad Connum attinet.

D. καὶ σὺ τί που συμφοίτα] Locus corruptus. Astius coniecit: σὺ δήπου συμφοιτᾷς. Bernhardy Syntax. Gr. p. 333. corrigit: καὶ σὺ τί που συμφοιτᾷς· ὡς δὲ δέλεαρ κ. τ. λ. Felicius, opinor, Winckelmannus: καὶ σὺ τί οὖ συμφοιτᾷς; ὡς δὲ δέλεαρ κ. τ. λ. Praesens tempus ita post τί οὐ usurpatum ad Protag. p. 310. E. Lysid. p. 211. D. attigimus. Deinde pro ἄξομεν optimi codd. ξομεν, probante Winckelmanno. Sed vide an παρέξομεν legendum sit.

ΚΡ. Ἀλλ' οὐδὲν κωλύει, ὦ Σώκρατες, ἐάν γε σοὶ δοκῇ. πρῶτον δέ μοι διήγησαι τὴν σοφίαν τοῖν ἀνδροῖν, τίς ἐστιν, ἵνα εἰδῶ, ὅ τι καὶ μαθήσομεθα.

Cap. II. ΣΩ. Οὐκ ἂν φθάνοις ἀκούων· ὡς οὐκ ἂν ἔχοιμί γε εἰπεῖν, ὅτι οὐ προσεῖχον τὸν νοῦν αὐτοῖν, ἀλλὰ πάνυ καὶ προσεῖχον καὶ μέμνημαι, καί σοι πει-
E ράσομαι ἐξ ἀρχῆς ἅπαντα διηγήσασθαι. κατὰ θεὸν γάρ τινα ἔτυχον καθήμενος ἐνταῦθα, οὗπερ σύ με εἶδες, ἐν τῷ ἀποδυτηρίῳ μόνος, καὶ ἤδη ἐν νῷ εἶχον ἀναστῆναι· ἀνισταμένου δέ μου ἐγένετο τὸ εἰω-

E. *ἀνισταμένου δέ μου*] Vat. *Θ. δ' ἐμοῦ*, probante Bekkero.

P. 273. *ἅμα πολλοί*] Bodl. Vat. *Θ. ἅμα αὖ πολλοί.* Sed *αὖ* errore scribarum e praecedenti *ἅμα* natum videtur. Dein *δοκεῖν* Vat. *Θ.* Bodl. pro vulg. *δοκεῖ.*

εἰσελθόντες δὲ περιεπ.] V. *εἰσελθόντε.* Pluralem tuentur Bodl. Pal. Urb. Mox item Urb. *περιεληλυθότες*, ubi tamen dualem ob codicum auctoritatem servavi.

ὅ τι καὶ μαθησόμεθα] V. ad Lachet. p. 182. E. Ceterum conf. Charmid. p. 153. D. *δεῦρο δή, ἔφη, καθεζόμενος ἡμῖν διήγησαι.* Cratyl. p. 427. B.

Οὐκ ἂν φθάνοις ἀκούων] Proprie est: non antevertes audiendo, i. e. ocius rem tibi narrabo, iamiam audies. Exempla praebent Pierson. ad Moer. p. 452. Wyttenbach. ad Phaedon. p. 265. = p. 100. C. Brunck. ad Aristoph. Plut. v. 1133. Copiose de huius formulae usu disseruit Hermann. ad Viger. p. 763 sqq. qui tamen eam aliter explicat.

καί σοι πειράσομαι ἐξ ἀρχῆς ἅπαντα δ.] Ita Plato Sympos. p. 174. A. *μᾶλλον δ' ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν, ὡς ἐκεῖνος διηγεῖτο, καὶ ἐγὼ πειράσομαι διηγήσασθαι.* Phaedon. p. 59. C. *ἐγώ σοι ἐξ ἀρχῆς πάντα πειράσομαι διηγήσασθαι.*

E. *κατὰ θεὸν γάρ τινα*] „h. e. divina quadam sorte. In bonam plerumque partem hoc adhibetur, interdum tamen in deteriorem, ut Eurip. Iphig. Aul. v. 411.: *Ἕλλας δὲ σὺν σοὶ κατὰ θεὸν νοσεῖ τινά.*" *Heindorf.* De *ἀποδυτηρίῳ* v. Spanhem. ad Iulian. Orat. I. p. 17. Mox ad verba: *τὸ εἰωθὸς σημεῖον τὸ δαιμόνιον* in quibus liquet *δαιμόνιον* esse instar adiectivi, contendas Phaedr. p. 242. B. *τὸ δαιμόνιόν τε καὶ τὸ εἰωθὸς σημεῖόν μοι γίγνεσθαι ἐγένετο.* De Rep. VI. p. 496. C. *τὸ δαιμόνιον σημεῖον.* Theag. p. 129. B. *γέγονε γάρ μοι τὸ εἰωθὸς σημεῖον τὸ δαιμόνιον* Euthyphr. p. 3. B. Apol. p. 31. D. coll. 40. A. B.

P. 273. *ἅμα πολλοί, ἐμοὶ δοκεῖν*] Istud *ἐμοὶ δοκεῖν* quum pertineat ad postrema haec: *μαθηταὶ ἅμα πολλοί*, vereor ut cum Heindorfio recte explicetur si bene memini. Imo significat: sicut mihi videtur; quantum ego iudica-

θὸς σημεῖον τὸ δαιμόνιον. πάλιν οὖν ἐκαθεζόμην, καὶ ὀλίγῳ ὕστερον εἰσέρχεσθον τούτω, ὅ τ' Εὐθύ- 273
δημος καὶ ὁ Διονυσόδωρος, καὶ ἄλλοι μαθηταὶ ἅμα πολλοί, ἐμοὶ δοκεῖν. εἰσελθόντες δὲ περιεπατείτην ἐν τῷ καταστέγῳ δρόμῳ. καὶ οὔπω τούτω δύ' ἢ τρεῖς δρόμους περιεληλυθότε ἦστην, καὶ εἰσέρχεται Κλεινίας, ὃν σὺ φῂς πολὺ ἐπιδεδωκέναι ἀληθῆ λέγων· ὄπισθεν δὲ αὐτοῦ ἐρασταὶ πάνυ πολλοί τε καὶ ἄλλοι καὶ Κτήσιππος, νεανίσκος τις Παιανιεύς, μάλα καλός τε κἀγαθός, τὴν φύσιν ὅσον μέν, ὑβριστὴς δὲ

πάνυ πολλοί τε καὶ ἄλλοι] τε om. Vat. r. et uncis inclusit Bekkerus. In cod. Vindob. om. *καί*, quod olim abieci, nunc cum Winkelmanno tueor.

τὴν φύσιν ὅσον μέν, ὑβριστὴς δὲ —] ὅσον μὴ Bodl. Coisl. Vat. Θr. Par. E. Vind. et pr. Par. B. Quod arripiens Winckelm. scripsit: *τὴν φύσιν, ὅσον μὴ ὑβριστὴς διὰ τὸ ν. εἶναι.* Sed δὲ omnes libri tuentur. Nec molesta erit lectio vulgata, ubi ante *τὴν φύσιν* vocem paullisper inhibueris, quod ut fieret, commate distinximus.

re possum. Pluralem numerum *εἰσελθόντες* cum duali consociatum abunde tuebuntur quae scripsimus ad Phaedrum p. 256. C. tuetur etiam Winckelmann. *Τὸν κατάστεγον δρόμον*, intellige de porticu gymnasii tecta, sicuti iam Ruhnk. fecit ad Tim. p. 90.

καὶ εἰσέρχεται Κλεινίας] quum Clinias intraret. v. ad Sympos. p. 220. C. Infra p. 277. B. *καὶ οὔπω σφόδρα τι ταῦτα εὖ ἦν τῷ Εὐθυδήμῳ, καὶ ὁ Διονυσόδωρος — ἐστοχάζετο τοῦ μειρακίου.* Sophocl. Oed. Tyr. v. 710. *οὐ διέσχον ἡμέραι τρεῖς, καί νιν — ἔῤῥιψεν κ. τ. λ.* Ibid. 1171. cum Hermanni annot. In proximis Bekkerus τε post *πάνυ πολλοὶ* uncis inclusit, ego olim ex Vindob. libri auctoritate delevi. Sed sana sunt omnia, modo *καὶ ἄλλοι* interpreteris *etiam alii*: nam ita τε bene respondet alteri *καί* ante *Κτήσιππος* interposito. Notum est autem quantopere *καὶ* a Graecis ante *ἄλλος* frequentetur, velut in formula *εἴπερ τις καὶ ἄλλος*, de qua v. ad Phaedon. p. 66. A. Optime Winckelmannus contulit Xenoph. Anab. I. 2, 18 *τῶν τε βαρβάρων φόβος πολλοῖς τε καὶ ἄλλοις (ἦν), καὶ ἥ τε Κλισσα ἔφυγεν ἐκ τῆς ἁρμαμάξης.* ubi unus Zeunius verum pervidit. De Ctesippo dictum ad Lysid. p. 203. A. Hic honestus et bonus fuisse dicitur, nisi quod propter adolescentiam protervus ac petulans. Hanc enim esse verborum sententiam dubitari non potest. Sed verba Winckelmanno propter istud *ὅσον μὲν* aliquid difficultatis habere visa sunt. Mihi tamen omnia sana videntur, modo locum ita interpreteris: adolescens valde honestus atque probus: cuius iudicii limitandi causa dein subiiciuntur haec: *τὴν φύσιν ὅσον μέν, κ. τ. λ.* in

B διὰ τὸ νέος εἶναι. ἰδὼν οὖν με ὁ Κλεινίας ἀπὸ τῆς εἰσόδου μόνον καθήμενον, ἄντικρυς ἰὼν παρεκαθέζετο ἐκ δεξιᾶς, ὥσπερ καὶ σὺ φῄς. ἰδόντες δὲ αὐτὸν ὅ τε Διονυσόδωρος καὶ ὁ Εὐθύδημος πρῶτον μὲν ἐπιστάντε διελεγέσθην ἀλλήλοιν, ἄλλην καὶ ἄλλην ἀποβλέποντες εἰς ἡμᾶς — καὶ γὰρ πάνυ αὐτοῖν προσεῖχον τὸν νοῦν —, ἔπειτα ἰόντε ὁ μὲν παρὰ τὸ μειράκιον ἐκαθέζετο, ὁ Εὐθύδημος, ὁ δὲ παρ' αὐτὸν ἐμὲ ἐξ ἀριστερᾶς· οἱ δ' ἄλλοι ὡς ἕκαστος C ἐτύγχανεν. ἡσπαζόμην οὖν αὐτὼ ἅτε διὰ χρόνου ἑωρακώς· μετὰ δὲ τοῦτο εἶπον πρὸς τὸν Κλεινίαν,

B. *παρεκαθέζετο*] Sic Bodl. Vat. *Θ.* Ven. *Σ.* Par. CE. Ang. Barb. Pal. Urb. Vat. r. Vindob. Florentini. Vulgo erat *παρεκαθίζετο*. Ceterum codd. non habent *ἀντικρύ*, quod ex Ammonii aliorumque grammaticorum praeceptis requirebatur. v. Ruhnk. ad Tim. p. 37.

ἰδόντες δὲ αὐτόν] Sic Bodl. Vat. *Θ.* pro vulg. *ἰδόντε*. Iidem mox cum Vat. r. et Vind. *ἀποβλέποντες*, ubi legebatur *ἀποβλέποντε*.

αὐτοῖν προσεῖχον] Sic Vat. *Θr.* Bodl. Vind. Vulgo ordine inverso *προσεῖχον αὐτοῖν*.

quibus *ὅσον μὲν* ideo postponitur, quia *τὴν φύσιν* propter oppositionis rationem pondere et gravitate sua eminet.

B. *ἄλλην καὶ ἄλλην ἀποβλέποντες*] „Usitatius fuisset *ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ*. Xenoph. Anab. V. 2, 29 *αἱ δὲ πέλται αὐτῶν ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ διεφαίνοντο*. ubi codd. aliquot e glossemate *ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε*." *Heindorf.* Verus est accusativus, qui motum in locum significat.

ὁ δὲ παρ' αὐτὸν ἐμὲ ἐν ἀρ.] Quod Winckelmannus ex coniectura scripsit, *παρ' αὐτὸν ἐμέ*, id ferri non potest propterea, quod articulus pronomini personali ita tantum praemittitur, si quis semet ipsum cum gravitate quadam velut digito commonstrare significatur. v. ad Phaedrum p. 258. A. Itaque illa correctione suscepta haec existit verborum sententia: alter autem ad illum, *qui ego sum*, a dextera considebat. Quod non vereor ne quis comprobaturus sit. Verum est *παρ' αὐτὸν ἐμέ*. Ita enim Socrates semet ipsum opponit adolescentulo. Nec ullam habet offensionem *αὐτὸν ἐμέ*, quandoquidem *αὐτόν με* propter oppositionis rationem scribi nunc vix potuit. Sympos. p. 220. E. *συνδιέσωσε καὶ τὰ ὅπλα καὶ αὐτὸν ἐμέ*. Phaedon. p. 91. A. *οὐ γὰρ ὅπως τοῖς παροῦσιν ἃ ἐγὼ λέγω δόξει ἀληθῆ εἶναι προθυμηθήσομαι, εἰ μὴ εἴη πάρεργον, ἀλλ' ὅπως αὐτῷ ἐμοὶ ὅτι μάλιστα δόξει ἔχειν*. Epistol. VII. p. 329. D. *φιλοφρόνως πάντας ἀνελάμβανε, καὶ δὴ καὶ αὐτὸν ἐμὲ παρεμυθεῖτο*. Nimirum quemadmodum *ἐμέ αὐτὸν* dicitur, sicubi in *αὐτὸν* maior quaedam vis cadit atque gravitas, ita vicissim *αὐτὸν ἐμὲ* in usu fuit, ubi *ἐμὲ*

Ὦ Κλεινία, τώδε μέντοι τὼ ἄνδρε σοφώ, Εὐθύδημός τε καὶ Διονυσόδωρος, οὐ τὰ σμικρά, ἀλλὰ τὰ μεγάλα· τὰ γὰρ περὶ τὸν πόλεμον πάντα ἐπίστασθον, ὅσα δεῖ τὸν μέλλοντα ἀγαθὸν στρατηγὸν ἔσεσθαι, τάς τε τάξεις καὶ τὰς ἡγεμονίας τῶν στρατοπέδων καὶ ὅσα ἐν ὅπλοις μάχεσθαι διδακτέον. οἵω τε δὲ καὶ ποιῆσαι δυνατὸν εἶναι αὐτὸν αὐτῷ βοηθεῖν ἐν τοῖς δικαστηρίοις, ἄν τις αὐτὸν ἀδικῇ. Εἰπὼν οὖν ταῦτα κατεφρονήθην ὑπ' αὐτοῖν· ἐγελασάτην γοῦν ἄμφω βλέψαντες εἰς ἀλλήλους, καὶ ὁ Εὐ- D

παρ' αὐτὸν ἐμέ] Sic Bodl. Vat. Or. Vind. Legebatur αὐτὸν με. v. ann. Dein Bodl. Vind. ἐν ἀριστερᾷ. Vat. r. ἐπ' ἀριστερᾷ.

C. τὸν μέλλοντα ἀγαθὸν στρατηγόν] Deest ἀγαθὸν in Bodl. Vat. Θ. Et potest abesse.

ἐγελασάτην γοῦν] γοῦν debemus coniecturae Heindorfii. Libri habent οὖν. Deinde εἰς ἀλλήλους e Bodl. Coisl. Urbin. Vat. r. Flor. a. b. c. Vindob. et edit. Bas. 2. dedi, sicuti a pr. m. scriptum est etiam in Par. BC. Ang. Barb. Vulgo erat εἰς ἀλλήλω, quod correctori deberi videtur.

aliquantum ponderis haberet. Fallitur igitur A. Matthiae Gr. §. 148. ann. 2. Heindorfii iudicio ad Phaedon. p. 91. A. expromto in errorem inductus.

ἄν τις αὐτὸν ἀδικῇ] Αὐτὸν ad notionem pronominis indefiniti τινά refertur, quae inest in verbis καὶ ποιῆσαι δυνατὸν εἶναι αὐτὸν αὐτῷ βοηθεῖν, i. e. καὶ ποιῆσαί τινα δ. Gorg. p. 469. C. ἐξεῖναι (sc. τινί) ἐν τῇ πόλει, ὃ ἄν δοκῇ αὐτῷ, ποιεῖν τοῦτο. Ibid. E. τὸ ποιεῖν ἃ δοκεῖ αὐτῷ, i. e. τὰ ποιεῖν τινα, ἃ δ. α. Ibid. p. 520. E. αἰσχρὸν νενόμισται μὴ φάναι συμβουλεύειν, ἐὰν μή τις αὐτῷ ἀργύριον διδῷ. De Rep. VI. p. 503. D. ἡμεῖς δέ γε ἔφαμεν ἀμφοτέρων δεῖν εὖ τε καὶ καλῶς μετέχειν, ἢ μήτε παιδείας — δεῖν αὐτῷ μετέχειν. Ibid. X. p. 619. A. al.

D. ἐγελασάτην γοῦν —] Γοῦν quum sit affirmantis cum restrictione quadam, Socratem apparet hoc dicere: Certe quidem ridebant ambo inter se intuentes; ut si non alia huius sententiae meae causa et argumentum afferri queat, contemtum certe e risu eorum coniicere potuerim. Frustra Winckelmannus patrocinium suscepit lectionis vulgatae. Quod enim οὖν in vivida et alacri oratione iterari animadvertit, id etsi per se est verissimum, tamen nunc ad tuendam codicum scripturam nihil momenti facit. Iterata enim particula sententia verborum haec fuerit: His dictis me contemserunt: riserunt igitur ambo se mutuo intuentes. Quasi vero e contemtu risus iste necessario nasci debuerit. Idem error est Aristophan. Rann. v. 290. ubi editio Brunck. Δεινόν· παν-

θύδημος εἶπεν· Οὔτοι ἔτι ταῦτα, ὦ Σώκρατες, σπουδάζομεν, ἀλλὰ παρέργοις αὐτοῖς χρώμεθα. Κἀγὼ θαυμάσας εἶπον· Καλὸν ἄν τι τὸ ἔργον ὑμῶν εἴη, εἰ τηλικαῦτα πράγματα πάρεργα ὑμῖν τυγχάνει ὄντα, καὶ πρὸς θεῶν εἴπετόν μοι, τί ἐστι τοῦτο τὸ καλόν. Ἀρετήν; ἔφη, ὦ Σώκρατες, οἰόμεθα οἵω τ' εἶναι παραδοῦναι κάλλιστ' ἀνθρώπων καὶ τάχιστα.

E Cap. III. *Ὦ Ζεῦ, οἷον, ἦν δ' ἐγώ, λέγετον πρᾶ-*

D. *καλὸν ἄν τι τὸ ἔργον*] Sic Bodl. Vat. Or. Vind. Legebatur *Καλὸν ἄν που τὸ ἔργον.*

E. *οἷον, ἦν δ' ἐγώ, λέγετον*] Codd. omnes cum Bas. 2. *οἷον, ἔφην, ἦν δ' ἐγώ*, praeter Coisl. in quo tamen aliquid ante *ἦν* erasum est.

ἐπεδημησάτην] Sic Bodl. Vat. Or. Urbin. Vindob. et in marg. Flor. a. b. c. Par. B. cum ed. Bas. 2. Legebatur *ἐπιδημεῖτην*. Bekkerus dedit *ἐπεδημήσατον*. Sed v. Elmsley. ad Aristoph.

τοδαπὸν οὖν γίγνεται. Sed requiritur *γοῦν*, quod est in codd. et vett. editt. Id etsi Thierschius recepit, tamen quamvim *γοῦν* habeat, neutiquam perspexit. Dicit enim *γοῦν* vi et significatione sua quodammodo simile esse particulae *γάρ*.

οὔτοι ἔτι ταῦτα σπ.] *non iam haec serio tractamus, sed veluti subseciva opera.* Dorvill. ad Charit. p. 554. ed. Lips. Omne opus, inquit, obiter, sine cura, extra ordinem quasi ludendo et post magis difficile et serium negotium, dicitur *πάρεργον*. De *οὔτοι ἔτι* conf. ad Lysid. p. 204. B. Remp. IV. p. 430. D. — *κάλλιστ' ἀνθρώπων*, *omnium optime*; v. ad Hipp. mai. p. 284. A. Lysid. p. 211. E.

Ἀρετήν, ἔφη, ὦ Σώκρ., οἰόμεθα —] Schleiermacherus nos recordari iubet Antisthenis, qui et virtutem doceri posse statuerit, et huic virtutis disciplinae argutam ac spinosam dialecticen adiunxisse videatur. Nos cur de Antisthene cogitari nolimus ex prolegomenis erit perspicuum.

E. *οἷον, ἦν δ' ἐγώ, λέγετον πρᾶγμα*] Similiter Theaet. p. 206. E. *οἷόν τι λέγεις*; Mirus est tamen libros fere omnes cum Bas. 2. scriptum habere: *οἷον ἔφην ἦν δ' ἐγώ λέγετον*. Qua scriptura usus Winckelmannus prōtenus edidit: *οἷον ἐφάνη, ἦν δ' ἐγώ, λέγετον, πρᾶγμα*. Ipsum tamen postea huius consilii poenituit, siquidem in Appendice Emendationum p. 224. hanc potius suasit mutationem: *οἷον ἐφάνη, ἦν δ' ἐγώ, ὃ λέγετον πρᾶγμα*. Vereor tamen ut iure et merito. Nam istud *ἔφην*, sicut recte observavit Routhius, facile potuit in veterem aliquem librum, unde codices ceteri fortasse derivati sunt, e glossemate irrepere, quum grammatici formulam *ἦν δ' ἐγώ* explicare soleant sic: *Ἦν δ' ἐγώ· ἀντὶ τοῦ ἔφην ἐγώ*; de qua re v. Photius, Hesychius, Suidas, Etymologus M. al.

γμα. πόθεν τοῦτο τὸ ἕρμαιον εὑρέτην; ἐγὼ δὲ περὶ ὑμῶν διενοούμην ἔτι, ὥσπερ νῦν δὴ ἔλεγον, ὡς τὸ πολὺ τοῦτο δεινοῖν ὄντοιν, ἐν ὅπλοις μάχεσθαι, καὶ ταῦτ' ἔλεγον περὶ σφῶν· ὅτε γὰρ τὸ πρότερον ἐπεδημησάτην, τοῦτο μέμνημαι σφὼ ἐπαγγελλομένω. εἰ δὲ νῦν ἀληθῶς ταύτην τὴν ἐπιστήμην ἔχετον, ἵλεω εἴητον· ἀτεχνῶς γὰρ ἔγωγε σιρὼ ὥσπερ θεὼ προσαγορεύω, συγγνώμην δεόμενος ἔχειν μοι τῶν ἔμπροσθεν

Acharn. v. 733. ad Eurip. Med. p. 240. Schaefer. ad Apollon. Rhod. Tom. II. p. 146. Hermann. ad Oed. Col. v. 1381. Buttmann. Gr. Ampl. Vol. II. p. 417 sq. qui temporum historicorum aoristos docuerunt in secunda persona subinde ab Atticis etiam in *ην* terminari. Itaque paullo ante *εὑρέτην* a Bekkero non debuit invitis codicibus attrectari. Infra p. 294. E. pro *ἧσιν* idem vir doctus ex uno codice *ἦσιον* dedit, ubi servanda est codicum scriptura. conf. Sympos. p. 189. C. ibique ann. Legg. III. p. 705. D. VI. p. 753. A.

τοῦτο τὸ ἕρμαιον εὑρέτην;] Mercurius quum haberetur inter deos *ἐνοδίους*, quaesumque in via reperiebantur, ei lebeti iudicata sunt. Unde *ἕρμαιον* proprie est inexpectatum inventum, cuius Mercurio habenda est gratia. Deinde ita dicitur omnino quodvis insperatum inventum, commodum, lucrum, quod casus obiecit, velati Sympos. p. 517. A. *ἕρμαιον ἡγησάμην εἶναι καὶ εὐτύχημα ἐμὸν θαυμασιόν*, ubi additum habes *εὐτύχημα*. v. Ruhnk. ad Tim. p. 121. Quae si tenueris, urbanam Socratis irrisionem facile senties.

ἐγὼ δὲ περὶ ὑμῶν δ. —] Iungas hunc in modum: *ἐγὼ διενοούμην ἔτι περὶ ὑμῶν ὡς δεινοῖν ὄντοιν τὸ πολὺ τοῦτο*. Cratyl. p. 439. C. *διανοηθέντες — ὡς ὄντων τε ὑπάντων ἀεὶ καὶ ῥεόντων*. Phaedr. p. 243. C. *ὡς καλοῦ ὄντος, ὅταν θείᾳ μοίρᾳ γ γνηται, οὕτω νομίσαντος ἔθεντο*. ubi v. ann. Verba *τὸ πολὺ* Routhius aliique explicant magnam s. maximam partem. Non absurde, siquidem, ut antea dictum, Sophistae praeter *ὁπλομαχίας* artificium etiam hoc profitebantur, posse se *ποιῆσαι δυνατὸν εἶναι αὐτὸν αὐτῷ βοηθεῖν ἐν τοῖς δικαστηρίοις*. Winckelmannus tamen, quia Socrates eos antea dixerit universam scientiam militarem complexos esse, ne quid de laudibus virorum detrahatur, *τὸ πολὺ τοῦτο* in unum coniunctum interpretatur: artem adeo magnam et gravem, quae tam latum habet ambitum. At vero quum Socrates ipse pronomen *τοῦτο* explicet verbis *ἐν ὅπλοις μάχεσθαι*, una autem *ὁπλομαχία* universam rem militarem neutiquam contineat, multum vereor ne Routhii interpretatio praestare iudicanda sit.

ἵλεω εἴητον] Tam magnam et praeclaram disciplinam prorsus divinam esse existimans vehementer deprecatur quod modo dixerat, sophistas *ὡς τὸ πολὺ δεινοὺς εἶναι ἐν ὅπλοις μάχεσθαι*. Itaque lepide utitur formula,

274 εἰρημένων. ἀλλ' ὁρᾶτον, ὦ Εὐθύδημέ τε καὶ Διονυσόδωρε, εἰ ἀληθῆ ἐλέγετον· ὑπὸ γὰρ τοῦ μεγέθους τοῦ ἐπαγγέλματος οὐδὲν θαυμαστὸν ἀπιστεῖν. Ἀλλ' εὖ ἴσθι, ὦ Σώκρατες, ἔφατον, τοῦτο οὕτως ἔχον. Μακαρίζω ἄρ' ὑμᾶς ἔγωγε τοῦ κτήματος πολὺ μᾶλλον ἢ μέγαν βασιλέα τῆς ἀρχῆς. τοσόνδε δέ μοι εἴπετον, εἰ ἐν νῷ ἔχετον ἐπιδεικνύναι ταύτην τὴν σοφίαν, ἢ πῶς σφῶν βεβούλευται. Ἐπ' αὐτό γε τοῦτο πάρεσμεν, ὦ Σώκρατες, ὡς ἐπιδείξοντε καὶ διδά-
B ξοντε, ἐάν τις ἐθέλῃ μανθάνειν. Ἀλλ' ὅτι μὲν ἐθελήσουσιν ἅπαντες οἱ μὴ ἔχοντες, ἐγὼ ὑμῖν ἐγγυῶμαι, πρῶτος μὲν ἐγώ, ἔπειτα δὲ Κλεινίας οὑτοσί, πρὸς δ' ἡμῖν Κτήσιππός τε ὅδε καὶ οἱ ἄλλοι οὗτοι,

P. 274. ἔφατον, τοῦθ' οὕτως ἔχον] Bekkerus ἐφάτην correxit. Non ausim invitis codicibus. v. Buttmann. l. c.

τοσόνδε δέ μοι εἴπετον] Hanc lectionem, ab Heindorfio coniectura inventam, confirmant Bodl. Coisl. Vat. Θr. Ven. Ξ. Par. BC. Ang. Barb. Pal. Urb. Vind. Florentini. Vulgo perperam scribebatur; τόσον δέ μοι εἶπ.

quam usurpabant qui dilectorum veniam a dilis precabantur. v. Phaedr. p. 257. A. ibique ann.

P. 274. εἰ ἀληθῆ ἐλέγετον] Ficinus: verum videte, utrum vera loquamini. Unde Heindorfius λέγετον coniiciebat. Nec tamen adducor, ut librorum scripturam mutandam esse credam.

οὐδὲν θαυμαστὸν ἀπιστεῖν] h. e. non mirabile est, si quis diffidat.

ἐπιδεικνύναι ταύτην τὴν σοφίαν] Paullo post p. 274. C. et p. 275. A. verbum medium positum; quod ne sic temere factum opineris, vide quae scripsimus ad Hipp. mai. p. 286. B. conf. infra p. 282. D. E.

Ἐπ' αὐτό γε τοῦτο παρέσμεν — ὡς ἐπιδείξοντε] Participium explicandae formulae ἐπ' αὐτὸ τοῦτο inservit. Parmenid. p. 126. B. ἀλλὰ μὴν δή, εἶπον ἐγώ, πάρειμί γε ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, δεησόμενος ὑμῶν. Phaedon. p. 102. E. λέγω δὲ τοῦδ' ἕνεκα, βουλόμενος δόξαι σοι ὅπερ ἐμοί. Protagor. p. 348. E. ἕνεκα τούτου σοι διαλέγομαι, ἡγούμενος σὲ βέλτιστ' ἂν ἐπισκέψασθαι. Theaet. p. 151. B. ubi plura dabit Heindorfius. Nec tamen doctissimo viro assentior hoc loco interposita asseverandi vocula τοι legendum iudicandi: Ἐπ' αὐτό γέ τοι τοῦτο πάρεσμεν. Nam ut gravior haec asseveratio haud absurda sit, tamen cur eam scriptori praeter necessitatem et auctoritatem codicum obtrudamus, causam nullam videmus.

B. οἱ μὴ ἔχοντες] Intell. αὐτήν, de qua pronominis omis-

ἦν δ' ἐγὼ δεικνὺς αὐτῷ τοὺς ἐραστὰς τοὺς Κλεινίου. οἱ δὲ ἐτύγχανον ἡμᾶς ἤδη περιϊστάμενοι. ὁ γὰρ Κτήσιππος ἔτυχε πόρρω καθεζόμενος τοῦ Κλεινίου, ἐμοὶ δοκεῖν· ὡς * δ' * ἐτύγχανεν ὁ Εὐθύδημος ἐμοὶ διαλεγόμενος προνενευκὼς εἰς τὸ πρόσθεν, ἐν μέσῳ ὄντος ἡμῶν τοῦ Κλεινίου ἐπεσκότει τῷ Κτησίππῳ τῆς C
θέας. βουλόμενός τε οὖν θεάσασθαι ὁ Κτήσιππος τὰ παιδικὰ καὶ ἅμα φιλήκοος ὢν ἀναπηδήσας πρῶτος προσέστη ἡμῖν ἐν τῷ καταντικρύ. οὕτως οὖν καὶ οἱ ἄλλοι ἐκεῖνον ἰδόντες περιέστησαν ἡμᾶς, οἵ τε τοῦ Κλεινίου ἐρασταὶ καὶ οἱ τοῦ Εὐθυδήμου τε καὶ Διονυσοδώρου ἑταῖροι. τούτους δὴ ἐγὼ δεικνὺς ἔλεγον τῷ Εὐθυδήμῳ, ὅτι πάντες ἕτοιμοι εἶεν μανθά-

C. ἐραστὰς τοὺς Κλεινίου] Sic Bodl. Vat. Θ. Vindob. Olim erat τοῦ Κλ.

ὡς δ' ἐτύγχανεν] δ' cum Bekkero e Ficino dedimus. In libris deest. Alii locum aliter sanare studuerunt.

C. ἐκεῖνον ἰδόντες] Steph. cum Par. E. ἐκεῖνοι.

sione v. ad Phaedr. p. 238, A. Menex. p. 246. E.

πόρρω καθεζόμενος τοῦ Κλεινίου, ἐμοὶ δοκεῖν· ὡς δ' ἐτύγχανεν ὁ Εὐθ.] Vulgo erat: τοῦ Κλεινίου· ἐμοὶ δοκεῖν, ὡς ἐτύγχανεν κ. τ. λ. Quae quomodo emendanda essent, viri docti multum dubitaverunt. Nobis Bekkerum sequi consultum visum est, qui post ὡς inseruit δ', Ficinum, ut videtur, sequutus ita vertentem: Ctesippus forte procul a Clinia sedebat: cum *vero* Euthydemus etc. atque orationem meliore interductu dilucidavit. Ita elegantissima et simplicissima sententiarum consequutio haec est: Cliniae, inquit, amatores nos iam circumsteterunt. Forte enim Ctesippus procul consederat a Clinia, quantum meminerim. Quum vero accideret, ut Euthydemus mecum disserens in anteriorem partem proclinaret, quia Clinias inter nos medius erat, offecit Ctesippo quominus eum conspicaretur. Itaque Ctesippus intueri cupiens delicias suas simulque audiendi studiosus primus exsiluit atque nobis e regione adstitit. Ita igitur etiam reliqui, qui illum vidissent (id facientem) nos circumdederunt, tam Cliniae amatores, quam Euthydemi et Dionysodori amici. Formulam ἐμοὶ δοκεῖν quantum memini, illustrabunt quae collegit Heindorf. ad Theaet. p. 142. C.

C. τούτους δὴ ἐγὼ δεικνὺς —] Inservit in his vocula δή, ut alias οὖν, redordiendo orationis filo. Nam resumit h. l. Socrates superiora

νειν. ὅ τε οὖν Κτήσιππος συνέφη μάλα προθύμως
D καὶ οἱ ἄλλοι, καὶ ἐκέλευον αὐτῷ κοινῇ πάντες ἐπιδείξασθαι τὴν δύναμιν τῆς σοφίας. Cap. IV. Εἶπον οὖν ἐγώ, Ὦ Εὐθύδημε καὶ Διονυσόδωρε, πάνυ μὲν οὖν παντὶ τρόπῳ καὶ τούτοις χαρίσασθον καὶ ἐμοῦ ἕνεκα ἐπιδείξατον. τὰ μὲν οὖν πλεῖστα δῆλον ὅτι οὐκ ὀλίγον ἔργον ἐπιδεῖξαι, τόδε δέ μοι εἴπατον· πότερον πεπεισμένον ἤδη, ὡς χρὴ παρ' ὑμῶν μανθάνειν, δύναισθ' ἂν ἀγαθὸν ποιῆσαι ἄνδρα μόνον,
E ἢ καὶ ἐκεῖνον τὸν μήπω πεπεισμένον διὰ τὸ μὴ οἴεσθαι ὅλως τὸ πρᾶγμα, τὴν ἀρετήν, μαθητὸν εἶναι ἢ μὴ σφῶ εἶναι αὐτῆς διδασκάλω; φέρε, καὶ τὸν οὕτως ἔχοντα τῆς αὐτῆς τέχνης ἔργον πεῖσαι, ὡς καὶ διδακτὸν ἡ ἀρετὴ καὶ οὗτοι ὑμεῖς ἐστέ, παρ' ὧν ἄν

ἐκέλευον αὐτῷ κ.] Sic Bodl. Vat. Θr. Vulgo erat αὐτῇ, quod iam correxit Heindorf.

D. ἐμοῦ ἕνεκα ἐπιδείξατον] Hoc e Bodl. Vat. Θr. Vind. restitui nunc cum Winckelm. Legebatur ἐπιδείξασθον.

οὐκ ὀλίγον ἔργον ἐπιδεῖξαι] Delevi quod vulgo additum his legebatur εἴη ἄν, auctoritatem Bodl. et Vat. Θ. secutus. In Vat. r. haec ante ἐπιδεῖξαι collocata sunt.

illa, δεικνὺς αὐτῷ τοὺς ἱραστὰς τοὺς Κλεινίου. Heindorf. De hoc voculae usu dictum ad Menexen. p. 240. D.

D. τὰ μὲν οὖν πλεῖστα δῆλον —] ac plurima quidem ostendere manifesto non parvi res laboris est; illud tamen mihi dicite etc.

E. τὸν μήπω πεπεισμένον —] an illum quoque, cui nondum persuasum sit (a vobis discendum esse), vel quia omnino totum hoc virtutis negotium doceri posse negat, vel quia non vos (sed alios) existimat virtutis magistros esse. In his verbis τὴν ἀρετὴν praecedenti τὸ πρᾶγμα per appositionem adiectum est, cuius usus exempla consignavimus ad Gorg. p. 501. A. De Rep. III, p. 407. A. Post ἢ autem ex antecedentibus liquet verbum οἴεσθαι iterari oportere, quod neminem morabitur, qui meminerit saepenumero e verbo neganti in altero orationis membro repetendum esse vocabulum affirmandi potestate praeditum. Simillimus locus est Gorgiae p. 457. C. quem apte comparavit Heindorf. Resumens vero iam Socrates et pertexens inchoatae orationis filum: φέρε, inquit, καὶ τὸν οὕτως ἔχοντα, i. e. τὸν μήπω πεπεισμένον, τῆς αὐτῆς τέχνης ἔργον ἐστὶν κ. τ. λ. h. e. age igitur, etiam ei, qui ita sentit, eiusdem artis est persuadere doceri posse virtutem atque vos

κάλλιστά τις αὐτὸ μάθοι, ἢ ἄλλης; Ταύτης μὲν οὖν, ἔφη, τῆς αὐτῆς, ὦ Σώκρατες, ὁ Διονυσόδωρος. Ὑμεῖς ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, Διονυσόδωρε, τῶν νῦν ἀνθρώπων κάλλιστ' ἂν προτρέψαιτε εἰς φιλοσοφίαν καὶ ἀρετῆς ἐπιμέλειαν; Οἰόμεθά γε δή, ὦ 275
Σώκρατες. Τῶν μὲν τοίνυν ἄλλων τὴν ἐπίδειξιν ἡμῖν, ἔφην, εἰσαῦθις ἀπόθεσθον, τοῦτο δ' αὐτὸ ἐπιδείξασθον· τουτονὶ τὸν νεανίσκον πείσατον, ὡς χρὴ φιλοσοφεῖν καὶ ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι, καὶ χαριεῖσθον ἐμοί τε καὶ τουτοισὶ πᾶσι. συμβέβηκε γάρ τι τοιοῦτον τῷ μειρακίῳ τούτῳ· ἐγώ τε καὶ οἵδε πάντες τυγχάνομεν ἐπιθυμοῦντες ὡς βέλτιστον αὐτὸν γενέσθαι. ἔστι δὲ οὗτος Ἀξιόχου μὲν υἱὸς τοῦ B
Ἀλκιβιάδου τοῦ παλαιοῦ, αὐτανεψιὸς δὲ τοῦ νῦν

πότερον πεπεισμένον] *πρότερον* Bodl. Vat. *Θ.*

E. *ἢ ἄλλης*] Sic Vat. *Θ.* Vind. et corr. Bodl. Vulgatum *ἄλλως* iam Heind. correxerat de coniectura. Mox *τῆς αὐτῆς* om. Vat. *Θ.*

κάλλιστ' ἂν προτρέψαιτε] Bodl. Coisl. Urb. Vat. r. *προτρέψειε*, quod non debebat probare Winckelm., quum futurum ipsi sententiae minus accommodatum sit. Flor. b. *προτρέψαιτε*, Flor. a. c. o. Bar. C. Ang. Barb. Pal. *προτρέψητε.*

eos esse, a quibus quis eam possit addiscere? Nam *αὐτὸ* referendum ad *τὴν ἀρετήν*, usu loquendi haudquaquam raro. v. ad Remp. IV. p. 430. C. Loquutionem *ἔργον ἐστί τινος* ad Gorg. p. 459. E. attigimus.

ἔφη, τῆς αὐτῆς, ὦ Σ., ὁ Διονυσόδωρος] Verbum *ἔφη* a nomine suo interiectis compluribus verbis remotum, ut Rep. I. p. 340. A. V. p. 450. C. Lysid. p. 213. D. Parmen. p. 135. B. Phaedon. p. 78. A. B. p. 82. C. al.

P. 275. *Οἰόμεθα γέ δή, ὦ Σ.*] V. Hermann. ad Viger. p. 828. De Rep. VII. p. 526. *Φαμέν γε δή.*

εἰσαῦθις ἀπόθεσθον] Xenoph. Symp. II. 6 *εἰσαῦθις ἀποθώμεθα.* Plat. Symp. p. 174. E. *εἰσαῦθις ἀναβαλοῦ.* Lucian. Pseudosoph. extr. *τὰ λοιπὰ εἰσαῦθις ἀναβαλώμεθα.*

συμβέβηκε γάρ τι τοιοῦτον τῷ μ. π.] His verbis illustrandis inserviunt quae subsequuntur: *ἐγώ τε καὶ οὗτοι πάντες κ. τ. λ.* v. ad Protag. p. 328. A. Phaedo. p. 68. E. Menon. p. 74. A.

υἱὸς τοῦ Ἀλκιβιάδου κ. π.] V. ad Alcibiad. I. p. 104. A. *τοῦ νῦν ὄντος*, adhuc vivi. Hinc nihil colligas nisi colloquium habitum fingi ante Olymp. 94. 1. Quod enim Pinzgerus statuit, Alcibiadem ita commemorari, ut exul vix haberi possit, ideoque sermonem ante Olymp. 91. 4. habitum putari oportere, id e Graecis verbis

ὄντος Ἀλκιβιάδου· ὄνομα δ' αὐτῷ Κλεινίας. ἔστι δὲ νέος· φοβούμεθα δὴ περὶ αὐτῷ, οἷον εἰκὸς περὶ νέῳ, μή τις φθῇ ἡμᾶς ἐπ' ἄλλο τι ἐπιτήδευμα τρέψας αὐτοῦ τὴν διάνοιαν καὶ διαφθαρῇ. σφὼ οὖν ἥκετον εἰς κάλλιστον. ἀλλ' εἰ μή τι διαφέρει ὑμῖν, λάβετον πεῖραν τοῦ μειρακίου καὶ διαλέχθητον ἐναντίον ἡμῶν. Εἰπόντος οὖν ἐμοῦ σχεδόν τι αὐτὰ ταῦτα ὁ Εὐθύδημος ἅμα ἀνδρείως τε καὶ θαῤῥαλέως, Ἀλλ' οὐ-
C *δὲν διαφέρει, ὦ Σώκρατες, ἔφη, ἐὰν μόνον ἐθέλῃ ἀποκρίνεσθαι ὁ νεανίσκος. Ἀλλὰ μὲν δή, ἔφην ἐγώ, τοῦτό γε καὶ εἴθισται· θαμὰ γὰρ αὐτῷ οἵδε προς-*

P. 275. B. *φοβούμεθα δὴ περὶ αὐτῷ*] Sic Bodl. Vat. Or. Vindob. Vulgo *αὐτοῦ*. Iidem libri deinde *νέῳ* pro *νέου* praebuerunt.

καὶ διαφθαρῇ] Vat. Θ. Bodl. *διαφθείρῃ*, quod e correctione ortum.

καὶ διαλέχθητον] V. *διαλεχθῆτον*, quod mirum est a criticis toleratum esse usque dum Bekkerus codicum auctoritate sustulit.

C. *ἐθέλῃ ἀποκρίνεσθαι*] V. *ἀποκρίνασθαι*, quod nunc cum Bekkero e Bodl. Vat. Θ. et corr. Coisl. mutavi.

non licet tuto concludere, imo ne suspicari quidem.

B. *φοβούμεθα δὴ περὶ αὐτῷ*] Non minus Graecum esse *φοβεῖσθαι περί τινος* quam *περί τινι* exemplis ad h. l. demonstravit Heindorfius. Itaque optimorum librorum auctoritati obtemperavimus.

[*καὶ διαφθαρῇ*] Sc. *αὐτός* s. *ὁ νέος*. Hanc subiecti mutationem, de qua v. ad Protagor. p. 320. A., quum essent qui non concoquerent, temere *διαφθείρῃ* correxerunt, quod nec a duobus libris optimis oblatum sic statim cum Winckelmanno arripiam. — *εἰς κάλλιστον*, opportunissime. v. ad Sympos. p. 174. E. Hipp. mai. p. 286. D.

C. *ὥςτε ἐπιεικῶς θαῤῥεῖ τὸ ἀπ.*] H. e. ita ut satis fidenter respondeat. Quod vulgo legebatur *θαῤῥεῖ*, id propter adiectum *ἐπιεικῶς* tolerari nequit, ut profecto miremur nuper patrocinium eius a Winckelmanno susceptum esse. Ceterum *θαῤῥεῖν* cum accusativo iunctum ad Phaedrum p. 239. D. attigimus.

πῶς ἂν καλῶς διηγησαίμην;] Menexen. c. 5. extr. *τίς οὖν ἂν ἡμῖν τοιοῦτος λόγος φανείη; ἢ πόθεν ἂν ὀρθῶς ἀρξαίμεθα;* De Rep. IV. p. 430. D. *πῶς οὖν ἂν τὴν δικαιοσύνην εὕροιμεν, ἵνα μηκέτι πραγματευώμεθα*; Aristoph. Pac. v. 523. *πόθεν ἂν λάβοιμι ῥῆμα μυριάμφορον; Sophocl. Philoct. v. 1393. τἰ δῆτ' ἂν ἡμεῖς δρῷμεν;*

ιόντες πολλὰ ἐρωτῶσί τε καὶ διαλέγονται, ὥστε ἐπιεικῶς θαῤῥεῖ τὸ ἀποκρίνασθαι.

Cap. V. *Τὰ δὴ μετὰ ταῦτα, ὦ Κρίτων, πῶς ἂν καλῶς σοι διηγησαίμην; οὐ γὰρ σμικρὸν τὸ ἔργον, δύνασθαι ἀναλαβεῖν διεξιόντα σοφίαν ἀμήχανον ὅσην· ὥστ' ἔγωγε, καθάπερ οἱ ποιηταί, δέομαι ἀρχόμενος τῆς διηγήσεως Μούσας τε καὶ Μνημοσύνην ἐπικαλεῖσθαι. ἤρξατο δ' οὖν ἐνθένδε ποθὲν ὁ Εὐθύδημος, ὡς ἐγῷμαι· Ὦ Κλεινία, πότεροί εἰσι τῶν ἀνθρώπων οἱ μανθάνοντες, οἱ σοφοὶ ἢ οἱ ἀμαθεῖς; Καὶ τὸ μειράκιον, ἅτε μεγάλου ὄντος τοῦ ἐρωτή-* D

θαῤῥεῖ τὸ ἀποκρίνασθαι] V. *θάῤῥει*, quod correctum e Bodl. Coisl. Vat. *Θr.* Ven. *ΞΣ.* Vind. Pal. Flor. b. c. o. Dein pro v. *ἀποκρίνεσθαι* e Bodl. Vind. Urb. Vat. r. et pr. Par. C. aoristum revocavi.

D. *ἀρχόμενος τῆς διηγήσεως*] *τοσῆσδε τῆς διηγήσεως* Coisl. Ven. *ΞΣ.* Aug. Pal. Urb. Flor. a. b. c. o. et marg. Par. B. cum edit. Bas. 2. quae lectio quum sententiam declaret apertius, vereor ut ex interpretamento nata sit.

καὶ Μνημοσύνην] Bodl. Vat. *Θ.* *καὶ μνήμην*, probante Winckelmanno.

v. Hermann. ad Viger. ann. 147. p. 729. In Philebo p. 15. C. nunc legam: *πόθεν οὖν ἄν τις ταύτης ἅρξαιτο πολλῆς οὔσης καὶ παντοίας περὶ τὰ ἀμφισβητούμενα μάχης;*

ἀναλαβεῖν διεξιόντα] denuo pertractare, denuo explicare immensae sapientiae copias. Ironice haec a Socrate dici nemo erit quin sentiat.

D. *Μούσας τε καὶ Μνημοσύνην ἐπικ.*] De Mnemosyne, Musarum matre, una cum ipsis Musis a poetis invocata exposuit Dissen. ad Pindar. Nem. VII. v. 14. conf. Theaet. p. 191. D. qui locus scripturam *Μνημοσύνην* tuetur. — *ἤρξατο δ' οὖν*, sed, ut finem faciam dubitationi meae, exorsus Euthydemus hinc fere est. Nam ita nunc hoc *δ' οὖν* interpretor, de cuius usu v. ad Remp. X. p. 608. A. Phaedr. p. 266. B.

ἅτε μεγάλου ὄντος τ. ἐρ.] „*μεγάλου* h. l. idem est quod *χαλεποῦ*, prorsus ut Latine magna quaestio dicitur pro difficili. Hipp. mai. p. 287. B. *οὐ μέγα ἐστὶ τὸ ἐρώτημα, ἀλλὰ καὶ πολὺ τούτου χαλεπώτερα ἂν ἀποκρίνασθαι ἐγώ σε διδάξαιμι.* Phaedon. p. 62. B. *λόγος — μέγας τέ τις μοι φαίνεται καὶ οὐ ῥᾴδιος διελθεῖν.*“ Heindorf. Addimus Cratyl. p. 384. B. *τὸ περὶ τῶν ὀνομάτων οὐ σμικρὸν τυγχάνει ὂν μάθημα.*

ματος, ἠρυθρίασέ τε καὶ ἀπορήσας ἔβλεψεν εἰς ἐμέ. καὶ ἐγὼ γνοὺς αὐτὸν τεθορυβημένον, Θάρρει, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Κλεινία, καὶ ἀπόκριναι ἀνδρείως, ὁπότερά σοι φαίνεται· ἴσως γάρ τοι ὠφελεῖ τὴν μεγίστην ὠφέλειαν. Καὶ ἐν τούτῳ ὁ Διονυσόδωρος προσκύψας μοι σμικρὸν πρὸς τὸ οὖς, πάνυ μειδιάσας τῷ προσώπῳ, Καὶ μήν, ἔφη, σοί, ὦ Σώκρατες, προλέγω, ὅτι ὁπότερ' ἂν ἀποκρίνηται τὸ μειράκιον, ἐξελεγχθήσεται. Καὶ αὐτοῦ μεταξὺ ταῦτα λέγοντος ὁ Κλεινίας ἔτυχεν ἀποκρινάμενος, ὥστε οὐδὲ παρακελεύσασθαί μοι ἐξεγένετο εὐλαβηθῆναι τῷ μειρακίῳ, ἀλλ' ἀπεκρίνατο, ὅτι οἱ σοφοὶ εἶεν οἱ μανθάνοντες. Καὶ ὁ Εὐθύδημος, Καλεῖς δέ τινας, ἔφη,

E

276

ἔβλεψεν εἰς ἐμέ] Sic Vat. Θr. Vind pro vulg. ἐνέβλεψεν. Bodl. ἔβλεπεν. Coisl. ἀνέβλεψεν.

ὁπότερά σοι φ.] Steph. cum uno Par. E. ὅπερ.

E. ὠφέλειαν] Bodl. Ven. ΞΣ. Par. BE. Angel. Barber. Flor. a. b. c. o. ὠφελίαν. Quam scripturam etsi subinde optimi codd. praebent, tamen quia ὠφέλεια in iisdem multo reperitur frequentius, vitiosae posterioris aetatis consuetudini tribuendam existimo. Neque enim in talibus putamus scriptorem istam formarum varietatem sibi indulsisse, quae quin certis finibus includen-

E. ὁπότερά σοι φαίνεται] utrum tibi οἱ σοφοὶ an οἱ ἀμαθεῖς discere videantur. Numerum multitudinis putamus effecisse, ut librarii perperam ὅπερ scripserint. Sed ὁπότερα eadem modo dicitur, quo alibi ἀμφότερα et οὐδέτερα, de quo v. ad Apolog. p. 22. E. Lysid. p. 218. E. coll. Gorg. p. 469. C. p. 524. B. Protagor. p. 334. A. Men. p. 82. B. Deinde malim cum Buttmanno et Heindorfio ὠφελήσει τὴν μεγίστην ὠφέλειαν, maximam utilitatem inde percipies.

προσκύψας μοι σμικρὸν πρὸς τὸ οὖς] Loquutionem illustrarunt Valcken. ad Phoen. p. 714. et Iacobs ad Achill. Tat. p. 849. iam ab aliis laudati.

P. 276. καλεῖς δέ τινας—] Posteaquam adolescentulus dixit sapientes esse qui discant, Euthydemus contrarium argumentando efficit, ostendens eos, qui discant, ab aliis institui, ideoque esse insipientes. Quo concesso Dionysodorus adolescentem alia rursus conclusiuncula adgreditur, ut scilicet iam denuo sapientes discere fateri cogatur. Hic enim ex eo, quod ii tantum puerorum discant, qui non sint sapientia destituti, hoc effici vult, ut non ignorantes, sed sapientes discere existimandi sint. Ita igitur misellus puer utrinque argutis conclusiunculis vexatur, quarum fallaciam eo minus potest animadvertere, quod sophistae continuo alias atque alias proferunt

διδασκάλους, ἢ οὔ; Ὡμολόγει. Οὐκοῦν τῶν μανθανόντων οἱ διδάσκαλοι διδάσκαλοι εἰσιν, ὥσπερ ὁ κιθαριστὴς καὶ ὁ γραμματιστὴς διδάσκαλοι δήπου ἦσαν σοῦ καὶ τῶν ἄλλων παίδων, ἡμεῖς δὲ μαθηταί; Συνέφη. Ἄλλο τι οὖν, ἡνίκα ἐμανθάνετε, οὔπω ἠπίστασθε ταῦτα, ἃ ἐμανθάνετε; Οὐκ ἔφη. Ἆρ' οὖν σοφοὶ ἦτε, ὅτε ταῦτα οὐκ ἠπίστασθε; Οὐ δῆτα, B ἢ δ' ὅς. Οὐκοῦν εἰ μὴ σοφοί, ἀμαθεῖς; Πάνυ γε. Ὑμεῖς ἄρα μανθάνοντες ἃ οὐκ ἠπίστασθε, ἀμαθεῖς ὄντες ἐμανθάνετε. Ἐπένευσε τὸ μειράκιον. Οἱ ἀμαθεῖς ἄρα σοφοὶ μανθάνουσιν, ὦ Κλεινία, ἀλλ' οὐχ οἱ σοφοί, ὡς σὺ οἴει. Ταῦτ' οὖν εἰπόντος αὐτοῦ,

denda sit, nobis plane non est dubium. Itaque hoc in genere qui se codicibus totos emanciparunt, etsi a multis caute et prudenter agere iudicantur, tamen nobis quidem subtilioris criticae leges observare non videntur.

προσκύψας μοι σμικρόν] *προκύψας* Ven. Ξ. Pal. Urb. Flor. o. *μικρὸν* Bodl.

σοί, ὦ Σ., προλέγω] σοὶ e Bodl. Vind. Vat. Θr. additum.

P. 176. B. *ἀμαθεῖς ἄρα σοφοὶ μανθάνουσι*] *σοφοὶ* vulgo neglectum nunc cum Winckelm. e Bodl. Vat. Θ. revocavi. v. ann.

argumentationes istis non minus spinosas et subtiles. Facile autem apparet causam atque fontem miserae istius dialectices inesse in multiplici verborum vi et significatione. Veluti hoc loco *σοφοὶ* primum intelliguntur qui sapientiae et virtutis studio tenentur; deinde qui bonam habent ingenii indolem, ut possint facile aliquid addiscere: *ἀμαθεῖς* autem primum dicuntur ignari atque imperiti; deinde stolidi et indociles. Nec negligenda est verbi *μανθάνειν* ambiguitas, de qua Socrates paullo post monebit. Sed de his rebus explicavimus in prolegomenis.

B. *Οἱ ἀμαθεῖς ἄρα σοφοὶ μανθάνουσιν*] Magis etiam perturbaturus adolescentulum nunc *σοφοὶ* interponit, quod primus ex optimis libris revocavit Winckelmann. Enimvero *σοφοὶ μανθάνουσιν* ex proleptico illo adiectivorum usu explicandum est, de quo v. ad Remp. VIII. p. 565. C. p. 560. D. Protagor. p. 327. B. coll. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. Arg. p. 4. Elmslei. ad Eurip. Heraclid. v. 575. al. Quemadmodum igitur Graeci dicunt: *οἱ ἀμαθεῖς σοφοὶ διδάσκονται*, ita hoc loco legimus *οἱ ἀμαθεῖς σοφοὶ μανθάνουσιν*, i. e. *ὥστε σοφοὶ γίγνεσθαι*. Apte Winckelmannus contulit Dion. Chrysost. T. II. p. 283. ed. Reisk. *ὁ δὲ Σωκράτης ὅτι μὲν παῖς ὢν ἐμάνθανε λιθοξόος τὴν τοῦ πατρὸς τέχνην.*

ὥςπερ ὑπὸ διδασκάλου χορὸς ἀποσημήναντος, ἅμα ἀνεθορύβησάν τε καὶ ἐγέλασαν οἱ ἑπόμενοι ἐκεῖνοι
C *μετὰ τοῦ Διονυσοδώρου τε καὶ Εὐθυδήμου. Καὶ πρὶν ἀναπνεῦσαι καλῶς τε καὶ εὖ τὸ μειράκιον ἐκδεξάμενος ὁ Διονυσόδωρος, Τί δέ, ὦ Κλεινία, ἔφη, ὁπότε ἀποστοματίζοι ὑμῖν ὁ γραμματιστής, πότεροι ἐμάνθανον τῶν παίδων τὰ ἀποστοματιζόμενα, οἱ σοφοὶ ἢ οἱ ἀμαθεῖς; Οἱ σοφοί, ἔφη ὁ Κλεινίας. Οἱ σοφοὶ ἄρα μανθάνουσιν, ἀλλ' οὐχ οἱ ἀμαθεῖς, καὶ οὐκ ὀρθῶς ἄρτι Εὐθυδήμῳ ἀπεκρίνω.* Cap. VI. *Ἐν-*

C. *ἀποστοματίζοι ὑμῖν*] *ἡμῖν* Bodl. Vat. Θ. quo in genere iidem mox quoque peccant.

καὶ οὐκ ὀρθῶς ἄρτι] Ald. Bas. 1. 2. cum codd. omnibus praeter Ven. Ξ. *καὶ οὐκ εὐθὺς ἄρτι.* Unde Winckelmannus correxit: *καὶ τί οὐκ εὐθὺς ἄρτι Εὐθ. ἀπεκρίνω.*

καὶ πάνυ μέγα ἐγ.] V. *καὶ πάνυ γε μ. ἐγ.* Sed *γε* cum Bodl. Coisl. Ven. ΞΣ. Par. BCE. Ang. Barb. Urb. Vat. r. Vind.

ὥςπερ ὑπὸ διδασκάλου χορὸς ἀποσημήναντος] Fuit qui *ὑποδιδασκάλου* corrigeret. Sed *ὑπὸ διδασκάλου* est moderante magistro, cui deinde additur *ἀποσημήναντος*, quum signum dedit. De *χοροδιδασκαλίᾳ* v. ad Ion. p. 536. A. Ad rem conf. Xenoph. Memor. III. 5, 18 *οὐχ ὁρᾷς, ὡς εὐτακτοι μέν εἰσιν ἐν τοῖς ναυτικοῖς, εὐτάκτως δ' ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι πείθονται τοῖς ἐπιστάταις, οὐδενῶν δὲ καταδεέστερον ἐν τοῖς χοροῖς ὑπηρετοῦσι τοῖς διδασκάλοις.* Sententia verborum haec est: Haec quum ille dixisset, tanquam chorus, signo ab magistro dato, simul acclamarunt et riserunt ii, qui Dionysodorum et Euthydemum sectabantur. Hoc vero istorum sophistarum sectatores ad singula deinceps ab iis prolata fecisse, extremo dialogo narratur. v. etiam Protagor. in. Huiusmodi enim plausus sophistae videntur mirifice captavisse, sicut recte adnotavit Ronthius, cuius reliquam disputationem hic perscribere placet. Res ista, inquit, philosophantium scholis certe indigna, etsi in rhetorum aliorumque recitationibus atque in theatrali consessu usitata. Ab ethnicis autem, ut id obiter notem, in ecclesiam Christianam hoc malum invasit. Antiquitus enim splendida concionatorum dicta argutioresve sententias plausu et tumultu coetus fidelium prosequebatur, id licet improbantibus viris gravioribus. Meminit eius inter alios partes Chrysostomus Libr. V. De Sacerdotio c. 2. p. 204. ed. Hughes. unde silentium auditorum vel dedecori fuisse concionatori constat. vide c. 8. eiusdem libri extrem.

C. *ἐκδεξάμενος ὁ Διονυσόδωρος*] Ficinus: Ac priusquam respiraret puer, bene atque praeclare excipiens sermonem Dionysodorus ait. Atqui Graeca aliam interpreta-

ταῦθα δὴ καὶ πάνυ μέγα ἐγέλασάν τε καὶ ἐθορύβησαν D
οἱ ἑρασταὶ τοῖν ἀνδροῖν, ἀγασθέντες τῆς σοφίας αὐ-
τοῖν· οἱ δ' ἄλλοι ἡμεῖς ἐκπεπληγμένοι ἐσιωπῶμεν.
Γνοὺς δὲ ἡμᾶς ὁ Εὐθύδημος ἐκπεπληγμένους, ἵν' ἔτι
μᾶλλον θαυμάζοιμεν αὐτόν, οὐκ ἀνίει τὸ μειράκιον,
ἀλλ' ἠρώτα, καὶ ὥςπερ οἱ ἀγαθοὶ ὀρχησταί, διπλᾶ
ἔστρεφε τὰ ἐρωτήματα περὶ τοῦ αὐτοῦ, καὶ ἔφη·
Πότερον γὰρ οἱ μανθάνοντες μανθάνουσιν ἃ ἐπί-
στανται ἢ ἃ μὴ ἐπίστανται; Καὶ ὁ Διονυσόδωρος
πάλιν μικρὸν πρός με ψιθυρίσας, Καὶ τοῦτ', ἔφη, E

Flor. a. b. c. o. extrudendum fuit. Parum recte autem Bodl. et Vat. Θ. etiam *μέγα* omittunt. v. annot.

D. *ὥςπερ οἱ ἀγαθοὶ ὀρχ.*] V. *καὶ ὥςπερ οἱ ἀγ. ὀρχ.* Sed recte Bodl. Vat. Θ. *καὶ* om.

Πότερον γὰρ οἱ μ.] Steph. cum uno Par. E. *Πότερα γὰρ οἱ μ.*

tionem effagitant. Enimvero τὸ *μειράκιον ἐκδεξάμενος* est adolescentulum antea ab Euthydemo argutiis vexatum nunc vicissim excipiens vexandum. conf. p. 277. B. De verbo *ἀποστοματίζειν* exposuit Ruhnken. ad Tim. p. 43 sq. varias grammaticorum de eius usu sententias expromens. Hoc loco et paullo post p. 277. A. de magistro dicitur, qui ob librorum inopiam discipulis verba praeibat, quod Latinis vocatur dictare, i. e. iterum iterumque enuntiare, quod alter vel memoria comprehendat vel calamo excipiat. Verum etiam de pueris usurpatum esse videtur, quae a magistris dictata essent, memoriter recitantibus. Quod non observantes grammatici mirum est quantopere in hoc loco interpretando dissenserint. Optime de his disseruit magnae vir et elegantis doctrinae Weichertus Poetarum Latin. Reliqq. p. 25. quo loco etiam dictandi verbum ita usurpari demonstravit.

καὶ πάνυ μέγα ἐγελ.] Nunc in permagnum eruperunt risum et tumultum; antea nonnisi *ἀνεθορύβησάν τε καὶ ἐγέλασαν*. Itaque *μέγα* parum recte omittitur in Bodl. et Vat. Infra p. 300. D. *μέγα πάνυ ἀναχαγχάσας*.

D. *οὐκ ἀνίει τὸ μειρ.*] De hac forma Platoni haudquaquam inusitata v. ad Menex. p. 236. B.

ὥςπερ οἱ ἀγαθοὶ ὀρχ.] Haec quia antecedentia illustrant, usu constanti ac perpetuo *ἀσυνδέτως* adiiciuntur. v. ad Gorg. p. 448. E. Reip. VIII. p. 557. C. Sententia totius loci haud dubie haec est: Eandem cavillationem, forma eius leniter tantum immutata, rursus in medium attulit. Quum enim antea interrogavisset, utrum sapientes an indocti discerent, nunc hanc proposuit quaestionem, utrum discentes ea discerent, quae ignorarent, an quae

ὦ Σώκρατες, ἕτερον τοιοῦτον, οἷον τὸ πρότερον. Ὦ Ζεῦ, ἔφην ἐγώ, ἦ μὴν καὶ τὸ πρότερόν γε καλὸν ὑμῖν ἐφάνη τὸ ἐρώτημα. Πάντ', ἔφη, ὦ Σώκρατες, τοιαῦτα ἡμεῖς ἐρωτῶμεν ἄφυκτα. Τοιγάρτοι, ἦν δ' ἐγώ, δοκεῖτέ μοι εὐδοκιμεῖν παρὰ τοῖς μαθηταῖς. Ἐν δὲ τούτῳ ὁ μὲν Κλεινίας τῷ Εὐθυδήμῳ ἀπεκρίνατο, ὅτι μανθάνοιεν οἱ μανθάνοντες ἃ οὐκ ἐπίσταιντο· ὁ δὲ ἤρετο αὐτὸν διὰ τῶν αὐτῶν ὥνπερ
277 τὸ πρότερον. Τί δέ; ἦ δ' ὅς, οὐκ ἐπίστασαι σὺ γράμματα; Ναί, ἔφη. Οὐκοῦν ἅπαντα; Ὡμολόγει. Ὅταν οὖν τις ἀποστοματίζῃ ὁτιοῦν, οὐ γράμματα ἀποστοματίζει; Ὡμολόγει. Οὐκοῦν ὧν τι σὺ ἐπίστασαι, ἔφη, ἀποστοματίζει, εἴπερ πάντα ἐπίστασαι; Καὶ τοῦτο ὡμολόγει. Τί οὖν; ἦ δ' ὅς, ἆρα

E. *καλὸν ὑμῖν ἐφάνη τὸ ἐρ.*] Steph. *ἡμῖν*, invitis libris omnibus.

P. 277. *Τί δέ; ἦ δ' ὅς*] *δὲ* Coisl. Urb., quod recepit Bekkerus.

ἆρα σὺ οὐ μανθάνεις] *οὐ* de Routhii et Heindorfii sententia eo minus dubitavimus inserere, quod vocula a Bekkero in cod. Coisl. reperta est.

οὐκοῦν ἃ ἐπίστασαι, ἔφη, μανθάνεις] Sic Bodl. Vat. Θr. Vind. Vitiose olim legebatur: *ἃ ἐπ. εἰδὼς μανθάνεις*. Routhius *εἰδώς* in *ἦ δ' ὅς* mutari iubebat. Nec dubitari potest haec scriptura quin erroris fons et origo fuerit. Bas. 2. *εἰδος*.

nescirent. Videtur igitur genus quoddam saltationis respici, quo iidem corporis motus lehi cum variatione iterari solebant. Quod fortasse ob oculos habuit etiam Aristophanes Thesmoph. v. 974 sqq. Ἥραν δὲ τὴν τελείαν μιλψωμεν, ὥςπερ εἰκός, ἣ πᾶσι τοῖς χοροῖσιν ἐμπαίζει τε καὶ κλῇδας γάμου φυλάττει — ἕξαιρε δὴ προθύμως διπλῆν χάριν χορείας. ubi v. interprett.

E. *καλὸν ὑμῖν ἐφάνη* —] Contorta est Winckelmanni interpretatio et a Socratis mente aliena. Is enim verba sic intelligenda censet, ut *φαίνεσθαι* accipiatur de eo, quod alicui de improviso ac subito appareat. Imo *ὑμῖν* cum *καλὸν* cohaeret, ut haec sit verborum sententia: Etiam superior quaestio talis apparuit (fuit), quae vobis esset honorifica. Consulto autem Socrates loquitur ambigue. Ad sequentia contendas Theaet. p. 165. B. *τί γὰρ χρήσει ἀφύκτῳ ἐρωτήματι;* ubi v. Heindorf.

P. 277. *Οὐκοῦν ὧν τι σὺ ἐπίστασαι* —] H. e. *οὐκοῦν ἀποστοματίζει τι τούτων, ἃ σὺ ἐπίστασαι*; Proxima sic interpretamur: Quid igitur? an

σὺ οὐ μανθάνεις ἅττ' ἂν ἀποστοματίζῃ τις, ὁ δὲ μὴ ἐπιστάμενος γράμματα μανθάνει; Οὔκ, ἀλλ', ἦ δ' ὅς, μανθάνω. Οὐκοῦν ἃ ἐπίστασαι, ἔφη, μανθάνεις, εἴπερ γε ἅπαντα τὰ γράμματα ἐπίστασαι. Ὡμολόγησεν. Οὐκ ἄρα ὀρθῶς ἀπεκρίνω, ἔφη. Καὶ B οὕπω σφόδρα τι ταῦτα εἴρητο τῷ Εὐθυδήμῳ, καὶ ὁ Διονυσόδωρος ὥσπερ σφαῖραν ἐκδεξάμενος τὸν λόγον πάλιν ἐστοχάζετο τοῦ μειρακίου, καὶ εἶπεν· Ἐξαπατᾷ σε Εὐθύδημος, ὦ Κλεινία. εἰπὲ γάρ μοι, τὸ μανθάνειν οὐκ ἐπιστήμην ἐστὶ λαμβάνειν τούτου οὗ ἄν τις μανθάνῃ; Ὡμολόγει ὁ Κλεινίας. Τὸ δ' ἐπίστασθαι, ἦ δ' ὅς, ἄλλο τι ἢ ἔχειν ἐπιστήμην ἤδη ἐστίν; Συνέφη. Τὸ ἄρα μὴ ἐπίστασθαι μήπω ἔχειν C ἐπιστήμην ἐστίν; Ὡμολόγει αὐτῷ. Πότερον οὖν εἰσὶν οἱ λαμβάνοντες ὁτιοῦν οἱ ἔχοντες ἤδη ἢ οἷς ἂν

ἅπαντα τὰ γράμματα ἐπ.] Vulgo post γράμματα insertum est γ', quod alii codd. in τ' mutant, nos cum Bodl. Coisl. Vat. Θ. Vind. praeeunte Bekkero eliminavimus.

B. σφόδρα τι ταῦτα] Sic Bodl. Coisl. Vat. Θ. Ven. Σ. Par. BC. Ang. Barb. Pal. Urb. Vind. Flor. a. c. V. τοι. Pronomen ταῦτα cum Bodl. Vat. Θr. Vind. ante εἴρητο collocavimus. Vulgo erat εἴρητο ταῦτα.

ἄλλο τι ἢ ἔχειν ἐπ.] ἦ Bekkerus pro more suo invitis libris omnibus delevit. v. ad Euthyphr. p. 15. C.

C. Πότερον οὖν εἰσὶν οἱ λ.] Sic Bodl. Vat. Θ. Ven. ΣΣ. Par. BC. Ang. Barb. Pal. Urb. Flor. b. o. et corr. Coisl. Vett. editt. πότεροι οὖν.

tu *non discis* quaecumque quis recitat, is autem, qui litteras nescit, discit? In qua sententiarum oppositione prorsus est necessarium, quod cum Routhio, Heindorfio, aliis, de coniectura, nunc codicis Coislin. auctoritate firmata, ante μανθάνεις inseruimus οὔ. Fallitur Winckelmannus veterem lectionem eo defendens, quod ἄρα et ἀρ' οὖν saepe pro ἆρ' οὐν οὖ et ἆρ' οὔ usurpetur. Quod etsi verum est, tamen simplex ἄρα lenius affirmat quam pro huius oppositionis gravitate, atque aliquid dubitationis, sive verae sive fictae, adiunctum habet.

B. καὶ ὁ Διονυσόδωρος—] quum Dionysodorus tanquam pilam excipiens orationem adolescentem rursus peteret. v. ad p. 273. A. Metaphoram hanc multi posterioris aetatis scriptores celebrarunt. v. Wyttenbach. ad Plut. T. I. p. 245. Mox Οὔκ, ἀλλὰ μανθάνω frequenti usu dicitur sic, ut post Οὐκ superius verbum repetendum sit. Hoc loco negatur praegressum οὐ μανθάνειν, ut sensus hic sit: οὐχ οὕτως ἔχει,

μή; Οὐ ἂν μὴ ἔχωσιν. Οὐκοῦν ὡμολόγηκας εἶναι τούτων καὶ τοὺς μὴ ἐπισταμένους, τῶν μὴ ἐχόντων; Κατένευσε. Τῶν λαμβανόντων ἄρ' εἰσὶν οἱ μανθάνοντες, ἀλλ' οὐ τῶν ἐχόντων; Συνέφη. Οἱ μὴ ἐπιστάμενοι ἄρα, ἔφη, μανθάνουσιν, ὦ Κλεινία, ἀλλ' οὐχ οἱ ἐπιστάμενοι.

D Cap. VII. Ἔτι δὴ ἐπὶ τὸ τρίτον καταβαλῶν

D. καταβαλῶν ὥςπερ π.] Libri plerique cum Steph. καταβαλών, quod bene correxit Heindorf. Ang. habet καταλαβών. ἀήθεις οἱ λόγοι] Bodl. Vat. Or. Vind. et pr. Par. E. ἀληθεῖς. Sed Vind. in marg. γραι ἀήθεις. v. infra.

ὥςτ' ἐμὲ οὐ μανθάνειν, ἀλλὰ μανθάνω. Exempla huius usus sunt Protag. p. 343. D. ubi v. ann. De Rep. III. p. 405. C. Parmen. p. 128. A. Phaed. p. 236. D. Lach. p. 195. A. al. Hinc explicationem habet Soph. Philoct. v. 642. Φ. ἀεὶ καλὸς πλοῦς ἔοικ'; ὅταν φεύγῃς κακά. Ν. οὔκ, ἀλλὰ κἀκείνοισι ταὐτ' ἐναντία. quem locum Doederlinus Varr. Lectt. Hexad. Erlang. 1833. p. 6. male tentavit sic coniectando: Ν. οἶδ', ἀλλὰ κἀκείνοισι κ. τ. λ.

C. εἶναι τούτων καὶ τοὺς μὴ ἐπ. τῶν μὴ ἐχόντων] Pronomini τούτων per epexegesin subiectum τῶν μὴ ἐχόντων, cuius usus exempla ad Reip. I. p. 338. D. IX. p. 578. D. Gorg. p. 494. B. Phaedon. p. 81. B. p. 110. E. Protagor. p. 356. C. Lachet. p. 183. C. congessimus.

ἀλλ' οὐχ οἱ ἐπισταμένοι] Totius argumentationis fallaciam, quae Socrate ipso paullo post indicante, maxime in verbi μανθάνειν ambiguitate posita est, monstravit Aristoteles De Sophist. Elench. c. 4. §. 3. p. 526. ed. Bip. conf. Ethic. Nic. I. 10.

Ἔτι δὴ ἐπὶ τὸ τρίτον —] Iungas hunc in modum: Ἔτι δὴ ὁ Εὐθύδημος ὥρμα ἐπὶ τὸ τρίτον ὥςπερ πάλαισμα, καταβαλῶν (deiecturus) τὸν νεανίσκον. Similitudinis rationem explicavit P. Victorius Varr. Lectt. XXI. 2. exinde, quod luctatores ter demum deiecto adversario victores declarabantur. Quam in rem Routhius laudavit P. Fabri Agonist. I. c. 24. et 27. in Gronovii Thesaur. Gr. T. VIII. p. 888 sqq. et p. 2261. Spanhem. ad Iulian. p. 261 sq. quibus Heindorf. adiunxit Wyttenbach. Bibl. Crit. P. X. p. 61. conf. Phaedr. p. 256. B. ibique ann. Plura suppeditabunt interpretes Hesychii in v. ἀποτριάξαι.

D. βαπτιζόμενον τὸ μειράκιον] Βαπτίζεσθαι translate dicuntur qui obruuntur malis. v. I. Chr. Wolf. ad Liban. Epist. 23. ann. 2. ep. 310. ann. 3. Dorvill. ad Charit. p. 307. Sed apud recentiores hoc usu nihil frequentius. — ἀναπαῦσαι αὐτό, i. e. ἀνάπαυσιν πόνων αὐτῷ ποιῆσαι. Legg. II. p. 653. D. ἀνάπαυλαι τῶν πόνων. Tim. p. 59. C. ἀναπαύσεως ἕνεκα. De verbo παράμυθεῖσθαι v. ad Phaedon. p. 70. B. De Rep. V. p. 476. E. VI.

ὥσπερ πάλαισμα ὥρμα ὁ Εὐθύδημος τὸν νεανίσκον· καὶ ἐγὼ γνοὺς βαπτιζόμενον τὸ μειράκιον, βουλόμενος ἀναπαῦσαι αὐτό, μὴ ἡμῖν ἀποδειλιάσειε, παραμυθούμενος εἶπον· Ὦ Κλεινία, μὴ θαύμαζε, εἴ σοι φαίνονται ἀήθεις οἱ λόγοι. ἴσως γὰρ οὐκ αἰσθάνει, οἷον ποιεῖτον τῷ ξένω περὶ σέ. ποιεῖτον δὲ ταὐτόν, ὅπερ οἱ ἐν τῇ τελετῇ τῶν Κορυβάντων, ὅταν τὴν θρόνωσιν ποιῶσι περὶ τοῦτον, ὃν ἂν μέλλωσι τελεῖν. καὶ

ὅταν τὴν θρόνωσιν ποιῶσι] Sic Bodl. Coisl. Ven. ΞΣ. Par. BCK. Ang. Barb. Pal. Vat. r. Vind. Flor. a. b. c. o. Vulgo *ποιῶνται*, quod primus abiecit Winckelm.

p. 499. E. Ion. p. 540. C. coll. Mureti Varr. Lectt. II. 4.

ἀήθεις οἱ λόγοι] h. e. si tibi insoliti accidant. Quod habent aliquot libri *ἀληθεῖς*, id quanquam tueri conatus est Winckelm., tamen minime dubitamus quin errore scribarum natum sit. Neque enim adolescentulus ullo modo significavit sibi istas conclusiunculas videri veras. Quod autem vir doctus *ἀληθὴς* vult esse serium, non iocosum, tribuit huic vocabulo eam vim et significationem, quam nec in locis ab ipso allatis nec usquam alibi habet.

ὅταν τὴν θρόνωσιν ποιῶσι —] De *θρονισμῷ* s. *θρονώσει* v. Valesius Obss. Critt. II. p. 53. Wesseling. ad Diodor. Sicul. Tom. II. Annot. p. 493 sq. ed. Dindorf. Alberti ad Hesych. in h. v. Lobeck. Aglaopham. T. I. p. 116 sqq., qui inter alia haec perscribit; „Eleusinia et Corybantia, inquit, dissimillima fuere. Eleusinia enim publica auctoritate celebrabantur loco augustissimo sanctissimoque, Corybantia privatim in gurgustiis; illis magistratus praesidebant et sacerdotes populi Atheniensis, his ambubaiae et aeruscatorum infimi; illis summus constabat apud omnes honos, decus, sanctitas, haec prudentissimo cuique adeo erant et contemtui.“ Haec Lobeckius. Ritus initiationis autem ex hoc ipso loco cognoscuntur. Collocabant enim mystae eum, qui sacris suis initiandus esset, in solio, quod priusquam fieret, choreas circa eum ducebant, quanquam etiam postea in solio collocatum eodem honore videntur mactavisse. Cum his verbis Proclus Theol. Plat. VI. 13. contendit illa De Legg. VII. p. 790. D. Adde Diou. Chrysost. Orat. XII. p. 387. *καθάπερ εἰώθασιν ἐν τῷ καλουμένῳ θρονισμῷ καθίσαντες τοὺς μυουμένους οἱ τελοῦντες κύκλῳ περιχορεύειν.* Pro *ποιῶνται* quod nunc cum Winckelmanno ex optimis libris revocavimus *ποιῶσι*, h. e. *θρόνωσιν* parant et instituunt, paratam habet haec lectio defensionem ex eo, quod deinde non *ὃν ἂν τελῶσι*, sed *ὃν ἂν μέλλωσι τελεῖν* adiicitur. Neque enim *ποιεῖν* et *ποιεῖσθαι* in talibus promiscue usurpari ad Menexen. p. 234. B. demonstravisse videmur, quo loco nunc quoque multi hac in re abutuntur.

γὰρ ἐκεῖ χορηγία τίς ἐστι καὶ παιδιά, εἰ ἄρα καὶ
E τετέλεσαι· καὶ νῦν τούτω οὐδὲν ἄλλο ἢ χορεύετον
περὶ σὲ καὶ οἷον ὀρχεῖσθον παίζοντε, ὡς μετὰ τοῦτο
τελοῦντε. νῦν οὖν νόμισον τὰ πρῶτα τῶν ἱερῶν ἀκού-
ειν τῶν σοφιστικῶν. πρῶτον γάρ, ὥς φησι Πρόδι-
κος, περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος μαθεῖν δεῖ· ὃ δὴ καὶ
ἐνδείκνυσθόν σοι τὼ ξένω, ὅτι οὐκ ἤδησθα, τὸ μαν-
θάνειν, ὅτι οἱ ἄνθρωποι καλοῦσι μὲν ἐπὶ τῷ τοιῷ-
δε, ὅταν τις ἐξ ἀρχῆς μηδεμίαν ἔχων ἐπιστήμην περὶ
πράγματός τινος ἔπειτα ὕστερον αὐτοῦ λαμβάνῃ τὴν
278 ἐπιστήμην, καλοῦσι δὲ ταὐτὸ τοῦτο καὶ ἐπειδὰν ἔχων
ἤδη τὴν ἐπιστήμην ταύτῃ τῇ ἐπιστήμῃ ταὐτὸν τοῦτο

χορηγία τίς ἐστι] Sic Bodl. Vat. Or. Vind. Ante Winckelm. erat *χορεία*, quod etiam Vind. in marg. adscriptum habet. Dein Vat. r. *παιδιαί*. Vat. Θ. *τετέλεσται*.

E. *ὀρχεῖσθον παίζοντε*] *παίζοντες* Vat. Θ.

ὅτι οὐκ ἤδησθα] Sic editt. Ald. Bas. 1. 2. Ceteri libri *ἤδει-*

καὶ γὰρ ἐκεῖ χορηγία τίς ἐστιν] Non male Ficinus: variisque iocis applaudunt et choreas ducunt. Intelligere haec te arbitror, si modo et ipse initiatus es. Nam postrema, *εἰ ἄρα καὶ τετέλεσαι*, procul dubio per breviloquentiam quandam sunt explicanda, perinde ac si scriptum sit: si forte etiam meministi utpote initiatus. Aliter haec Winckelmannus intellexit, qui tamen mentem suam non dilucide aperuit. Ceterum recte codd. meliores *χορηγία* pro *χορεία* dederunt. Intelligitur enim mystica saltatio, a qua exordium capiebant initiationis solemnitates, et quam deinde ipsa *θρόνωσις* sequebatur. Ita enim haec intelligenda censeo.

E. *τὰ πρῶτα τῶν ἱερῶν* —] Hac imagine Plato utitur saepissime, veluti Gorg. p. 113. C. Sympos. p. 210. A. Theaet. p. 152. C. Cratyl. p. 413. A. al.

ὥς φησι Πρόδικος] V. Protag. p. 314. C. p. 315. C. Hipp. mai. p. 282. C. Men. p. 75. E. p. 96. D. Cratyl. p. 384. B. Lachet. p. 197. D. Phaedr. p. 267. B. et infra p. 305. E. Ad *ἐνδείκνυσθον* conf. ann. ad Alcibiad. I. p. 105. C.

ὅτι οὐκ ἤδησθα] Recte Heindorfius haec iudicavit per epexegesin quandam praecedentis ὃ addita esse; de quo structurae genere v. Matthiae Gr. §. 478. Dictionem *καλεῖν τι ἐπί τινι* ad Remp. V. p. 470. B. illustravimus.

P. 278. *ταύτῃ τῇ ἐπιστήμῃ*] Int. *ἣν ἂν ἔχωσιν*.

μᾶλλον μὲν αὐτὸ ξ.] Erunt forsasse qui *οὖν* post *μὲν* interponendum censeant, quod ipsum in cod. Urbinate per-

πρᾶγμα ἐπισκοπῇ ἢ πραττόμενον ἢ λεγόμενον. μᾶλλον μὲν αὐτὸ ξυνιέναι καλοῦσιν ἢ μανθάνειν, ἔστι δ' ὅτε καὶ μανθάνειν. σὲ δὲ τοῦτο, ὡς οὗτοι ἐνδείκνυνται, διαλέληθε, ταὐτὸ ὄνομα ἐπ' ἀνθρώποις ἐναντίως ἔχουσι κείμενον, ἐπὶ τῷ τε εἰδότι καὶ ἐπὶ τῷ μή. παραπλήσιον δὲ τούτῳ καὶ τὸ ἐν τῷ δευτέρῳ ἐρωτήματι, ἐν ᾧ ἠρώτων σε, πότερα μανθάνουσιν οἱ ἄνθρωποι ἃ ἐπίστανται, ἢ ἃ μή. ταῦτα δὴ τῶν μαθημάτων παιδιά ἐστι· διὸ καί φημι ἐγώ σοι τούτους προσπαίζειν. παιδιὰν δὲ λέγω διὰ ταῦτα, ὅτι, εἰ καὶ πολλά τις ἢ καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα μάθοι, τὰ μὲν πράγματα οὐδὲν ἂν μᾶλλον εἰδείη πῇ ἔχει, B

σθα. v. ad Sympos. c. 20. coll. Valcken. ad Hippol. v. 405. Basil. ad Greg. Corinth. p. 122. Buttmann. Gramm. Ampl. T. I. p. 432.

P. 278. ἐπὶ τῷ τε εἰδότι] Bodl. et Vat. Θ. hic ἐπὶ om.

scriptum exstat. Verumtamen quoniam haec verbis praecedentibus dilucidandis inserviunt, haudquaquam indigemus isto sermonis ligamento. Hoc autem dicit Socrates: frequentius quidem illud ξυνιέναι dicitur quam μανθάνειν, interdum tamen etiam μανθάνειν. Ceterum μανθάνειν intelligendi vi et potestate positum habes Euthyphr. p. 3. B. De Rep. I. p. 332. A. Ibid. III. p. 402. E. p. 410. D. Aristoph. Avv. v. 1004. al.

B. ταῦτα δὴ τῶν μαθημάτων παιδιά ἐστι] Cur Heindorfius ταῦτα δὴ ἡ τ. μ. π. scribi voluerit, fateor me nullo modo perspicere, si quidem sententia haec est: hic igitur doctrinarum est lusus quidam, quo illudere quidem aliis licet, ad ipsam rerum cognitionem pervenire non licet. Mox metaphora a luctando sumta, ὑποσκελίζων dicitur alterum supplantans, et ἀνατρέπων deiciens, de quo verborum usu iam Routhius conferri iussit Polluc. On. III. c. 30. sect. 155. — σκολύθρια. Eustathius ad Odyss. δ. p. 195 = 1515. ἐν παλαιῷ ῥητορικῷ λεξικῷ εὕρηται καὶ σκολύθρια, διφρία βραχέα· καὶ ἄλλως, σκόλυθρα, διφρία ταπεινά. καὶ ἔστι τὸ μὲν διφρίον ἐκεῖ ὡς γένος, τὸ δὲ σκόλυθρον ἢ σκολύθριον ὡς εἶδος. ἡ δὲ χρῆσις αὐτοῦ ἀναφέρεται εἰς Πλάτωνα ἐν Εὐθυδήμῳ. Timaeus Gloss. p. 233. σκολύθρια· ταπεινὰ διφρία παρὰ τοῖς Θεσσαλοῖς, ἃ τινες θρανία καλοῦσιν, ubi v. Ruhnken. Aristotel. Problem. §. 16. quaest. 4. καθάπερ τοῖς τε συρομένοις τὰ σκέλη συμβαίνει, καὶ ὧν τοὺς κολύθρους ὑφαρπάζουσιν. Singularem numerum ὕπτιον ἀνατετραμμένον ita post pluralem illatum ne forte mireris, v. ad Gorg. p. 478. C, Protagor. p.

προσπαίζειν δὲ οἷός τ' ἂν εἴη τοῖς ἀνθρώποις, διὰ τὴν τῶν ὀνομάτων διαφορὰν ὑποσκελίζων καὶ ἀνατρέπων, ὥσπερ οἱ τὰ σκολύθρια τῶν μελλόντων
C καθιζήσεσθαι ὑποσπῶντες χαίρουσι καὶ γελῶσιν, ἐπειδὰν ἴδωσιν ὕπτιον ἀνατετραμμένον. ταῦτα μὲν οὖν σοι παρὰ τούτων νόμιζε παιδιὰν γεγονέναι· τὰ δὲ μετὰ ταῦτα δῆλον, ὅτι τούτω γέ σοι αὐτὼ τὰ σπουδαῖα ἐνδείξεσθον. καὶ ἐγὼ ὑφηγήσομαι αὐτοῖν, ἵνα μοι ὃ ὑπέσχοντο ἀποδῶσιν. ἐφάτην γὰρ ἐπιδείξασθαι τὴν προτρεπτικὴν σοφίαν· νῦν δέ, μοι δοκεῖ, πρότερον δεῖν ᾠηθήτην παῖσαι πρὸς σέ. Ταῦτα
D μὲν οὖν, ὦ Εὐθύδημέ τε καὶ Διονυσόδωρε, πεπαίσθω τε ὑμῖν καὶ ἴσως ἱκανῶς ἔχει· τὸ δὲ δὴ μετὰ ταῦτα ἐπιδείξατον προτρέποντε τὸ μειράκιον, ὅπως

C. ὅτι τούτω γέ σοι αὐτώ] Sic libri omnes. Heindorfius pro αὐτὼ dedit αὐτά, probante Bekkero. Schleiermacherus pro eo malebat αὖ. v. ann.

ἵνα μοι ὃ ὑπέσχοντο ἀποδῶσιν] In Vat. ὃ desideratur. Pro vet. lect. ἀποδώσειν praebuerunt ἀποδῶσιν Ven. Ξ. Par. C. Ang. Barb. Pal. Urb. Vat. r. Flor. a. b. c. o. Vindob. et corr. Coisl. Par. B. sicut rescribendum vidit Heindorf. Winckelmannus tamen extruso ὃ legendum suspicatur: καὶ ἐγὼ ὑφηγήσομαι αὐτοῖν, ἃ μοι ὑπέσχοντο ἀποδώσειν.

ἐφάτην γὰρ ἐπιδείξασθαι] Una edit. Steph. praeter librorum auctoritatem ἐπιδείξεσθαι. Nam e libris Florentinis etsi nihil discrepantiae enotatum est, tamen in his quoque aoristum legi credibile videtur.

νῦν δέ, μοι δοκεῖ, πρότερον δεῖν] Heindorfius et Bekkerus correxerunt νῦν δ', ἐμοὶ δοκεῖ. Sed etiam μοὶ ita in parenthesi collocari nuper a multis est observatum. v. ad Menexen. p. 236. B. Phaedr. p. 258. A. Ion. p. 535. B. al. Dein πρότερον ante δεῖν collocavi cum Bodl. Vat. Θr. Vind. Ponebatur enim post ᾠηθήτην. Tum παῖσαι Bodl. Vat. Θr. Ven. Ξ. Urb. Vind.

319. D. Matth. Gr. ampl. §. 293. p. 587.

C. αὐτὼ τὰ σπουδαῖα] Libri omnes αὐτὼ habent, quod etiamsi cum Klotzio Quaest. Critt. I. p. 64. et Winckelmanno interpreteris ipsi sua sponte, tamen vel sic habet quod vehementer displiceat. Redundat enim istud sua sponte molestissime. Ego si quid iudicare possum, vere coniecit Schleiermacherus τούτω γέ σοι αὖ τὰ σπ. cui rationi multum postpono emendationem Heindorfii: τούτω γέ σοι αὐτὰ τὰ σπ.

τὴν προτρεπτικὴν σοφίαν] quia se virtutis magistros professi erant.

E. ἀνάσχεσθον οὖν ἀγελαστὶ ἀκ.] sustinete igi-

χρὴ σοφίας τε καὶ ἀρετῆς ἐπιμεληθῆναι. πρότερον δ' ἐγὼ σφῶν ἐνδείξομαι, οἷον αὐτὸ ὑπολαμβάνω καὶ οἵου αὐτοῦ ἐπιθυμῶ ἀκοῦσαι. ἐὰν οὖν δόξω ὑμῖν ἰδιωτικῶς τε καὶ γελοίως αὐτὸ ποιεῖν, μή μου καταγελᾶτε· ὑπὸ προθυμίας γὰρ τοῦ ἀκοῦσαι τῆς ὑμετέρας σοφίας τολμήσω αὐτοσχεδιάσαι ἐναντίον ὑμῶν. ἀνάσχεσθον οὖν ἀγελαστὶ ἀκούοντες αὐτοί τε καὶ οἱ μαθηταὶ ὑμῶν. Σὺ δέ μοι, ὦ παῖ Ἀξιόχου, ἀπόκριναι. E

Cap. VIII. Ἆρά γε πάντες ἄνθρωποι βουλόμεθα εὖ πράττειν; ἢ τοῦτο μὲν ἐρώτημα ὧν νῦν δὴ ἐφοβούμην ἓν τῶν καταγελάστων; ἀνόητον γὰρ δήπου καὶ τὸ ἐρωτᾶν τὰ τοιαῦτα· τίς γὰρ οὐ βούλεται ἀνθρώπων εὖ πράττειν; Οὐδὲις ὅστις οὔκ, ἔφη ὁ

Flor. a. b. c. et pr. man. Par. C. Barber. Vereor tamen ne haec scriptura vitiosae citerioris Graecitatis consuetudini tribuenda sit, a qua subinde nec optimi libri immunes manserunt. Forma παῖσαι cum Atticis omnino tum imprimis Platoni a Grammaticis adscribitur, quorum testimonia vide apud Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. 1056. Ruhnk. ad Tim. p. 222. Fischer. ad Weller. T. I. Praef. p. XXI. Lobeck. ad Phrynich. p. 240. Iam quum in hoc ipso dialogo p. 283. B. libri meliores eam tueantur, idemque fiat Phaedr. p. 265. C. De Rep. V. p. 453. A. et alibi, non dubitavimus vulgatam scripturam quamvis paucorum auctoritate confirmatam sicut olim ita nunc quoque retinere. Winckelm. dedit παῖξαι.

D. πεπαίσθω τε ὑμῖν] πεπαύσθω Bodl. Vat. Θ. Dein Vat. Θ. ἔχειν.

τολμήσω αὐτοσχεδιάσαι] Vind. Vat. r. ἀπανδοσχεδιάσαι. Bodl. Vat. Θ. ἀπ' αὐτοσχεδιάσαι. quod recte suspicatur Winckelm. natum esse e διττογραφίᾳ ἀποσχεδιάσαι et αὐτοσχεδιάσαι.

E. τίς γὰρ οὐ βούλεται ἀνθρώπων] Deest ἀνθρώπων in Bodl. Vat. Θ.

tur me sine risu audire et ipsi et discipuli vestri.

ὧν νῦν δὴ ἐφοβούμην —] h. e. ἓν ἐστι τῶν καταγελαστῶν, ὧν νῦν δὴ ἐφοβούμην. Respicit ad superiora illa: ἐὰν οὖν δόξω ὑμῖν ἰδιωτικῶς τε καὶ γελοίως αὐτὸ ποιεῖν, μή μου καταγελᾶτε. Proxima patet sic explicari oportere: stolidum enim est vel quaerere de talibus rebus. In quibus verbis quia τὸ ἐρωτᾶν primariam notionem continet, facile est ad intelligendum, articulus cur melius adiiciatur quam omittatur. v. Rost. Gramm. §. 125. 2. et 3. Ceterum conf. Erast. p. 132. C. οὐ πρὸς σοῦ γε — ποιεῖς τὸ καὶ ἀνερέσθαι τοῦτον, εἰ αἰσχρὸν ἡγεῖται φιλοσοφίαν εἶναι.

279 *Κλεινίας. Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ, τὸ δὴ μετὰ τοῦτο, ἐπειδὴ βουλόμεθα εὖ πράττειν, πῶς ἂν εὖ πράττοιμεν; ἆρ' ἂν εἰ ἡμῖν πολλὰ κἀγαθὰ εἴη; ἢ τοῦτο ἐκείνου ἔτι εὐηθέστερον; δῆλον γάρ που καὶ τοῦτο ὅτι οὕτως ἔχει. Συνέφη. Φέρε δή, ἀγαθὰ δὲ ποῖα ἄρα τῶν ὄντων τυγχάνει ἡμῖν ὄντα; ἢ οὐ χαλεπὸν οὐδὲ σεμνοῦ ἀνδρὸς πάνυ τι οὐδὲ τοῦτο ἔοικεν εἶναι εὑρεῖν; πᾶς γὰρ ἂν ἡμῖν εἴποι, ὅτι τὸ πλουτεῖν ἀγαθόν. ἦ γάρ; Πάνυ γ', ἔφη. Οὐκοῦν καὶ τὸ ὑγιαί-*
B *νειν καὶ τὸ καλὸν εἶναι καὶ τἆλλα κατὰ τὸ σῶμα ἱκανῶς παρεσκευάσθαι; Συνεδόκει. Ἀλλὰ μὴν εὐγένειαί τε καὶ δυνάμεις καὶ τιμαὶ ἐν τῇ ἑαυτοῦ δῆλά ἐστιν ἀγαθὰ ὄντα. Ὡμολόγει. Τί οὖν, ἔφην, ἔτι ἡμῖν λείπεται τῶν ἀγαθῶν; τί ἄρα ἐστὶ τὸ σώφρονά τε εἶναι καὶ δίκαιον καὶ ἀνδρεῖον; πότερον πρὸς Διός,*

P. 279, *σεμνοῦ ἀνδρὸς πάνυ τι*] Steph. cum Par. E. *τοι.*

P. 279. A. *τὸ δὴ μετὰ τοῦτο*] Etiam hoc loco *εἶεν* transitionem facit ad aliam argumentationem. Iam, inquit, quod deinceps sequitur, quandoquidem cupimus, ut nobis bene sit, quomodo hoc assequi poterimus? Nam *τὸ δὴ μετὰ τοῦτο* apparet per se seorsum accipi oportere. Pro *τὸ δὴ* quod Heindorfius scribendum censet *τὸ δὲ δή*, vel *τὸ δέ*, id ferri propterea non potest, quod ea, quae sequuntur, superioribus non opponuntur, sed aliam tantum argumentationis inchoatae partem comprehendunt, ut satis fuerit *εἶεν* ponere, quod ipsum ad aliud quid transiri significat. v. ad Gorg. p. 508. A. Phaedon. p. 95. A. Euthyphr. p. 13. A.

ἢ οὐ χαλεπὸν οὐδὲ σεμνοῦ ἀνδρός —] an ne hoc quidem difficile esse videtur aut viri admodum excellentis? Nam *οὐδὲ τοῦτο* est ne hoc quidem. Pro *εὑρεῖν* ex optimis libris cum Winckelmanno *εὐπορεῖν* reposuimus, quod huic loco egregie convenit. Usum verbi ex his locis perspicies: Ion. p. 532. C. *εὐπορῶ ὅ τι λέγω.* Ibid. p. 536. C. *εὐπορεῖς ὅ τι λέγῃς.* Ibid. p. 533. A. *εὐπορεῖ ὅ τι εἴπῃ.* Phaedr. p. 235. A. *ὡς οὐ πάνυ εὐπορῶν τοῦ πολλὰ λέγειν.* Sophist. p. 243. C. *περὶ μὲν τοῦτο εὐπορεῖν φαμεν καὶ μανθάνειν κ. τ. λ.* Accusativum huic verbo eodem modo iunctum putamus, quo verbo *ἀπορεῖν*, de quo dixit Heindorf. ad Cratyl. p. 409. D. Denique *σεμνὸς ἀνήρ*, ut recte monet Heindorfius, fere idem est, quem alias dicit *οὐ φαῦλον.* Cratyl. p. 391. E. *οὐκ οἶει τοῦτο σεμνόν τε εἶναι h. e. οὐ φαῦλον*, conf. infra p. 303. C.

ὦ Κλεινία, ἡγεῖ σύ, ἐὰν ταῦτα τιθῶμεν ὡς ἀγαθά, ὀρθῶς ἡμᾶς θήσειν, ἢ ἐὰν μή; ἴσως γὰρ ἄν τις ἡμῖν ἀμφισβητήσειε· σοὶ δὲ πῶς δοκεῖ; Ἀγαθά, ἔφη ὁ Κλεινίας. Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ. τὴν δὲ σοφίαν ποῦ χοροῦ τάξομεν; ἐν τοῖς ἀγαθοῖς, ἢ πῶς λέγεις; Ἐν C τοῖς ἀγαθοῖς. Ἐνθυμοῦ δή, μή τι παραλείπωμεν τῶν ἀγαθῶν, ὅ τι καὶ ἄξιον λόγου. Ἀλλά μοι δοκοῦμεν, ἔφη, οὐδέν, ὁ Κλεινίας. Καὶ ἐγὼ ἀναμνησθεὶς εἶπον, ὅτι Ναὶ μὰ Δία κινδυνεύομέν γε τὸ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν παραλιπεῖν. Τί τοῦτο; ἦ δ' ὅς. Τὴν εὐτυχίαν, ὦ Κλεινία· ὃ πάντες φασί, καὶ οἱ πάνυ φαῦλοι, μέγιστον τῶν ἀγαθῶν εἶναι. Ἀληθῆ λέγεις, ἔφη. Καὶ ἐγὼ αὖ πάλιν μετανοήσας εἶπον, ὅτι Ὀλίγου καταγέλαστοι ἐγενόμεθα ὑπὸ τῶν D ξένων ἐγώ τε καὶ σύ, ὦ παῖ Ἀξιόχου. Τί δή, ἔφη,

Dein pro vulg. εὑρεῖν e Bodl. Vat. Θ. reposui εὐπορεῖν, praeeunte Winckelmanno. v. ann.

ὅτι τὸ πλουτεῖν ἄγ.] De Legg. II. p. 661. A. λέγεται, ὡς ἄριστον μὲν ὑγιαίνειν, δεύτερον δὲ κάλλος, τρίτον δὲ ἰσχύς, τέταρτον δὲ πλοῦτος, μυρία δὲ ἄλλα λέγεται. Gorg. p. 451. E. ubi vide nostram annotationem.

B. ἐν τῇ ἑαυτοῦ] Intell. γῇ. Xenoph. Mem. III. 5, 4, οἱ πρόσθεν οὐδ' ἐν τῇ ἑαυτῶν τολμῶντες Ἀθηναίοις ἀντιτάττεσθαι. Eurip. Heracl. v. 144, ἐκ τῆς ἐμαυτοῦ τοὐδε δραπέτας ἔχων. ubi v. Pflugk.

C. τὴν δὲ σοφίαν ποῦ χοροῦ τ.] Habes igitur hic quoque quatuor virtutes primarias, siquidem praeter σοφίαν antea σωφροσύνης, δικαιοσύνης et ἀνδρείας mentio iniecta est. Dictione eadem utitur Aristides, iam a Routhio hanc in rem laudatus, Orat. pro Miltiad. T. II. p. 161. Μιλτιάδην δὲ τὸν ἐν Μαραθῶνι ποῦ χοροῦ τάξομεν; ad quem locum scholiastes metaphoram sumtam esse docet a choreis et saltationibus. Himerius ab Heindorfio comparatus Orat. VII. p. 584. τὸν κυβερνήτην τῆς πόλεως δὲ ποῦ χοροῦ τάξομεν; ἢ δῆλον, ὅτι ἐν πρώτοις.

Ἐνθυμοῦ δή, μή τι παραλείπωμεν] h. e. vide, ne quid bonorum praetermittamus. v. ad. Hipp. mai. p. 300. D. Indicativus παραλείπομεν, quem Basileenses dederunt, ab hoc loco alienus est, quandoquidem μὴ cum indicativo iunctum significat revera adesse quod fieri nolimus. Theaet. p. 196. B. ἐνθυμοῦ, μή τι τότε γίγνεται ἄλλο, ubi vulgo perperam scribebatur ποτὲ γίγνηται. Verba ὅ τι καὶ ἄξιον λόγου Germanice reddas hoc modo: was auch nur der Rede werth ist. Frequens est huius formulae usus.

Ὀλίγου καταγέλαστοι ἐγενόμεθα] Ne quis ἄν addendum opinetur, v. ann. ad

τοῦτο; Ὅτι εὐτυχίαν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν θέμενοι νῦν δὴ αὖθις περὶ τοῦ αὐτοῦ ἐλέγομεν. Τί οὖν δὴ τοῦτο; Καταγέλαστον δήπου, ὃ πάλαι πρόκειται, τοῦτο πάλιν προτιθέναι καὶ δὶς ταὐτὰ λέγειν. Πῶς, ἔφη, τοῦτο λέγεις; Ἡ σοφία δήπου, ἦν δ' ἐγώ, εὐτυχία ἐστί· τοῦτο δὲ κἂν παῖς γνοίη. Καὶ ὃς ἐθαύμασεν· οὕτως ἔτι νέος τε καὶ εὐήθης ἐστί. Κά-
E γὼ γνοὺς αὐτὸν θαυμάζοντα, Ἆρ' οὐκ οἶσθα, ἔφην, ὦ Κλεινία, ὅτι περὶ αὐλημάτων εὐπραγίαν οἱ αὐληταὶ εὐτυχέστατοί εἰσι; Συνέφη. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ περὶ γραμμάτων γραφῆς τε καὶ ἀναγνώσεως οἱ γραμματισταί; Πάνυ γε. Τί δέ; πρὸς τοὺς

E. Τί δέ; πρὸς τοὺς τ. θ.] Vat. Θ. δαί, quod recepit Bekker. Pro vulg. θαλάσσης Bodl. Vat. Θr. Ven. ΞΣ. Par. BC. Barb. Pal. Urbin. Vind. Flor. o. cum Bas. 2. θαλάττης praebue-

Menex. p. 236. B. Lysid. p. 210. B.

B. ἐν τοῖς ἔμπροσθεν θέμενοι] Paullo ante activo utens verbo dixerat: ἐὰν ταῦτα τιθῶμεν ὡς ἀγαθά, ὀρθῶς ἡμᾶς θήσειν. Enimvero hac significatione utrumque genus verbi usurpatur, sed non sine aliquo sensus discrimine. Nam τιθέναι dicuntur, qui vel aliquid sumunt atque ponunt, unde quid consequatur ipsi nondum decreverunt, vel exemplo tantum utuntur rei cuiuspiam, cuius rationem ad argumentum illustrandum facere statuunt; τίθεσθαι autem eorum est, qui id ponunt atque sumunt, de cuius ratione sibi iam persuaserunt, ideoque de sua ipsorum sententia aliquid statuunt. De Rep. X. p. 596. A. εἶδος γάρ πού τι ἓν ἕκαστον εἰώθαμεν τίθεσθαι περὶ ἕκαστα τὰ πολλά, οἷς ταὐτὸν ὄνομα ἐπιφέρομεν. ἢ οὐ μανθάνεις; Μανθάνω. Θῶμεν δὴ καὶ νῦν ὅ τι βούλει τῶν πολλῶν. ubi deinde lectuli atque mensae exemplo res declaratur. Ibid. VII. p. 532. D. ταῦτα θέντες ἔχειν ὡς λέγεται (etsi nobis eorum ratio nondum est certo explorata) ἐπ' αὐτὸν δὴ τὸν νόμον ἴωμεν καὶ διέλθωμεν οὕτως, ὥςπερ τὸ προοίμιον διήλθομεν. Theaet. p. 191. C. θὲς δή μοι λόγου ἕνεκα ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐνὸν κηρινὸν ἐκμαγεῖον. The. τίθημι. Phaedon. p. 93. C. τῶν οὖν τιθεμένων (eorum, qui ex animi sui sententia statuunt) τὴν ψυχὴν ἁρμονίαν εἶναι. Phileb. p. 47. E. ὀργὴν καὶ φόβον καὶ πόθον καὶ θρῆνον καὶ ἔρωτα καὶ ζῆλον καὶ φθόνον καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἆρ' οὐκ αὐτῆς τῆς ψυχῆς τίθεσαι ταύτας λύπας τινας; Charmid. p. 169. B. τίθεσαι γὰρ σωφροσύνην τοῦτ' εἶναι. De Rep. I. p. 351. A. ἔγωγε τίθημι τὴν τῶν χρημάτων κτῆσιν πλείστου ἀξίαν εἶναι. Gorg. p. 509. A. ἐγὼ μὲν οὖν αὖ τίθημι ταῦτα οὕτως ἔχειν. Lachet. p. 196. E. ἀλλ' ἀνάγκη ὁμοίως λέοντα καὶ ἔλαφον καὶ ταῦρον καὶ πίθηκον πρὸς ἀν-

τῆς θαλάττης κινδύνους μῶν οἴει εὐτυχεστέρους τινὰς εἶναι τῶν σοφῶν κυβερνητῶν, ὡς ἐπὶ πᾶν εἰπεῖν; Οὐ δῆτα. Τί δέ; στρατευόμενος μετὰ ποτέρου ἂν ἥδιον τοῦ κινδύνου τε καὶ τῆς τύχης μετέχοις, μετὰ σοφοῦ στρατηγοῦ ἢ μετ' ἀμαθοῦς; Μετὰ σοφοῦ. Τί δέ; ἀσθενῶν μετὰ ποτέρου ἂν ἡδέως κινδυνεύοις, μετὰ σοφοῦ ἰατροῦ ἢ μετὰ ἀμαθοῦς; Μετὰ σοφοῦ. Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι εὐτυχέστερον ἂν οἴει πράττειν μετὰ σοφοῦ πράττων ἢ μετὰ ἀμαθοῦς; Ξυνεχώρει. Cap. IX. Ἡ σοφία ἄρα παν- 280
ταχοῦ εὐτυχεῖν ποιεῖ τοὺς ἀνθρώπους. οὐ γὰρ δήπου ἁμαρτάνοι γ' ἂν ποτέ τις σοφίᾳ, ἀλλ' ἀνάγκη ὀρ-

runt, de qua forma diximus ad Menex. p. 241. A. Mox rursus Vat. Θ. cum Coisl. Veu. Ξ. Par. BC. Barb. Pal. Urb. Par. a. b. c. o. *Τί δαί*; *στρατ.* probante Bekkero.

δρειαν φάναι πεφυκέναι τὸν τιθέμενον ἀνδρείαν τοῦθ' ὅπερ σὺ τίθεσαι. Euthyphron. p. 11. C. *τίθημι γάρ σε ὁμολογοῦντα.* De Legg. II. p. 674. A. *ἃ αὐτοὶ ἔθεντο.* Sed vel ex his perspicuum fore arbitramur, quid discriminis inter activum et medium verbum intercedat, et cur hoc loco *θέμενοι* potius quam *θέντες* scriptum sit.

V. 280. *οὐ γὰρ δήπου — ποτέ τις σοφία*] Qui nominativum *σοφία* recipiendum iudicaverunt, veluti Winckelmannus, hi rationem duxerunt maxime eorum quae sequuntur, *ἢ γὰρ ἂν οὐκέτι σοφία εἴη.* Sed ea lectione probata negari non potest valde molestum accidere istud *τις* ante *σοφίᾳ* interpositum, quod aut *τινός* aut *τι* esse debebat. Nam quae attulit Winckelmannus, ut pronomen tueretur, ea quoniam disparis generis sunt, non id efficere videntur, ut illa molestia multum levemur. Sunt autem haec; Lachet. p. 194. E. *καί μοι δοκεῖ ἀνὴρ σοφίαν τινὰ τὴν ἀνδρείαν λέγειν.* ibid. p. 188. C. *περὶ ἀρετῆς διαλεγομένου ἢ περί τινος σοφίας.* Charmid. p. 159. B. *δοκεῖ — ἡσυχιότης τις εἶναι ὃ ἐρωτᾷς.* Legg. I. p. 644. A. *πρὸς ἄλλην τινὰ σοφίαν.* ibid. III. p. 677. C. *σοφίας ἑτέρας τινός.* in quibus locis in oculos occurrit alium esse usum pronominis, atque hoc loco esse potest. Nec vero causam videmus ullam, cur dativus mutandus sit, siquidem ad haec: *ἢ γὰρ ἂν οὐκέτι σοφία εἴη*, facile intelligitur ex antecedentibus: *εἴ τις αὐτῇ ἁμαρτάνοι.* Eodem modo Latine dixeris: neque enim fieri potest, ut quis unquam per sapientiam peccet, sed necesse est, ut recte agat et propositum assequatur: alioquin enim non iam esset sapientia. De usu particularum *ἢ γὰρ ἄν* v. Viger. p. 411. et Hoogeveen. De Particc. p. 256 sq. ed. Schütz.

θῶς πράττειν καὶ τυγχάνειν. ἢ γὰρ ἂν οὐκέτι σοφία εἴη. Συνωμολογησάμεθα τελευτῶντες οὐκ οἶδ' ὅπως
B ἐν κεφαλαίῳ οὕτω τοῦτο ἔχειν· σοφίας παρούσης, ᾧ ἂν παρῇ, μηδὲν προσδεῖσθαι εὐτυχίας. ἐπειδὴ δὲ τοῦτο συνωμολογησάμεθα, πάλιν ἐπυνθανόμην αὐτοῦ τὰ πρότερον ὡμολογημένα πῶς ἂν ἡμῖν ἔχοι. Ὡμολόγησαμεν γάρ, ἔφην, εἰ ἡμῖν ἀγαθὰ πολλὰ παρείη, εὐδαιμονεῖν ἂν καὶ εὖ πράττειν. Συνέφη. Ἆρ' οὖν εὐδαιμονοῖμεν ἂν διὰ τὰ παρόντα ἀγαθά, εἰ μηδὲν ἡμᾶς ὠφελοῖ ἢ εἰ ὠφελοῖ; Εἰ ὠφελοῖ, ἔφη. Ἆρ' οὖν ἄν τι ὠφελοίη, εἰ εἴη μόνον ἡμῖν, χρῷμε-
C θα δ' αὐτοῖς μή; οἷον σιτία εἰ ἡμῖν εἴη πολλά, ἐσθίοιμεν δὲ μή, ἢ ποτόν, πίνοιμεν δὲ μή, ἔσθ' ὅ τι ὠφελοίμεθ' ἄν; Οὐ δῆτα, ἔφη. Τί δέ; οἱ δη-

P. 280. B. ᾧ ἂν παρῇ] Libri ὅταν, quod correxit Casaubonus apud Routhium. Mox Bodl. συνωμολογησόμεθα.

Ἆρ' οὖν ἄν τι ὠφελοίη] Bekkerus hic quoque ὠφελοῖ requirit. Heindorfius autem in antecedentibus ter ὠφελοίη reponendum censet. Non opus. v. ann. Dein vulgo erat εἰ ᾗ μόνον, quod Bekkerus e Vat. r. emendavit, sicut iam Heindorf. scribendum viderat. Bodl. Vat. O. ὠφελοίη η μόνον.

C. ἆρ' ἂν οὕτοι εὖ πρ.] Bodl. ἂν om.

B. Συνωμολογησάμεθα — τοῦτο ἔχειν] Istud ἐν κεφαλαίῳ cave cum οὕτω τοῦτο ἔχειν coniungas: pertinet enim ad συνωμολογησάμεθα, ut sententia haec sit: tandem in universum inter nos convenit rem ita se habere, ut, cui sapientia adesset, ei nihil opus esse felicitate. Pro ᾧ ἂν παρῇ libri omnes habent ὅταν παρῇ. Sed posteaquam Casaubonus verum repererat, recentiores editores omnes illud recte aspernati sunt. Nam ὅταν istud ubi tenueris, facile senties et accusativum μηδένα ad προσδεῖσθαι aegre desiderari et molestissimam nasci tautologiam.

Ἆρ' οὖν ἄν τις ὠφελοίη] Hac formarum varietate ne quis in posterum offendatur, monendum est Atticis placuisse utramque adeo, ut eam non raro promiscue posuerint. v. Buttmann. Gr. Ampl. §. 105. 20. Matthiae Gr. §. 198. 2. annot. ad Gorg. p. 507. A.

ἢ ποτόν, πίνοιμεν δὲ μή] Quum alibi σιτία καὶ ποτὰ iungi soleant, equidem cum Heindorfio pluralem numerum ποτὰ expectaveram. conf. De Rep. I. p. 332. C, II. p. 380. E. IV. p. 445. A. Politic. p. 272. C. Legg. VII. p. 789. D. XXI. p. 942. D. Tim. p. 70. D. Hipp. mai. p. 298. D. Protog. p. 314. A. Gorg. p. 490. B. C. p. 504. E. Phaedon. p. 64. D. Phaedr. p. 259. C. Xe-

μουργοὶ πάντες, εἰ αὐτοῖς εἴη πάντα τὰ ἐπιτήδεια παρεσκευασμένα ἑκάστῳ εἰς τὸ ἑαυτοῦ ἔργον, χρῷντο δ' αὐτοῖς μή, ἆρ' ἂν οὗτοι εὖ πράττοιεν διὰ τὴν κτῆσιν, ὅτι κεκτημένοι εἶεν πάντα ἃ δεῖ κεκτῆσθαι τὸν δημιουργόν; οἷον τέκτων, εἰ παρεσκευασμένος εἴη τά τε ὄργανα ἅπαντα καὶ ξύλα ἱκανά, τεκταίνοιτο δὲ μή, ἔσθ' ὅ τι ὠφελοῖτ' ἂν ἀπὸ τῆς κτή- D
σεως; Οὐδαμῶς, ἔφη. Τί δέ; εἴ τις κεκτημένος εἴη πλοῦτόν τε καὶ ἃ νῦν δὴ ἐλέγομεν πάντα τὰ ἀγαθά, χρῷτο δὲ αὐτοῖς μή, ἆρ' ἂν εὐδαιμονοῖ διὰ τὴν τούτων κτῆσιν τῶν ἀγαθῶν; Οὐ δῆτα, ὦ Σώκρατες. Δεῖν ἄρα, ἔφην, ὡς ἔοικε, μὴ μόνον κεκτῆσθαι τὰ τοιαῦτα ἀγαθὰ τὸν μέλλοντα εὐδαίμονα ἔσεσθαι,

D. ὠφελοῖτ' ἂν ἀπὸ τῆς κτήσεως] V. ὑπό, quod tuetur unus Par. E.

Δεῖν ἄρα, ἔφην, ὡς ἔοικε] Vulgo δεῖ, sed libri omnes praeter Angel. Barb. et Iamblichum Protrep. c. 4. δεῖν habent, idque ex illa loquendi consuetudine explicari debet, de qua diximus ad Phileb. p. 20. D. Phaedr. p. 272. D. Euthyphr. p. 4. E. Quanquam erroris suspicionem movere potest quod scribae nescio quo modo δεῖν pro δεῖ saepe etiam iis locis pinxerunt, ubi infinitivus talem defensionem non habet paratam. Itaque non multum repugnabo, si quis δεῖ servandum statuerit.

noph. Mem. II. 1, 24. Hieron. VII. 2. Cyrop. II. 4, 32. IV. 2, 34. et 37. VII. 5, 59. 78. Anab. II. 3, 27. VII. 3, 10. al. Nec tamen invitis libris omnibus vulgatam lectionem mutaverim, quum etiam singularis numerus habeat quo se tueatur. Tyr. Maxim. a Winckelmanno laudatus Or XXXI. p. 108. ὥσπερ οἱ πυρέττοντες ἐμπιπλάμενοι ποτοῦ καὶ σιτίων.

ὅτι κεκτημένοι — δημιουργόν] Haec verba praecedenti διὰ τὴν κτῆσιν illustrationis gratia adiecta sunt.

ὅ τι ὠφελοῖτ' ἀπὸ τῆς κτήσεως] Interest aliquid, utrum ὑπὸ an ἀπὸ scribatur. Nam ὑπὸ de ipsa causa, qua quid efficitur, dici consuevit; ἀπὸ autem usurpatur de eo, quod occasionem vel opportunitatem praebet, ut aliquid fieri possit. v. Hermann. ad Sophocl. Electr. v. 65. Itaque ὑπὸ τῆς κτήσεως esset sic dictum, ut possessio instrumentorum pro ipsa causa utilitatis efficienti haberi deberet: ἀπὸ τῆς κτήσεως autem indicat per instrumentorum possessionem utilitatis copiam afferri, sive utilitatem ab illa redundare. Ex quibus utrum huic loco sit convenientius, nemo dubitabit. Euthyphr. p. 15. A. τοὺς θεοὺς ὠφελεῖσθαι ἀπὸ τούτων, ἃ παρ' ἡμῶν λαμβάνουσιν. Xenoph. Cyrop. I. 1, 2. καὶ ὠφελουμένοις ἀπ' αὐτῶν.

ἀλλὰ καὶ χρῆσθαι αὐτοῖς· ὡς οὐδὲν ὄφελος τῆς κτήσεως γίγνεται. Ἀληθῆ λέγεις. Ἆρ' οὖν, ὦ Κλεινία, ἤδη τοῦτο ἱκανὸν πρὸς τὸ εὐδαίμονα ποιῆσαί
E τινα, τό τε κεκτῆσθαι τἀγαθὰ καὶ τὸ χρῆσθαι αὐτοῖς; Ἔμοιγε δοκεῖ. Πότερον, ἢν δ' ἐγώ, ἐὰν ὀρθῶς χρῆταί τις ἢ καὶ ἐὰν μή; Ἐὰν ὀρθῶς. Καλῶς γε, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις. πλέον γάρ που, οἶμαι, θάτερόν ἐστιν, ἐάν τις χρῆται ὀτῳοῦν μὴ ὀρθῶς πράγματι ἢ ἐὰν ἐᾷ. τὸ μὲν γὰρ κακόν, τὸ δὲ οὔτε κακὸν
281 οὔτε ἀγαθόν. ἢ οὐχ οὕτω φαμέν; Ξυνεχώρει. Τί οὖν; ἐν τῇ ἐργασίᾳ τε καὶ χρήσει τῇ περὶ τὰ ξύλα

ἤδη τοῦτο ἱκανόν] Pro ἤδη Bodl. Vat. Θ. Vind. ὅ δὴ habent; pro τοῦτο ἱκανὸν autem τοῦτω καλλίω. sub quo quid lateat absconditum, alii coniectent.

E. ἢ καὶ ἐὰν μή] καὶ restitui e Bodl. Coisl. Ven. ΞΣ. Par. BC. Barb. Ang. Pal. Vat. r. Vind. Flor. a. b. c. o.

καλῶς γε — λέγεις] γε praebuit codex Stobaei apud Routhium, idque recte susceperunt Heindorf. et Bekker. Codd. cum vett. editt. δέ, quod Winckelm. tenuit. Dein πλέον ex Iamblicho

Plat. Phaedon. p. 80. B. οὐδὲν τοιοῦτον κακὸν ἔπαθον ἀπ' αὐτῶν.

D. ὡς οὐδὲν ὄφελος] Routhius ex Iamblicho Protrept. c. 4., qui scriptum habet ἦν οὐδὲν ὄφ., legendum coniecit ἢ οὐδὲν ὄφ. Et certe tale quid requiri videatur, nisi malis τῆς κτήσεως putare paullo fortius pronuntiandum esse, ut idem sit, quod μόνης τῆς κτήσεως: in qua ratione me nunc fateor acquiescere, praesertim quum libri omnes vulgatam lectionem magna consensione tueantur.

E. Πότερον, ἦν δ' ἐγώ, ἐὰν —] Post πότερον intell. ἱκανόν ἐστι τοῦτο πρὸς τὸ εὐδαίμονα ποιῆσαι. Dein καὶ ante ἐὰν καὶ μὴ recipiendum decrevimus, quia cum vi quadam interrogatur, num alterum quoque fieri possit. v. Schneider. ad Remp. X. p. 599. A. Similis ratio est formulae ἐάν τε — ἐάν τε καί, de qua explicavimus ad Remp. VIII. p. 557. A. Nam haec ipsa quoque optionem esse ambiguam significat.

Καλῶς γε λέγεις] Ita cum Heindorfio et Bekkero e Stobaeo scribendum iudicavimus. Nam quod ceteri libri et scripti et editi habent Καλῶς δέ, id vel propterea ferri non potest, quod nulla hic locum habet oppositionis ratio. Eadem vocalium permutatio est Charmid. p. 156. A. Lysid. p. 204. A. Et γε ita per se solum in responsione usurpatum saepius librariis negotium fecisse docebit annotatio Schneideri ad Remp. II. p. 379. C.

πλεῖον γάρ που — θάτερόν ἐστιν] h. e. nam plus mali habet, plus detri-

μῶν ἄλλο τί ἐστι τὸ ἀπεργαζόμενον ὀρθῶς χρῆσθαι ἢ ἐπιστήμη ἡ τεκτονική; Οὐ δῆτα, ἔφη. Ἀλλὰ μήν που καὶ ἐν τῇ περὶ τὰ σκεύη ἐργασίᾳ τὸ ὀρθῶς ἐπιστήμη ἐστὶν ἡ ἀπεργαζομένη. Συνέφη. Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ περὶ τὴν χρείαν ὧν ἐλέγομεν τὸ πρῶτον τῶν ἀγαθῶν, πλούτου τε καὶ ὑγιείας καὶ κάλλους, τὸ ὀρθῶς πᾶσι τοῖς τοιούτοις χρῆσθαι ἐπιστήμη ἦν ἡγουμένη καὶ κατορθοῦσα τὴν πρᾶξιν, ἢ B ἄλλο τι; Ἐπιστήμη, ἦ δ' ὅς. Οὐ μόνον ἄρα εὐτυχίαν, ἀλλὰ καὶ εὐπραγίαν, ὡς ἔοικεν, ἡ ἐπιστήμη παρέχει τοῖς ἀνθρώποις ἐν πάσῃ κτήσει τε καὶ πρά-

et Stobaeo dedi pro eo quod libri Platonis tenent πλεῖον. Nam videtur in hac et similibus formulis πλέον in usu fuisse, ut quum dicitur πλέον ἔχειν, unde πλεονεκτεῖν est formatum. Certe quidem infra p. 297. D. et Phaedon. p. 114. E. libri meliores omnes πλέον tuentur, idque etiam alii habent scriptores, qui hac loquutione utuntur.

P. 281. B. παρέχει τοῖς ἀνθρώποις] τοῖς ἀνθρώποις om. Bodl. Vat. Θ. ante παρέχει ponit Vat. r.

menti affert, ut infra p. 297. D. ὃ δ' ἐμὸς Ἰόλεως Πατροκλῆς εἰ ἦλθοι, πλέον ἂν θάτερον ποιήσειεν, i. e. plus mali quam boni faceret. Nam θάτερον, alterum, per euphemismum dicitur pro τὸ κακόν. Docte formulae usum illustravit Wyttenbach. ad Phaedon. p. 114. E.

P. 281. τὸ ἀπεργαζόμενον ὀρθῶς χρῆσθαι] h. e. ὥστε τινὰ ὀρθῶς χρῆσθαι.

τὸ ὀρθῶς ἐπιστήμη ἐστίν] Facile quis hoc loco abutatur ad tuendam sententiam Wyttenbachii ad Phaedon. p. 114. B. contendentis adverbia cum articulo saepe usurpari pro substantivis, veluti τὸ ἀδίκως pro ἡ ἀδικία, τὸ δικαίως pro ἡ δικαιοσύνη. Sed eam opinionem esse falsam et inanem ad Phileb. p. 204. demonstrasse videmur. cfr. Matthiae Gr. p. 558. not. o. Hoc loco ad τὸ ὀρθῶς intelligendum ex antecedentibus est χρῆσθαι.

τὸ ὀρθῶς πᾶσι—ἦν ἡγουμένη] h. e. rectum usum talium rerum omnium veluti praeibat, quod similiter dictum atque Herodot. IX. 15. οὗτοι δὲ αὐτῷ τὴν ὁδὸν ἡγέοντο ἐς Σφενδαλεάς. quem locum comparavit Heindorfius. Nec aliter Sophocles Philoctet. v. 99. νῦν δ' εἰς ἔλεγχον ἐξιὼν ὁρῶ βροτοὺς τὴν γλῶσσαν, οὐχὶ τἄργα πανθ' ἡγουμένην, ubi Schol. interpretatur προηγουμένην εἰς ἅπαντα. Itaque non opus est coniectura Heindorfii, qui aut τοῦ ὀρθῶς χρῆσθαι scribendum aut ante τό praepositionem πρός interponendam iudicabat. Sententiam eandem habes Menon. p. 97. B sqq. Charmid. p. 172. A. D.

ξει. Ὡμολόγει. Ἆρ' οὖν ὦ πρὸς Διός, ἦν δ' ἐγώ, ὄφελός τι τῶν ἄλλων κτημάτων ἄνευ φρονήσεως καὶ σοφίας; ἆρά γε ὀνίναιτ' ἂν ἄνθρωπος πολλὰ κεκτημένος καὶ πολλὰ πράττων νοῦν μὴ ἔχων; ἢ μᾶλλον ὀλίγα νοῦν ἔχων; ὧδε δὲ σκόπει· οὐκ ἐλάττω πράτ-
C των ἐλάττω ἂν ἐξαμαρτάνοι, ἐλάττω δὲ ἁμαρτάνων ἧττον ἂν κακῶς πράττοι, ἧττον δὲ κακῶς πράττων ἄθλιος ἧττον ἂν εἴη; Πάνυ γ', ἔφη. Πότερον οὖν ἂν μᾶλλον ἐλάττω τις πράττοι πένης ὢν ἢ πλούσιος; Πένης, ἔφη. Πότερον δὲ ἀσθενὴς ἢ ἰσχυρός; Ἀσθενής. Πότερον δὲ ἔντιμος ἢ ἄτιμος; Ἄτιμος. Πότερον δὲ ἀνδρεῖος ὢν καὶ σώφρων ἐλάττω ἂν πράττοι ἢ δειλός; Δειλός. Οὐκοῦν καὶ ἀργὸς μᾶλλον ἢ ἐργάτης; Συνεχώρει. Καὶ βραδὺς μᾶλλον ἢ ταχύς;
D καὶ ἀμβλὺ ὁρῶν καὶ ἀκούων μᾶλλον ἢ ὀξύ; Πάντα τὰ τοιαῦτα ξυνεχωροῦμεν ἀλλήλοις. Ἐν κεφαλαίῳ

ἆρά γε ὀνίναιτ' ἂν ἄνθρ.] ἂν ὄναιτο ἄνθρ. Bodl. Vat. Θ.
ὀλίγα νοῦν ἔχων] V. νοῦν δὲ ἔχων. Recte codd. omnes δὲ omittunt.
C. Πότερον οὖν ἂν μᾶλλον] ἂν om. Bodl. Vat. Θ. Ven. Σ. Urbin.
D. ξυνεχωροῦμεν ἀλλήλοις] ξυνεχώρουν ἐν ἀλλ. Bodl.

B. ἢ μᾶλλον ὀλίγα νοῦν ἔχων] Explicatius hoc modo dicendum fuit: ἢ μᾶλλον ὀνίναιτ' ἂν ὀλίγα κεκτημένος καὶ ὀλίγα πράττων νοῦν ἔχων, i. e. σὺν φρονήσει καὶ σοφίᾳ: quae breviloquentia loci corrumpendi variam praebuit opportunitatem. Nec vero istud νοῦν ἔχων Heindorfium debebat offendere. Quanquam enim in sequentibus de homine tantum νοῦν μὴ ἔχοντι disputatur, tamen oppositionis ratio hoc additamentum requirere videtur, sicuti mox D. haec legimus: ἐὰν μὲν αὐτῶν ἡγῆται ἀμαθία, μεῖζω κακὰ εἶναι —· ἐὰν δὲ φρόνησις καὶ σοφία, μεῖζω ἀγαθά.

C. ἧττον δὲ κακῶς πράττων ἄθλιος —] Argumentatio ex ambiguitate formulae εὖ πράττειν ducta. v. ad Charmid. p. 172. A. In proximis cave μᾶλλον cum ἐλάττω coniungas, quod fecit Heindorfius. Nam verborum consecutio haec est: πότερον οὖν μᾶλλον ἄν τις πράττοι ἐλάττω; utrum igitur ei, qui pauper est, an illi, qui dives habetur, magis accidet, ut agat pauciora. Eadem ratio est verborum, quae paullo post sequuntur, Οὐκοῦν καὶ ἀργὸς μᾶλλον ἢ ἐργάτης, i. e. οὐκοῦν καὶ ἀργὸς μᾶλλον ἂν ἐλάττω πράττοι, ἢ ἐργάτης.

D. οὐ περὶ τούτου ὁ λόγος αὐτοῖς εἶναι] Vere Heindorfius orationem iudicavit esse ἀνακόλουθον, quandoquidem scriptor accurate lo-

δ', ἔφην, ὦ Κλεινία, κινδυνεύει σύμπαντα, ἃ τὸ πρῶτον ἔφαμεν ἀγαθὰ εἶναι, οὐ περὶ τούτου ὁ λόγος αὐτοῖς εἶναι, ὅπως αὐτά γε καθ' αὑτὰ πέφυκεν ἀγαθά, ἀλλ' ὡς ἔοικεν, ὧδ' ἔχει· ἐὰν μὲν αὐτῶν ἡγῆται ἀμαθία, μείζω κακὰ εἶναι τῶν ἐναντίων, ὅσῳ δυνατώτερα ὑπηρετεῖν τῷ ἡγουμένῳ κακῷ ὄντι· ἐὰν δὲ φρόνησίς τε καὶ σοφία, μείζω ἀγαθά· αὐτὰ δὲ καθ' αὑτὰ οὐδέτερα αὐτῶν οὐδενὸς E ἄξια εἶναι. Φαίνεται, ἔφη, ὡς ἔοικεν, οὕτως, ὡς σὺ λέγεις. Τί οὖν ἡμῖν συμβαίνει ἐκ τῶν εἰρημένων; ἄλλο τι ἢ τῶν μὲν ἄλλων οὐδὲν ὂν οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακόν, τούτοιν δὲ δυοῖν ὄντοιν ἡ μὲν σοφία ἀγαθόν, ἡ δὲ ἀμαθία κακόν; Ὁμολόγει. Cap. X. Ἔτι τοίνυν, ἔφην, τὸ λοιπὸν ἐπισκεψώμεθα. 282 ἐπειδὴ εὐδαίμονες μὲν εἶναι προθυμούμεθα πάντες, ἐφάνημεν δὲ τοιοῦτοι γιγνόμενοι ἐκ τοῦ χρῆσθαί τε

Vat. Θ.

πέφυκεν ἀγαθά] εἶναι vulgo post ἀγαθὰ additum cum Bodl. Vat. Θ r. omisi.

P. 282. ἐπειδὴ εὐδαίμονες] Bodl. Vat. Θ. ἐπειδὴ δὲ εὐδαίμ. Mox autem δὲ in Vat. Θ. om., unde fieri potest, ut vocula alieno loco sit interposita per errorem.

quuturus filum sermonis hoc fere modo debebat deducere: κινδυνεύει σύμπαντα, ἃ τὸ πρῶτον ἔφαμεν ἀγαθὰ εἶναι, οὐ ταύτῃ σκοπεῖσθαι δεῖν κ. τ. λ. Sed talia anacoluthi exempla apud Platonem non rara sunt. Sententia autem verborum haec est: In universum autem, o Clinia, videtur de omnibus, quae primo dicebamus bona esse, non ita explicari, ut ipsa per se et natura sua bona esse dicamus etc. Dein etsi per se non est improbabilis Heindorfii sententia ὡδ' ἔχειν scribendum iudicantis, tamen quia libri omnes ἔχει tuentur, infinitivos post ὧδ' ἔχει ea ratione illatos esse putamus, quam ad Phaedon. p. 70. B. attigimus, in quam sententiam etiam Winckelmannus disputavit. De οὕτω ante μείζω omisso dictum ad Lysid. p. 206. A. Ceterum ad ipsam sententiam contendas locum Menon. p. 87. E. sqq. Sympos. p. 183. D. et quae habet Alcinous De Doctrin. Plat. c. 27.

E. ἢ τῶν μὲν ἄλλων οὐδὲν ὄν] Verbum συμβαίνειν cum participio iunctum tetigit Matthiae Gr. T. II. p. 1091. Alia huius constructionis exempla suppeditabit Astius ad Legg. p. 132.

P. 282. ἐπειδὴ εὐδαίμονες μὲν εἶναι] Duo codices praestantissimi ἐπειδὴ δὲ εὐδ., quod nollem Winckelmannus con-

τοῖς πράγμασι καὶ ὀρθῶς χρῆσθαι, τὴν δὲ ὀρθότητα καὶ εὐτυχίαν ἐπιστήμη ἡ παρέχουσα, δεῖ δή, ὡς ἔοικεν, ἐκ παντὸς τρόπου ἅπαντα ἄνδρα τοῦτο παρασκευάζεσθαι, ὅπως ὡς σοφώτατος ἔσται. ἢ οὔ; Ναί, B ἔφη. Καὶ παρὰ πατρός γε δήπου τοῦτο οἰόμενον δεῖν παραλαμβάνειν πολὺ μᾶλλον ἢ χρήματα, καὶ παρ' ἐπιτρόπων καὶ φίλων τῶν τε ἄλλων καὶ τῶν φασκόντων ἐραστῶν εἶναι, καὶ ξένων καὶ πολιτῶν, δεόμενον καὶ ἱκετεύοντα σοφίας μεταδιδόναι, οὐδὲν αἰσχρόν, ὦ Κλεινία, οὐδὲ νεμεσητὸν ἕνεκα τούτου ὑπηρετεῖν καὶ δουλεύειν καὶ ἐραστῇ καὶ παντὶ ἀνθρώπῳ, ὁτιοῦν ἐθέλοντα ὑπηρετεῖν τῶν καλῶν ὑπηρετημάτων, προθυμούμενον σοφὸν γενέσθαι. ἢ οὐ δοκεῖ σοι, ἔφην ἐγώ, οὕτως; Πάνυ μὲν οὖν εὖ μοι

B. *Καὶ παρὰ πατρός γε δήπου*] Bekkerus *τε* scripsit, invitis codd. omnibus. Pro *δεῖν* Steph. coniecit *δεῖ*. Schleiermacherus *ὂν* post *αἰσχρὸν* inserendum censet. Recte Heindorfius locum defendit commate post *μεταδιδόναι* sublato.

προθυμούμενον σοφὸν γενέσθαι] Bodl. *προθυμούμε-*

tinuo amplexus esset, qui quos comparavit locos p. 276. A. et p. 288. D. ibi *δὲ* dissimillimum habet usum. Si quid codicum illorum scripturae tribuendum, corrigam equidem *ἐπειδὴ δὴ εὐδαίμονες κ. τ. λ.* Nam quod deinde *δὴ* post *δεῖ* in apodosi iteratur, id non praeter usum fieri quilibet facile largietur. Deinde *ἐκ τοῦ χρῆσθαί τε τοῖς πράγμασι καὶ ὀρθῶς χρῆσθαι* est: non tantum ex rerum usu, sed ex recto usu, in quo usu particularum non est haerendum. Nam utrumque Socrates ostenderat ad vitae felicitatem opus esse, ut quis bonis et uteretur et uteretur sapienter. Mox ad *ἐπιστήμη ἡ παρέχουσα*, sicut iam olim monui, e superioribus intelligas *ἐφάνη*, ut supervacanea sit coniectura Heindorfii *ἐπιστήμη ἣν παρέχουσα* corrigentis. — *ἐκ παντὸς τρόπου*. Lysias acc. Agorat. p. 96. ed. Brem. *Κλεοφῶντι ἐπέθεντο ἐκ τρόπου τοιούτου*. Ibid. p. 98. *αἰσθόμενοι ἐκ τοῦ τρόπου τούτου τὸ ὑμέτερον πλῆθος καταλυθησόμενον*. Ibid. p. 102. *ὥστε ἐκ παντὸς τρόπου σοὶ μᾶλλον — συνέφερεν*. Ibid. p. 105. *ὥστε ἐκ τίνος τρόπου ἐμελλέ τις αὐτῶν σωθήσεσθαι*; Ibid. p. 120. *ἐκ παντὸς δὲ τρόπου ἔμοιγε δοκεῖ οὐχ ἑνὸς θανάτου ἄξιος εἶναι*. Aeschin. adv. Ctesiph. §. 3. *οὐκ ἐκ τοῦ δικαιοτάτου τρόπου*.

B. *καὶ παρὰ πατρός γε δὴ —*] Locus sanissimus, cuius structuram bene expedivit Heindorfius hunc in modum: *οὐδὲν αἰσχρὸν οὐδὲ νεμεσητὸν — ὑπηρετεῖν — οἰόμενον δεῖν κ. τ. λ.* Atque existimantem, a patre hoc multo magis

δοκεῖς λέγειν, ἦ δ' ὅς. Εἰ ἔστι γε, ὦ Κλεινία, ἣν δ' ἐγώ, ἡ σοφία διδακτόν, ἀλλὰ μὴ ἀπὸ ταὐτομάτου παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώποις. τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἔτι σκεπτέον καὶ οὕπω διωμολογημένον ἐμοί τε καὶ σοί. Ἀλλ' ἔμοιγε, ἔφη, ὦ Σώκρατες, διδακτὸν εἶναι δοκεῖ. Καὶ ἐγὼ ἡσθεὶς εἶπον· Ἦ καλῶς λέγεις, ὦ ἄριστε ἀνδρῶν, καὶ εὖ ἐποίησας ἀπαλλάξας με σκέψεως πολλῆς περὶ τούτου αὐτοῦ, πότερον διδακτὸν ἢ οὐ διδακτὸν ἡ σοφία. νῦν οὖν ἐπειδὴ σοὶ καὶ διδακτὸν δοκεῖ καὶ μόνον τῶν ὄντων εὐδαίμονα καὶ εὐτυχῆ ποιεῖν τὸν ἄνθρωπον, ἄλλο τι ἢ φαίης ἂν ἀναγκαῖον εἶναι φιλοσοφεῖν καὶ αὐτὸς ἐν νῷ ἔχεις αὐτὸ ποιεῖν; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὡς οἷόν τε μάλιστα.

C D

ὁς, vulgata suprà versum adscripta. Etiam Vat. Θ. προθυμούμενος.

C. ἔτι σκεπτέον] Bodl. Vat. Θr. Vind. ἔτι ἄσκεπτον. quod dedit Winckelm.

expetendum esse quam amplam hereditatem, et a tutoribus amicisque tum ceteris tum iis, qui amatores se esse profitentur, atque a peregrinis civibusque, ita ut roges obsecresque, ut sapientia te impertiant, ita igitur existimantem, non est turpe, Clinia, neque inhonestum, huius rei causa obsequi et servire tum amatori tum cuivis homini, ad quodvis honestum obsequium promtum paratumque, modo quis id operam det, ut sapiens evadat. Comparavit cum his Routhius Symp. p. 184. C. νενόμισται γὰρ δὴ ἡμῖν, ἐάν τις ἐθέλῃ τινὰ θεραπεύειν, ἡγούμενος δ' ἐκεῖνον ἀμείνων ἔσεσθαι ἢ κατὰ ἄλλο ὁτιοῦν μέρος ἀρετῆς, αὕτη αὖ ἡ ἐθελοδουλεία οὐκ αἰσχρὸν εἶναι οὐδὲ κολακεία.

Πάνυ μὲν οὖν εὖ μοι δ.] Ne quis post οὖν interpungendum censeat, v. ann. ad Hipp. mai. p. 281. D.

C. καὶ εὖ ἐποίησας ἀπαλλάξας με σκ.] Hic quoque Heindorfius ἀπαλλάξας dicit positum esse pro ἀπαλλάττων, quem viri egregii errorem iam ad Phaedon. p. 60. C. notavimus. Enimvero aoristus de actione semel tantum et velut uno temporis momento peracta necessario poni debuit. Participium ἀπαλλάττων si esset adhibitum, sermo esset de re tempore praeterito duranti vel itentidem repetita, quod quis est quin videat in hunc et Phaedonis locum minime convenire?

Cap. XI. *Κἀγὼ ταῦτα ἅσμενος ἀκούσας, Τὸ μὲν ἐμόν, ἔφην, παράδειγμα, ὦ Διονυσόδωρέ τε καὶ Εὐθύδημε, οἷων ἐπιθυμῶ τῶν προτρεπτικῶν λόγων εἶναι, τοιοῦτον, ἰδιωτικὸν ἴσως καὶ μόλις διὰ μακρῶν λεγόμενον· σφῶν δὲ ὁπότερος βούλεται, ταὐτὸν τοῦτο τέχνῃ πράττων ἐπιδειξάτω ἡμῖν. εἰ δὲ μὴ τοῦτο*
E *βούλεσθον, ὅθεν ἐγὼ ἀπέλιπον, τὸ ἑξῆς ἐπιδείξατον τῷ μειρακίῳ, πότερον πᾶσαν ἐπιστήμην δεῖ αὐτὸν κτᾶσθαι, ἢ ἔστι τις μία, ἣν δεῖ λαβόντα εὐδαιμονεῖν τε καὶ ἀγαθὸν ἄνδρα εἶναι, καὶ τίς αὕτη. ὥσπερ γὰρ ἔλεγον ἀρχόμενος, περὶ πολλοῦ ἡμῖν τυγχάνει ὂν τόνδε τὸν νεανίσκον σοφόν τε καὶ ἀγαθὸν γενέσθαι.*

C. *οἷων ἐπιθυμῶ τῶν πρ. λ. εἶναι*] Libri omnes *οἷον*, quod correxit Routhius, probante Heindorfio et Bekkero. Ven. Ξ. et a manu sec. Ven. Σ. Flor. a. b. c. o. *τὸν προτρεπτικὸν λόγον*, quod eruit Schleiermacher., recepit Winckelm. sed v. ann. *καὶ μόλις διὰ μακρῶν*] Bekkerus ut infra p. 294. A. *μόγις*, invitis omnibus codicibus. Quanquam alibi codd. fere *μόγις* commendant. v. Schneider. ad Reip. I. VI. p. 502. C. Lobeck. ad Aiacem p. 217. ed. sec.

ὅθεν ἐγὼ ἀπέλιπον] Sic Bodl. Coisl. Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Barb. Pal. Urb. Vind. Flor. b. c. o. Vat. r. Legebatur ante Bekkerum *ἀπέλειπον*.

E. *ὥσπερ γὰρ ἔλεγον ἀρχ.*] *γὰρ* om. Bodl. Vat. Θ r.

D. *οἷων ἐπιθυμῶ τῶν προτρεπτικῶν λ. εἶναι*] Sic libri optimi quique, praeterquam quod *οἷον* scriptum exhibent. Id vero apparet corruptum esse ab imperitis librariis, qui structurae rationem non perspicerent, quae quidem haec est: *τὸ μὲν ἐμὸν παράδειγμα τοιοῦτον τῶν προτρεπτικῶν λόγων, οἷων ἐπιθυμῶ εἶναι.* Itaque rarior paullo attractionis forma errorem peperisse existimanda est. Quae tamen mirari subit quod etiam recentissimum libri editorem fefellit, quum Routhius, Heusdius, Beckius, Heindorfius, alii, de *οἷον* in *οἷων* commutando consensissent. Nec vero Schneiderus ad Remp. T. II. p. 43. verba recte videtur accepisse. Ceterum hunc locum facetae urbanitatis sale conditum esse nemo erit quin vel non admonitus sentiat.

τέχνῃ πράττων] ratione et ex artis praeceptis faciens: nam ipse *ἰδιωτικὸν* scilicet *παράδειγμα* exhibuerat. Phaedr. p. 260. D. *οὐδέν τι μᾶλλον ἴσται πείθειν τέχνῃ.* Ibid. p. 251. D. *Παλαμήδην λέγοντα οὐκ ἴσμεν τέχνῃ.* Ibid. p. 267. B. *καὶ μόνος αὐτὸς εὑρηκέναι ἔφη ὧν δεῖ λόγων τέχνῃ.*

E. *ὅθεν ἐγὼ ἀπέλιπον*—] unde ego digressus sum, hoc ordine deinceps persequentes ostendite adolescentulo, utrum universam scientiam sibi

Ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα εἶπον, ὦ Κρίτων· τῷ δὲ μετὰ 283
τοῦτο ἐσομένῳ πάνυ σφόδρα προσεῖχον τὸν νοῦν,
καὶ ἐπεσκόπουν, τίνα ποτὲ τρόπον ἄψοιντο τοῦ
λόγου καὶ ὁπόθεν ἄρξοιντο παρακελευόμενοι τῷ νεα-
νίσκῳ σοφίαν τε καὶ ἀρετὴν ἀσκεῖν. ὁ οὖν πρεσβύ-
τερος αὐτῶν, ὁ Διονυσόδωρος, πρότερος ἤρχετο τοῦ
λόγου, καὶ ἡμεῖς πάντες ἐβλέπομεν πρὸς αὐτὸν ὡς
αὐτίκα μάλα ἀκουσόμενοι θαυμασίους τινὰς λόγους.
ὅπερ οὖν καὶ συνέβη ἡμῖν· θαυμαστὸν γάρ τινα, ὦ B
Κρίτων, ἀνὴρ κατῆρχε λόγον, οὗ σοὶ ἄξιον ἀκοῦ-
σαι, ὡς παρακελευστικὸς ὁ λόγος ἦν ἐπ' ἀρετήν.

Ven. Σ. Par. CE. Ang. Barb. Pal. Urb. Vind. Flor. a. b. c. o. Vereor ut recte. Et tuentur vocem Coisl. a sec. m. Ven. Ξ. Par. B. Abiecit Winckelm.

P. 283. *καὶ ἐπεσκόπουν*] Sic Bodl. Vat. Θ. Vind. et ed. Winckelm. Legebatur *καὶ ἐσκόπουν*. Dein vulgo *ἄψαιντο*, quod correxit Heindorf. Et legitur *ἄψοιντο* in Flor. b. a manu sec. restitutum.

B. *ἀνὴρ κατῆρχε*] V. *ἀνήρ*, quod tenuit Winckelm. Recte Bekkerus *ἀνὴρ* scripsit. Vat. r. *ὁ ἀνήρ*.

οὗ σοὶ ἄξιον ἀκοῦσαι] Sic Bodl. Vat. Θ r. Ven. Σ. Vind. Flor. b. c. In Coisl. Par. BCE. Ang. Barb. Pal. Urb. Flor. a. o. *οὐ* scriptum. Ante Bekkerum legebatur *οὗ οἱ ἄξιον ἀκ.*

debeat comparare, an sit una aliqua disciplina, quam percipere oporteat, ut quis beatus sit atque bonus. Phaedon. p. 78. A. *ὅθεν δὲ ἀπελίπομεν, ἐπανέλθωμεν.* ubi v. Wyttenbach. Praeterea observes *δεῖ*, quod proprie ad notionem participii *λαβόντα* pertinet, consociatum esse per quandam breviloquentiam cum *εὐδαιμονεῖν*. Nam accurate hoc modo fuit dicendum: *ἦν δεῖ λαβεῖν, ὥστε εὐδαιμονεῖν τε καὶ ἀγαθὸν ἄνδρα εἶναι.* Sed eadem ratio est infra p. 289. C. *ἀρά ἐστιν αὕτη, ἣν ἔδει κεκτημένους ἡμᾶς εὐδαίμονας εἶναι.* Sympos. P. 182. E. *ὁ νόμος δέδωκε τῷ ἐραστῇ ἐξουσίαν θαυμαστὰ ἔργα ἐργαζομένῳ ἐπαινεῖσθαι,* i. e. *Θ. ἔργ. ἐργάζεσθαι, ὥστε ἐπαινεῖσθαι.* Nec abludit locus Reip. IV. p. 427. B. a Winckelmanno comparatus: *καὶ ὅσα τοῖς ἐκεῖ δεῖ ὑπηρετοῦντας ὕλεως αὐτοὺς ἔχειν.* Legg. I. p. 643. D. *οὗ ἀφικομένους αὐτοὺς δεῖ τέλος ἔχειν.*

P. 283. *ἄψοιντο τοῦ λόγου*] sermonem ingressuri essent, s. disputationem suscepturi, ut Xenoph. Symp. III. 2. v. ad Remp. II. p. 377. A. VI. p. 497. E. VII. p. 530. A.

B. *ἄνηρ κατῆρχε λόγον*] Aut *ὁ ἀνὴρ* aut admissa crasi *ἀνὴρ* scribendum esse docebunt quae ad Phaedrum pag. 196 sqq. de hac re disseruimus. Falluntur Astius et Win-

Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Σώκρατές τε καὶ ὑμεῖς οἱ ἄλλοι, ὅσοι φατὲ ἐπιθυμεῖν τόνδε τὸν νεανίσκον σοφὸν γενέσθαι, πότερον παίζετε ταῦτα λέγοντες ἢ ὡς ἀληθῶς ἐπιθυμεῖτε καὶ σπουδάζετε; Κἀγὼ διενοήθην, ὅτι ὠηθήτην ἄρα ἡμᾶς τὸ πρότερον παίζειν, ἡνίκα ἐκελεύομεν διαλεχθῆναι τῷ νεανίσκῳ αὐτώ, καὶ διὰ ταῦτα προεπαισάτην τε καὶ οὐκ ἐσπουδασάτην. C *ταῦτα οὖν διανοηθεὶς ἔτι μᾶλλον εἶπον, ὅτι θαυμαστῶς σπουδάζοιμεν. Καὶ ὁ Διονυσόδωρος, Σκόπει μήν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὅπως μὴ ἔξαρνος ἔσει ἃ νῦν λέγεις. Ἔσκεμμαι, ἦν δ' ἐγώ· οὐ γὰρ μή ποτ' ἔξαρνος γένωμαι. Τί οὖν; ἔφη· φατὲ βούλεσθαι αὐτὸν σοφὸν γενέσθαι; Πάνυ μὲν οὖν. Νῦν δέ, ἦ δ' ὅς, Κλεινίας πότερον σοφός ἐστιν ἢ οὔ; Οὔκουν*

διὰ ταῦτα προεπαισάτην] προεπαιξάτην Urbin, et supra versum Vindob. v. ad p. 278. C.

C. φατὲ βούλεσθαι αὐτὸν σοφ. γ.] V. *Τί οὖν, ἔφη, φάτε; βούλεσθε αὐτὸν σ. γ.* Sed *βούλεσθαι* praebent Bodl. Par. BC. Ang. Barb. Pal. Flor. a. b. c. o. et pr. Ven. Ξ. unde olim reposui. Bekkerus tenuit vulgatum.

ckelmannus *ἀνὴρ* fuentes. Centies enim crasis illa a scribis oblitterata est, quorum testimonium hac in re nihil valet. Verbum *κατάρχειν* cum accusativo coniunctum illustravit Matthiae Gr. §. 335. ann. Dissen. ad Pindar. p. 365.

B. *Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Σ. τ. καὶ ὑμεῖς*] Hoc *εἰπὲ* etiam ubi plures compellantur usurpari solere demonstrabunt quae ad Protagor. p. 311. D. adscripsimus. conf. Matthiae Gr. §. 312. 2. Ibidem nec contrariam rationem docuimus insuetatam esse. conf. Lachet. p. 186. E.

ὅτι ὠηθήτην ἄρα] Non temere *ἄρα* interpositum est. Collegit enim Socrates eos antea iudicio suo falsos esse, quum inanibus argutiis ideo delusissent adolescentem, quia non serio rem agi sibi persuasissent.

προεπαισάτην τε καὶ οὐκ ἐσπ.] De hoc usu vocularum *τε καὶ* v. ad Gorg. p. 460. D. Phaedr. p. 242. B.

C. *ἔξαρνος εἶ ἃ νῦν λέγεις*] V. ad Lysid. p. 205. A.

Τί οὖν; ἔφη· φατὲ βούλεσθαι —] Quid igitur? affirmatisne velle vos, ut sapiens evadat? Prave Winckelmannus distinxit: *τί οὖν, ἔφη, φατὲ βούλεσθαι; αὐτὸν σοφὸν γενέσθαι*; quod cum sententiae rationibus minus congruit. Apparet enim istud *φατὲ* praecedenti illi *ἔξαρνον εἶναι* opponi; huius autem verbi vis ista interpunctione recepta admodum minuitur ac veluti ob-

φησί γέ πω· ἔστι δὲ οὐκ ἀλαζών. Ὑμεῖς δέ, ἔφη, βούλεσθε γενέσθαι αὐτὸν σοφόν, ἀμαθῆ δὲ μὴ εἶ- D
ναι; Ὡμολογοῦμεν. Οὐκοῦν ὃς μὲν οὐκ ἔστι, βούλεσθε αὐτὸν γενέσθαι, ὃς δ' ἔστι νῦν, μηκέτι εἶναι. Καὶ ἐγὼ ἀκούσας ἐθορυβήθην. Ὁ δέ μου θορυβουμένου ὑπολαβών, Ἄλλο τι οὖν, ἔφη, ἐπεὶ βούλεσθε αὐτόν, ὃς νῦν ἐστί, μηκέτι εἶναι, βούλεσθε αὐτόν, ὡς ἔοικεν, ἀπολωλέναι; καίτοι πολλοῦ ἂν ἄξιοι οἱ τοιοῦτοι εἶεν φίλοι τε καὶ ἑταῖροι, οἵτινες τὰ παιδικὰ περὶ παντὸς ἂν ποιήσαιντο ἐξολωλέναι.

Cap. XII. Καὶ ὁ Κτήσιππος ἀκούσας ἠγανάκτησέ τε ὑπὲρ τῶν παιδικῶν καὶ εἶπεν· Ὦ ξένε Θούριε, E

ἔστι δὲ οὐκ ἀλ.] ἦν δ' ἐγὼ vulgo post ἔστι δὲ interpositum om. Bodl. Vat. Θr. Vind. unde cum Wiuckelmanno delevi.

D. Ὁ δέ μου θορυβουμένου] Correxit Heindorf. ἐμοῦ probante Bekkero.

E. ἠγανάκτησέ τε ὑπὲρ τῶν π.] Bodl. Vat. Θ. ἠγανάκτησέ τε καὶ ὑπὲρ τῶν π., quod redolet grammatici alicuius correctionem verbi ἀγανακτεῖν constructionem non concoquentis. v. ann.

scuratur. Exemplorum hoc in genere nihil valet enumeratio.

Οὔκουν φησί γέ πω] Saepenumero πω ita a negandi vocabulo remotum. Men. p. 72. D. οὔ μέντοι ὡς βούλομαί γε πω. Ibid. p. 83. E. οὐδ' ἄρα ἀπὸ τῆς τριποδός πω — γίγνεται. De Rep. IV. p. 434. D. μηδέν, ἦν δ' ἐγώ, πω πάνυ παγίως λέγωμεν. Phileb. p. 22. C. οὐκ ἀμφισβητῶ πω ὑπὲρ νοῦ. Aristoph. Rann. v. 682. οὔ τοι μὰ τὴν Δήμητρα δύναμαί πω μαθεῖν.

D. Οὐκοῦν ὃς μὲν οὐκ ἔστι] Callide ὃς dixit pro οἷος, in quo ipso vocabuli usu latet argumentationis fraus et fallacia. Phaedr. p. 243. D. ὥςπερ ἂν ἧς ὃς εἶ. ubi v. ann. coll. Matthiae Gr. §. 480. ann. 4.

Ὁ δέ μου θορυβουμένου ὑπολαβών] Ille vero dum adhuc perturbabar, statim subiiciens, Nonne, inquit, etc.

E. ἠγανάκτησέ τε ὑπὲρ τῶν π.] Charmid. p. 175. D. τὸ μὲν οὖν ἐμὸν καὶ ἧττον ἀγανακτῶ· ὑπὲρ δὲ σοῦ, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Χαρμίδη, πάνυ ἀγανακτῶ. Alcib. I. p. 119. C. ἀγανακτῶ ὑπέρ τε σοῦ καὶ τοῦ ἐμαυτοῦ ἔρωτος. Gorg. p. 457. D. τοὺς παρόντας ἀχθέσθαι ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν. Apol. Socr. p. 24. A. Μέλητος μὲν ὑπὲρ τῶν ποιητῶν ἀχθόμενος. quem locum fuit, qui dictionis insolentia deceptus in fraudis suspicionem vocaret. Eiusdem generis sunt illa Theaet. p. 190. E. αἰσχυνόμην γὰρ ἂν ὑπὲρ ὑμῶν. Criton. p. 45. E. καὶ ὑπὲρ ἡμῶν

εἰ μὴ ἀγροικότερον, ἔφη, ἦν εἰπεῖν, εἶπον ἄν, Σοὶ εἰς κεφαλήν, ὅ τι μαθὼν ἐμοῦ καὶ τῶν ἄλλων καταψεύδει τοιοῦτο πρᾶγμα, ὃ ἐγὼ οἶμαι οὐδ' ὅσιον εἶναι λέγειν, ὡς ἐγὼ τόνδε βουλοίμην ἂν ἐξολωλέναι. Τί δέ, ἔφη, ὦ Κτήσιππε, ὁ Εὐθύδημος, ἦ δοκεῖ σοι οἷόν τ' εἶναι ψεύδεσθαι; Νὴ Δία, ἔφη, εἰ μὴ μαίνομαί γε. Πότερον λέγοντα τὸ πρᾶγμα, περὶ οὗ ἂν
284 ὁ λόγος ᾖ, ἢ μὴ λέγοντα; Λέγοντα, ἔφη. Οὐκοῦν

ὅ τι μαθὼν ἐμοῦ] Libri μου, quod correxit Heindorfius. Nimirum librarii μου cum μαθὼν copularunt, eoque errore decepti posuerunt encliticum. Librorum scripturam tuendam censet Bernhardy Syntax. p. 275. quam ego quoque ferrem, si ordo verborum hic esset: ὅ τι μαθών μου καταψεύδει, καὶ τῶν ἄλλων.

τῶν σῶν ἐπιτηδείων αἰσχύνομαι. Infra p. 305. A. πάνυ ἂν σε οἶμαι αἰσχυνθῆναι ὑπὲρ τοῦ σεαυτοῦ ἑταίρου.

εἰ μὴ ἀγροικότερον — ἦν εἰπεῖν] V. ad Apol. Socr. p. 32. D. De formula σοὶ εἰς κεφαλήν, in caput tuum, scilicet: recidat istud tuum ἐξολωλέναι, v. Kuster. ad Aristoph. Plut. v. 525. 659. et schol. ad Pac. v. 1063. quos iam Routhius laudavit. Dein ὅ τι μαθὼν etsi parum apte cohaerere videtur cum praecedentibus, tamen non putamus opus esse verbi alicuius supplemento. Alacrius enim sensus expromens suos hoc modo loquitur: ni agrestius esset, malum capiti tuo imprecarer, quod tibi in mentem venerit, tale quid de me atque ceteris mentiri, quod dictum est pro propterea, quod tibi in mentem venit. Neque enim ὅ τι interrogative, sed relative accipiendum existimo. Compares quaeso Homer. Odyss. α. v. 382 Τηλέμαχον θαυμάζον ὃ θαρσαλέως ἀγόρευεν. Ibid. v. 389 τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα· Ἄντινο', ἔπερ μοι καὶ ἀγάσσεαι ὅ τι κεν εἴπω. Eadem ratio est locorum, quos cum hoc nostro contendit Heindorfius, Apolog. Socr. p. 36. B. τί ἄξιός εἰμι παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι, ὅ τι μαθὼν ἐν τῷ βίῳ οὐχ ἡσυχίαν ἦγον; Infra p. 299. A. πολὺ δικαιότερον τὸν ὑμέτερον πατέρα τύπτοιμι, ὅ τι μαθὼν σοφοὺς υἱεῖς οὕτω ἔφυσεν. Quod autem dubitarunt viri docti, μαθὼν istud essetne ubique in παθὼν commutandum, siquidem nusquam reperitur huiuscemodi exemplum: τί ἔμαθες, ὥστε τοῦτο ποιῆσαι; eo quidem argumento me fateor parum commoveri. Quum enim creberrima sit respondendi formula ἔμαθον et οὐκ ἔμαθον, ac μαθὲ, ut Politic. p. 306. A. De Rep. I. p. 339. A. III. p. 413. B. IV. p. 429. C. p. 438. B. E. VI. p. 510. B. C. Sophist. p. 262. A. p. 228. A. p. 260. B. Theaet. p. 192. E. facile per usum loquendi potuit fieri, ut ad analogiam dictionis τί παθὼν, effingeretur istud τί μαθών; quod alteri illi quodammodo ex altera parte responderet. Quemadmodum enim τί παθὼν ad sensum et animi affectionem refertur, ita τί μαθὼν pertinet ad mentem atque

εἴπερ λέγει αὐτό, οὐκ ἄλλο λέγει τῶν ὄντων ἢ ἐκεῖνο, ὅπερ λέγει. Πῶς γὰρ ἄν; ἔφη ὁ Κτήσιππος. Ἓν μὴν κἀκεῖνό γ' ἐστὶ τῶν ὄντων, ὃ λέγει, χωρὶς τῶν ἄλλων. Πάνυ γε. Οὐκοῦν ὁ ἐκεῖνο λέγων τὸ ὄν, ἔφη, λέγει; Ναί. Ἀλλὰ μὴν ὅ γε τὸ ὂν λέγων καὶ τὰ ὄντα τἀληθῆ λέγει· ὥστε ὁ Διονυσόδωρος, εἴπερ λέγει τὰ ὄντα, λέγει τἀληθῆ καὶ οὐδὲν κατὰ σοῦ ψεύδεται. Ναί, ἔφη· ἀλλ' ὁ ταῦτα λέγων, ἔφη

οἷόν τ' εἶναι ψεύδεσθαι] *οἷός τ' εἶναι* Bodl. Vat. *Θ.*

P. 284. *Πῶς γὰρ ἄν;*] Sic Bodl. Vat. *Θr.* Urb. Vind. Scribebatur ante Winckelm. *Πῶς γὰρ ἂν ἄλλως;*

τὸ ὄν, ἔφη, λέγει;] Sic Bodl. Cqisl. Vat. *Θ.* Ven. *ΞΣ.* Par. B. Pal. Urb. Flor. o. Vett. editt. *λέγειν.*

voluntatem, ut utrique formulae suus atque proprius usus constet. Nam *τί παθὼν τοῦτ' ἔπραξας*; est: quid tibi accidit, ut istud feceris: *τί μαθὼν τοῦτ' ἔπραξας*; autem quid animum tuum induxisti, s. quid tibi in mentem venit, ut hoc feceris, quemadmodum Galli dicunt: Qui vous a appris a faire cela? Acute de his exposuit Hermannus ad Viger. p. 759 sq. et Praefat. ad Aristoph. Nubb. p. XLVI sqq. qui tamen *τί μαθὼν* ubique in *τί παθὼν* mutandum censet.

ἢ δοκεῖ σοι οἷόν τ' εἶναι ψεύδεσθαι] „Celebris est ista sophistarum cavillatio, qui asserebant fieri non posse, ut quis *τὸ μὴ ὄν* dicat, ideoque nec falsa loquatur. Protagoras atque hominibus illo antiquioribus eam tribuit Plato infra, sicut Parmenidi in Sophista p. 237. ubi de eadem fuse disserit. In his interim captiunculis latet, nisi fallor, fallacia amphiboliae. Scilicet is, qui loquitur, de re aliqua loquitur, nec nisi improprie dicitur rem loqui. Verba igitur, quae loquens facit, omnino existunt, et vere sunt; sed nisi res existant, et eundem ad modum, quo verba prae se ferunt, ea non sunt vera. Certe quidem secundum philosophum in Cratylo p. 385. B. *ὃς ἂν τὰ ὄντα λέγῃ ὡς ἔστιν, ἀληθὴς· ὃς δ' ἂν ὡς οὐκ ἔστι, ψευδής.*" Routh.

P. 284. *Οὐκοῦν εἴπερ λέγει*] Tertiam personam ponit propterea, quod notio pronominis infiniti *τις* inest in praecedentibus illis, *ἢ δοκεῖ σοι οἷόν τ' εἶναι ψεύδεσθαι*; Multa id genus exempla coegi ad Apol. Socr. p. 29. A. Criton. p. 49. D. Charmid. p. 167. B. De Rep. VI. p. 506. C. Lysid. p. 212. B. al. Mox ad *Πῶς γὰρ ἄν*; intell. *ἄλλο λέγοι.* Nam ita tantum *πῶς γὰρ* affirmandi vim habere solet, si tale quid ex antecedentibus intelligi potest.

Ἓν μὴν κἀκεῖνό γ' ἐστὶ τῶν ὄντων — ἄλλων] H. e. seiunctum ac diversum a reliquis.

ἀλλ' ὁ ταῦτα λέγων — οὐ τὰ ὄντα λέγει] Haec a nullo dum interprete recte explicata sunt. Statuunt enim ea ad Dionysodorum referri oportere, quum ad ipsum Euthydemum pertineant. Nam *ὁ ταῦτα λέγων*

B ὁ Κτήσιππος, ὦ Εὐθύδημε, οὐ τὰ ὄντα λέγει. Καὶ ὁ Εὐθύδημος, Τὰ δὲ μὴ ὄντα, ἔφη, ἄλλο τι ἢ οὐκ ἔστιν; Οὐκ ἔστιν. Ἄλλο τι οὖν οὐδαμοῦ τά γε μὴ ὄντα ὄντα ἐστίν; Οὐδαμοῦ. Ἔστιν οὖν ὅπως περὶ ταῦτα τὰ μὴ ὄντα πράξειεν ἄν τίς τι, ὥστ' ἐκεῖνά γε Κλεινίᾳ ποιήσειεν ἂν καὶ ὁστιῳοῦν, τὰ μηδαμοῦ ὄντα; Οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ, ἔφη ὁ Κτήσιππος. Τί οὖν; οἱ ῥήτορες ὅταν λέγωσιν ἐν τῷ δήμῳ, οὐδὲν πράττουσι; Πράττουσι μὲν οὖν, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν C εἴπερ πράττουσι, καὶ ποιοῦσι; Ναί. Τὸ λέγειν ἄρα πράττειν τε καὶ ποιεῖν ἐστίν; Ὡμολόγησεν. Οὐκ ἄρα τά γε μὴ ὄντ', ἔφη, λέγει οὐδείς. ποιοῖ γὰρ ἂν ἤδη τι, σὺ δὲ ὡμολόγηκας τὸ μὴ ὂν μὴ οἷόν τ' εἶναι μηδὲ ποιεῖν· ὥστε κατὰ τὸν σὸν λόγον οὐδεὶς ψευδῆ λέγει, ἀλλ' εἴπερ λέγει Διονυσόδωρος, τἀληθῆ τε καὶ τὰ ὄντα λέγει. Νὴ Δία, ἔφη ὁ Κτήσιππος, ὦ Εὐθύδημε· ἀλλὰ τὰ ὄντα μὲν

B. Ἔστιν οὖν ὅπως περὶ τ.] οὖν abest a Bodl. Vat. Θ.

ὥστ' ἐκεῖνά γε Κλεινίᾳ ποιήσειεν ἄν] Vulgo legebatur: ὥστ' ἐκεῖνα ποιήσειεν ἄν. Bodl. Vat. Par. BCE. Ven. Ξ. Barb. Vind. Flor. a. b. ὥς γε Κλεινίᾳ π. Nos e Ven. Σ. Ang. Palat. Flor. c. o. reponendum iudicavimus ὥστ' ἐκεῖνά γε Κλεινίᾳ. In Coisl. est: ὥστε ἐκεῖνα Κλεινίᾳ. Urb. habet ὥστ' ἐκεῖνα πενίᾳ.

C. Τὸ λέγειν ἄρα πράττειν] Sic Bodl. Coisl. Ven. ΞΣ. Par. C. Ang. Barb. Pal. Urb. Vat. r. Vind. Flor. a. c. o. Legeba-

dictum est pro σύ, ut sensus hic sit: Is qui iam contendit Dionysodorum nihil de me mentiri non quod res est dicit. Itaque apparet Heindorfius quo iure in his articulum delendum iudicaverit.

B. ὥστ' ἐκεῖνά γε Κλεινίᾳ ποιήσειεν ἄν καὶ ὁστιῳοῦν, τὰ μηδαμοῦ ὄντα] Fierine potest, ut quis circa τὰ μὴ ὄντα aliquid agat, ita ut, quicunque demum sit, illa, quae nusquam sunt, Cliniae faciat? Dativum Κλεινίᾳ ex codd. restituimus. Idem fecit Winckelmannus, qui tamen ἐκεῖνα cum Bodl. Vat. aliis, eiecit. Quod nos ideo noluimus facere, quia ἐκεῖνα eiectum videtur ab iis, qui non animadvertissent τὰ μηδαμοῦ ὄντα pronomini per epexegesin adiici: quae tamen appositio hic longe elegantissima est. Exempla eiusdem generis ad Hipp. mai. p. 285. B. indicavimus. Ceterum post ὁστιῳοῦν commate interpungendum iudicavi.

C. εἴπερ πράττουσι, καὶ ποιοῦσιν] V. Charmid. p. 163.

τρόπον τινὰ λέγει, οὐ μέντοι ὥς γε ἔχει. Πῶς λέγεις, ἔφη ὁ Διονυσόδωρος, ὦ Κτήσιππε; εἰσὶ γάρ τινες, οἳ λέγουσι τὰ πράγματα ὡς ἔχει; Εἰσὶ μέντοι, D ἔφη, οἱ καλοί τε κἀγαθοὶ καὶ οἱ ταληθῆ λέγοντες. Τί οὖν; ἦ δ' ὅς· τἀγαθὰ οὐκ εὖ, ἔφη, ἔχει, τὰ δὲ κακὰ κακῶς; Συνεχώρει. Τοὺς δὲ καλούς τε κἀγαθοὺς ὁμολογεῖς λέγειν ὡς ἔχει τὰ πράγματα; Ὁμολογῶ. Κακῶς ἄρα, ἔφη, λέγουσιν, ὦ Κτήσιππε, οἱ ἀγαθοὶ τὰ κακά, εἴπερ ὡς ἔχει λέγουσι. Ναὶ μὰ Δία, ἦ δ' ὅς, σφόδρα γε, τοὺς γοῦν κακοὺς ἀνθρώπους· ὧν σύ, ἐάν μοι πείθῃ, εὐλαβήσει εἶναι, ἵνα μή σε οἱ ἀγαθοὶ κακῶς λέγωσιν, ὡς εὖ ἴσθ' ὅτι E κακῶς λέγουσιν οἱ ἀγαθοὶ τοὺς κακούς. Ἦ καὶ τοὺς μεγάλους, ἔφη ὁ Εὐθύδημος, μεγάλως λέγουσι καὶ τοὺς θερμοὺς θερμῶς; Μάλιστα δήπου, ἔφη ὁ Κτήσιππος· τοὺς γοῦν ψυχροὺς ψυχρῶς λέγουσί τε καὶ φασὶ διαλέγεσθαι. Σὺ μέν, ἔφη ὁ Διονυσόδω-

tur olim λέγειν τ' ἄρα πράττειν τε καὶ π,

ὡμολόγηκας τὸ μὴ ὄν] τὸ μὴ ὂν Bodl. Vat. Θr. Vind. Vulgo τὰ μὴ ὄντα, Dein pro μηδένα ποιεῖν Bodl. Vat. Θ. μὴ δὲ ποιεῖν, unde dedi μηδὲ ποιεῖν. Idem mox λόγον omittunt, cuius ellipsis alterum exemplum novimus nullum.

E. ὡς εὖ ἴσθ' ὅτι κακῶς] V. οἶσθ', quod e Bodl. Coisl. Vat. Θ. Ven. Ξ. Par. BC. Ang. Barb. Pal, Urbin, Vind. Flor. c. o. correctum.

A, ibique ann. Ad proximam apte Routhius confert Cratyl. p. 387. C. ἀρ' οὖν οὐ καὶ τὸ λέγειν μία τίς ἐστι τῶν πράξεων;

ποιοῖ γὰρ ἂν ἤδη τι] quod non conveniret cum natura τῶν μὴ ὄντων, Heindorfius tamen τι delendum censet, ut intelligatur τὰ μὴ ὄντα, aut corrigendum ποιοῖ γὰρ ἂν ἤδη αὐτά. Sed nulla opus est verborum mutatione. — μηδὲ ποιεῖν, ne facere quidem.

D. οἱ καλοί τε κἀγαθοὶ καὶ οἱ τ. λ.] Tangit sophistas, ut qui mendacia protulerint.

κακῶς ἄρα λέγουσιν — κακοὺς ἀνθρ.] Notabis dictionis ambiguitatem, quae primum valet prave dicere, deinde maledicere alicui. — ὧν — εὐλαβήσει εἶναι, in quorum numero ne sis cavebis.

E. τοὺς γοῦν ψυχροὺς ψυχρῶς λ. δ.] Aculeus est in frigidum putidumque sophistarum acumen. Usum vocabuli praeter Heindorfium ad h. l. explanavit Ernesti Lexic. Techn. Gr. p. 388 sq.

ρος, λοιδορεῖ, ὦ Κτήσιππε, λοιδορεῖ. Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε, ἦ δ' ὅς, ὦ Διονυσόδωρε, ἐπεὶ φιλῶ σε, ἀλλὰ νουθετῶ σ' ὡς ἑταῖρον, καὶ πειρῶμαι πείθειν μηδέποτε ἐναντίον ἐμοῦ οὕτως ἀγροίκως λέγειν, ὅτι ἐγὼ
285 τούτους βούλομαι ἐξολωλέναι, οὓς περὶ πλείστου ποιοῦμαι.

Cap. XIII. Ἐγὼ οὖν, ἐπειδή μοι ἐδόκουν ἀγριωτέρως πρὸς ἀλλήλους ἔχειν, προσέπαιζόν τε τὸν Κτήσιππον καὶ εἶπον, ὅτι Ὦ Κτήσιππε, ἐμοὶ μὲν δοκεῖ χρῆναι ἡμᾶς παρὰ τῶν ξένων δέχεσθαι ἃ λέγουσιν, ἐὰν ἐθέλωσι διδόναι, καὶ μὴ ὀνόματι διαφέρεσθαι. εἰ γὰρ ἐπίστανται οὕτως ἐξολλύναι ἀνθρώπους, ὥστ' ἐκ πονηρῶν τε καὶ ἀφρόνων χρηστούς τε καὶ ἔμφρονας ποιεῖν, καὶ τοῦτο εἴτε αὐτὼ εὑρήκα-
B τον εἴτε καὶ παρ' ἄλλου του ἐμαθέτην φθόρον τινὰ

λοιδορεῖ, ὦ Κτ., λοιδορεῖ] V. bis λοιδόρει, quod correxit Heindorfius. λοιδορεῖ unus Vindob. habet.

P. 285. ἐδόκουν ἀγριωτέρως] Sic Bodl. Coisl. Ven. ΞΣ. Par. C. Ang. Barb. Pal. Urb. Flor. a. b. c. o. cum Bas. 2. In Ald. est ἀγροιωτέρως, quod habet Vat. Θ. Hinc Steph. effinxit ἀγροικοτέρως.

προσέπαιζόν τε τὸν Κτήσιππον] Sic Bodl. Vat. Θr. Vind. Vett. editt. τῷ Κτησίππῳ. v. ad Phaedr. p. 265. C. Menex.

λοιδορεῖ — λοιδορεῖ] V. Phaedr. p. 242. D. et p. 236. D. ubi similem habes verborum conduplicationem, cuius exempla omnino non ita rara sunt.

P. 285. ἀγριωτέρως πρὸς ἀλλήλους ἔχειν] H. e. acrius et vehementius. v. ad Phaedr. p. 268. E.

προσέπαιζόν τε τὸν Κτήσιππον] Supra p. 278. B. διὸ καί φημι ἐγὼ σοι τούτους προσπαίζειν. P. 283. B. καὶ διὰ ταῦτα προσεπαισάτην τε καὶ οὐκ ἐσπουδασάτην. Phaedr. p. 262. D. ὡς ἂν ὁ εἰδὼς τὸ ἀληθὲς προσπαίζων ἐν λόγοις παράγοι τοὺς ἀκούοντας. Ibid. p. 265. C. προσεπαίσαμεν — τὸν ἐμόν τε καὶ σὸν δεσπότην Ἔρωτα. Amator. p. 135. A. προσπαίζων αὐτοὺς ἠρόμην. Menex. p. 245. C. ἀεὶ σὺ προσπαίζεις τοὺς ῥήτορας. Legg. VI. p. 777. E. μὴ προσπαίζοντες μηδαμῇ μηδαμῶς οἰκέταις.

δέχεσθαι ἃ λέγουσιν, ἐὰν ἐθέλωσι διδόναι] Recte Heindorfius censuit respici proverbium δέχεσθαι τὸ διδόμενον, de quo v. ad Phileb. p. 11. B. Gorg. p. 499. C. Alcib. II. p. 141. C. Cicero Epist. Fam. I. 1. §. 6. Quod dat, accipimus. Idem vir doctus pro ὀνόματι e Ficino ἀνόμασι legendum coniectat, nisi singularem numerum ad unum illud ἐξολλύναι referre volueris.

B. εἰ τοῦτο ἐπίστασθον] Animadvertas numerum dualem in hac epanalepsi positum, licet praecedat εἰ γὰρ ἐπίστανται.

καὶ ὅλεθρον τοιοῦτον, ὥστε ἀπολέσαντες πονηρὸν ὄντα χρηστὸν πάλιν ἀποφῆναι, — εἰ τοῦτο ἐπίστασθον (δῆλον δέ, ὅτι ἐπίστασθον· ἐφάτην γοῦν τὴν τέχνην σφῶν εἶναι τὴν νεωστὶ εὑρημένην ἀγαθοὺς ποιεῖν τοὺς ἀνθρώπους ἐκ πονηρῶν) συγχωρήσωμεν οὖν αὐτοῖν αὐτό· ἀπολεσάντων ἡμῖν τὸ μειράκιον καὶ φρόνιμον ποιησάντων, καὶ ἅπαντάς γε ἡμᾶς τοὺς ἄλλους. εἰ δὲ ὑμεῖς οἱ νέοι φοβεῖσθε, ὥσπερ ἐν Καρὶ ἐν ἐμοὶ C ἔστω ὁ κίνδυνος· ὡς ἐγὼ, ἐπειδὴ καὶ πρεσβύτης εἰμί, παρακινδυνεύειν ἕτοιμος καὶ παραδίδωμι ἐμαυτὸν Διονυσοδώρῳ τούτῳ ὥσπερ τῇ Μηδείᾳ τῇ Κόλχῳ· ἀπολλύτω με, καὶ εἰ μὲν βούλεται, ἑψέτω, εἰ δ', ὅ τι βούλεται, τοῦτο ποιείτω· μόνον χρηστὸν ἀποφηνάτω. Καὶ ὁ Κτήσιππος, Ἐγὼ μέν, ἔφη, καὶ αὐτός, ὦ Σώκρατες, ἕτοιμός εἰμι παρέχειν ἐμαυτὸν

p. 233. C. ubi huius verbi structuram illustravimus.

ἐθέλωσι διδόναι] Hoc nunc cum Winckelm. restitui e Bodl. Coisl. Vat. *Θr.* Vind. Par. BC. Barb. Legebatur *μεταδιδόναι*, quod Par. BC. Barb. in margine adscriptum habent.

B. *οἱ νέοι φοβεῖσθε*] *φοβεῖσθαι* Bodl. Dein Bodl. Vat. *Θ. ἐν ἀκαρῖ.*

C. *τῇ Μηδείᾳ τῇ Κόλχῳ*] *Κόλχων* Vat. r. quod Stephanus frustra requirebat.

συγχωρήσωμεν οὖν] Hoc *οὖν* post parenthesin frequentatum ad Protagor. p. 327. B. 341. B. Sympos. p. 201. D. Lysid. p. 223. B. attigimus.

C. *ὥσπερ ἐν Καρὶ ἐν ἐμοὶ*] tanquam in homine vili. v. Lachet. p. 187. B.

ἕτοιμος] sc. *εἰμί*. v. ad Lachet. p. 180. A.

ὥσπερ τῇ Μηδείᾳ τῇ Κόλχῳ] „Utrum *Κόλχων*?“ *Steph.* — At *Κόλχος* nomen gentile est, ut apud Horatium legitur Art. Poët. v. 118 Colchus an Assyrius; et Od. II. 13, 8 venena Colcha. Routh. Optime de hoc genere loquendi nuper disseruit Hermann. ad Eurip. Iphigen. Taur. v. 334. Ceterum recte Schol. ad h. l. *Αὕτη γὰρ συνεβούλευσεν ἀπὸ Κόλχων μετὰ Ἰάσονος εἰς Ἰωλκὸν ἐλθοῦσα ταῖς Πελίου θυγατράσιν, ἵνα, εἰ τοῦτον βούλοιντο νέον γενέσθαι, ἑψηθῇ. v. Palaephat. Incred. Hist. 44. ibique Fischerum, et interpp. ad Ovid. Met. VII. v. 285 sqq.

εἰ δ' ὅ τι βούλεται] Post *εἰ δὲ* rursus intelligas *βούλεται*, quam in rem Routhius apte comparavit Sympos. p. 212. C. Alcibiad. I. p. 114. B. Addimus Cratyl. p. 407. D. Legg. II. p. 688. B. De Rep. I. p. 351. C. IV. p. 432. A. conf. Matth. Gr. p. 1248. Dein *μόνον* ut Lat. modo cum imperativo iunctum, de quo usu v. Charmid. p. 155. B. *μόνον ἐλθέτω*. Phaedr. p. 264. D. *μόνον δήλωσον*. Phaed.

τοῖς ξένοις, καὶ ἐὰν βούλωνται δέρειν ἔτι μᾶλλον ἢ
D νῦν δέρουσιν, εἴ μοι ἡ δορὰ μὴ εἰς ἀσκὸν τελευτήσει ὥσπερ ἡ τοῦ Μαρσύου; ἀλλ' εἰς ἀρετήν. καίτοι με οἴεται Διονυσόδωρος οὑτοσὶ χαλεπαίνειν αὐτῷ· ἐγὼ δὲ οὐ χαλεπαίνω, ἀλλ' ἀντιλέγω πρὸς ταῦτα ἃ μοι δοκεῖ πρός με μὴ καλῶς λέγειν. ἀλλὰ σὺ τὸ ἀντιλέγειν, ἔφη, ὦ γενναῖε Διονυσόδωρε, μὴ κάλει λοιδορεῖσθαι· ἕτερον γάρ τί ἐστι τὸ λοιδορεῖ-

βούλωνται δέρειν] δειρεῖν Vat. Θ. δέρρειν Urb. δαίρειν et δαίρουσι Bas. 2. δερρῦσιν Bodl. Vat.

D. *σὺ τὸ ἀντιλέγειν*] τῷ Bodl. Par. BCE. Pal. et pr. Coisl. Dein *γενναῖε* e Bodl. Vat. Θr. Vind. additum olim deerat.

ἕτερον γάρ τι] V. τοι, refragantibus libris Bodl. Vat. Θ. Ven. Σ. Par. BC. Barb. Pal. Urb. Tum ὁ ante *Διονυσόδωρος* om. Bodl. Vat. Θ.

p. 63. E. *μόνον τὰ ἑαυτοῦ παρασκευαζέτω*. Alia dabit Boissonad. ad Eurip. Orest. v. 770.

βούλωνται δέρειν] „Suidas: δαίρω, τὸ τύπτω· δέρω δὲ τὸ ἐκδέρω. Quod discrimen vereor ne sit grammaticorum inventum. Certe ἀσκὸν δαίρειν metri causa ex codicibus restituit Brunckius Arist. Nubb. v. 442. quem locum opportune huc attulit Routhius: νῦν οὖν χρήσθων ὅ τι βούλονται· Τουτὶ τό γ' ἐμὸν σῶμ' αὐτοῖσι Παρέχω τύπτειν, πεινῆν, διψῆν, αὐχμεῖν, ῥιγῶν, ἀσκὸν δαίρειν. Atque ita Avv. v. 364. ἕλκε, τίλλε, παῖε, δαῖρε, κόπτε πρώϊην τὴν χύτραν. Proverbiale autem loquendi genus fuisse ἀσκὸν δέρεσθαι de cruciatu acerbissimo, intelligitur etiam ex notis illis Solonis versibus apud Plutarch. Solon. p. 86. B. ἤθελον γάρ κεν κρατήσας πλοῦτον ἄφθονον λαβὼν καὶ τυραννήσας Ἀθηνῶν μοῦνον ἡμέραν μίαν Ἀσκὸς ὕστερον δεδάρθαι κἀπιτετρίφθαι γένος. Heindorf. Marsyae mors in vulgus nota. Qui quum ab Apolline certamine musico victus esset, corio exutus et arbori affixus est. Herodotus VII. 26. narrat Marsyae ἀσκόν, h. e. pellem in utrem formatam, adhuc sua aetate Celaenis, urbe Phrygiae, suspensum fuisse; ad quem locum v. intpp. — *δορὰν excoriationem* dicit.

D. *τὸ ἀντιλέγειν — μὴ κάλει λοιδορεῖσθαι*] V. Matthiae. Gr. §. 420. ann. 2. b. Noli τῷ ἀντιλέγειν corrigere. Nam ita certo τὸ ante λοιδορεῖσθαι inserendum esset.

Ὡς ὄντος, ἔφη, τοῦ ἀντιλ.] H. e. quasi contradictio locum habeat.

E. *Οὔκουν σύ γ' ἂν ἔφη, — ἑτέρου ἑτέρῳ*] Verum vidisse puto Heindorfium haec sic explicantem: tu vero non demonstrabis unquam te quenquam audivisse alteri contradicentem. Nam ἀποδείξαι cum participio coniunctum nihil habet insolentiae. v. Matthiae Gr. §. 549. 5. Nec ipsum verbum per se spectatum ab hac sententia alie-

σθαι. Cap. XIV. Καὶ ὁ Διονυσόδωρος, Ὡς ὄντος, ἔφη, τοῦ ἀντιλέγειν, ὦ Κτήσιππε, ποιεῖ τοὺς λόγους; Πάντως δήπου, ἔφη, καὶ σφόδρα γε. ἢ σύ, ὦ Διο- E
νυσόδωρε, οὐκ οἴει εἶναι ἀντιλέγειν; Οὔκουν σύ γ' ἄν, ἔφη, ἀποδείξαις πώποτε ἀκούσας οὐδενὸς ἀντιλέγοντος ἑτέρου ἑτέρῳ. Ἀληθῆ λέγεις, ἔφη, ἀλλὰ ἀκούωμεν νῦν, εἴ σοι ἀποδείκνυμι, ἀντιλέγοντος Κτη-

E. καὶ σφόδρα γε] γε om. vett. editt. cum Par. E.

Οὔκουν σύ γ' ἄν] Sic Bodl. pro vulg. Οὐκοῦν. Pro γ', quod praebuit Coisl., olim τ' scribebatur. v. ad Phaedrum p. 258. C. Winckelmannus τἂν retinuit.

ἀλλὰ ἀκούωμεν νῦν] ἀκούσωμεν Ven. Σ. ἀκούσομεν Vat. r. ἀκούω μὲν Bodl. probante Winckelmanno. Mox Heindorf. Πάνυ γ', ἔφη, mavult. Idem in proximis legendum censet: εἰσὶν ἑκάστου s. ἑκάστων τῶν λόγων.

num est, id quod Winckelmannus opinabatur. Quidni enim demonstratio locum habeat, ubi quis alteri ostendere vult audivisse se aliquos revera inter se contradicentes, h. e. vere sibi contradixisse, quos audiverit? Haec enim verborum sententia est. Qua audita Ctesippus, ut est adolescens paullo dicacior, Recte, inquit, dicis; sed audiamus nunc, an tibi demonstrem alterum contra alterum posse dicere; dum Ctesippus contra Dionysodorum dicit. Enimvero post εἴ σοι ἀποδείκνυμι ex praecedenti illo οὐδενὸς ἀντιλέγοντος ἑτέρου ἑτέρῳ facili negotio suppletur: τινὰ ἀντιλέγειν ἕτερον ἑτέρῳ, sicuti alibi quoque ex praegressa negatione vel negante sententia affirmatio intelligenda est. Illud igitur facete Ctesippus largitur Dionysodoro, non posse demonstrari se olim audisse qui inter se oblocuti sint, sed nunc audiendum censet, num ipse sophistae adversetur. Itaque ἀλλ' ἀκούωμεν νῦν eleganter respondet praecedenti ἀκούσας, ac nihili faciendum, quod a Bodl. suppeditatum Winckelmannus recepit, ἀκούω μέν. Videlicet is totum locum sic interpretatus est: non tu profecto hoc demonstrabis (sc. esse τὸ ἀντιλέγειν), si neminem unquam audiveris alteri contradicentem. Ct. Vera dicis; at nunc quidem audio Ctesippum contradicentem Dionysodoro. At vero ita primum πώποτε importuno loco collocatum est, quem ordinem verborum frustra defendas loco Isocrat. Panegyr. §. 4. etiamsi codicis Urb. et Ambros. scripturam comprobaveris: deinde pro ἀλλ' ἀκούω μὲν νῦν procul dubio dicendum fuit: ἀλλὰ νῦν μὲν ἀκούω. Nisi forte Ctesippum putaveris hoc significare, at audio *quidem* Ctesippum Dionysodoro contradicentem, nec tamen certo scio, num alter alteri revera obloquatur. Quae perabsurda foret sententia.

σίππου Διονυσοδώρῳ. Ἦ καὶ ὑπόσχοις ἂν τούτου λόγον; Πάνυ, ἔφη. Τί οὖν; ἦ δ' ὅς· εἰσὶν ἑκάστῳ τῶν ὄντων λόγοι; Πάνυ γε. Οὐκοῦν ὡς ἔστιν ἕκαστον ἢ ὡς οὐκ ἔστιν; Ὡς ἔστιν. Εἰ γὰρ μέμνησαι,
286 ἔφη, ὦ Κτήσιππε, καὶ ἄρτι ἐπεδείξαμεν μηδένα λέγοντα ὡς οὐκ ἔστι· τὸ γὰρ μὴ ὂν οὐδεὶς ἐφάνη λέγων. Τί οὖν δὴ τοῦτο; ἦ δ' ὃς ὁ Κτήσιππος· ἧττόν τι ἀντιλέγομεν ἐγώ τε καὶ σύ; Πότερον οὖν, ἦ δ' ὅς, ἀντιλέγομεν ἂν τοῦ αὐτοῦ πράγματος λόγον ἀμφότεροι λέγοντες, ἢ οὕτω μὲν ἂν δήπου ταὐτὰ λέγοιμεν; Συνεχώρει. Ἀλλ' ὅταν μηδέτερος, ἔφη,

P. 286. τοῦ αὐτοῦ πράγματος λόγον] Heindorf. coni. τὸν τοῦ αὐτοῦ πρ. quod recepit Winckelmann.

ἀμφότεροι λέγοντες] Vat. r. Vind. ἀμφότεροι λέγοντες, uti legendum coniecit Heindorf. Ceteri libri et scripti et typis expressi γνόντες.

B. τοῦ πράγματος οὐδέτερος] τοῦ πράγματος om. Ven. Ξ. Par. BCE. Angel. Barb. Pal. Flor. a. b. c. o. Tum Vind.

Ἦ καὶ ὑπόσχοις ἂν τούτου λόγον;] Haec Dionysodori esse primus vidit Routhius. Etenim Ctesippus posteaquam significavit semetipsum contra disputando ostensurum fieri posse, ut quis alteri adversetur, Dionysodorus continuo interrogat: Num etiam fieri poterit, ut mihi huius rei rationem reddas? Neque enim recte Winckelmannus cum aliis haec sic explicat: vin' tu quaerenti de hac re mihi respondere? v. ad Gorg. p. 465. A. τούτων δὲ περὶ ἐθέλω ὑποσχεῖν λόγον. Protagor. p. 338. D. πάλιν οὗτος ἐμοὶ λόγον ὑποσχέτω ὁμοίως.

εἰσὶν ἑκάστῳ τῶν ὄντων λόγοι;] Hanc lectionem recte defendit Bernhardy Synt. p. 90. Heindorfius enim ἑκάστου aut ἑκάστων scribendum censebat, quod nec Winckelmanno placuit. Sensus est: Licetne de omnibus rebus verba facere?

Οὐκοῦν ὡς ἔστιν —] Argumentatur hunc in modum: Loquimur de rebus proinde ut ipsae sunt comparatae. Iam vero de re quapiam inter nos disserentes aut ambo novimus quid de ea dicendum sit, atque tum nulla locum habet sententiarum discrepantia, aut eam non cognovimus ideoque plane ignoramus; aut ego quidem dico quod de ea iudicari oportet, tu autem quod de alia quapiam statui debet, in medium affers; ac ne sic quidem ulla iudicii diversitas animadverti poterit, siquidem ita non de una eademque re loquimur. Vides quid sit quod fraudem et fallaciam huius conclusionis effecerit. Sumit enim sophista nos semper vere recteque de rebus iudicare, ideoque fieri non posse, ut unquam de iis dissentiamus.

τὸν τοῦ πράγματος λόγον λέγῃ, τότε ἀντιλέγοιμεν ἄν; ἢ οὕτω γε τὸ παράπαν οὐδ' ἂν μεμνημένος εἴη B
τοῦ πράγματος οὐδέτερος ἡμῶν; Καὶ τοῦτο συνωμολόγει. Ἀλλ' ἆρα, ἔφη, ὅταν ἐγὼ μὲν τὸν τοῦ πράγματος λόγον λέγω, σὺ δὲ ἄλλου τινός, ἆρα τότε ἀντιλέγομεν; ἢ ἐγὼ λέγω μὲν τὸ πρᾶγμα, σὺ δὲ οὐδὲ λέγεις τὸ παράπαν; ὁ δὲ μὴ λέγων τῷ λέγοντι πῶς ἀντιλέγοι; Cap. XV. Καὶ ὁ μὲν Κτήσιππος ἐσίγησεν· ἐγὼ δὲ θαυμάσας τὸν λόγον, Πῶς, ἔφην, ὦ C
Διογυσόδωρε, λέγεις; οὐ γάρ τοι ἀλλὰ τοῦτόν γε τὸν λόγον πολλῶν δὴ καὶ πολλάκις ἀκηκοὼς ἀεὶ θαυμά-

ἀλλ' ἆρα, quod recepit Winckelm. In Bodl. Urb. Vat. f. ἔφη omittunt, quod Coisl. post μὲν collocat.

ἆρα τότε ἀντιλέγομεν] Pro ἆρα Vat. Θ. Bodl. ἄλλον.

πῶς ἀντιλέγοι;] Solus Par. E. cum Steph. habet πῶς ἂν ἀντιλέγοι; Ego ἂν etiam a Bekkero et Winckelmanno servatum delere non dubitavi. Mox pro ἐσίγησεν Bodl. Vat. Θ. ἐλιγιν ἐν.

P. 286. ἀντιλέγοιμεν ἄν τοῦ αὐτοῦ πρ. λ.] Non opus est τὸν τοῦ αὐτοῦ πρ. λόγον scribere, quod placuit Heindorfio et Winckelmanno. Nam sententia haec est: eiusdem rei rationem afferentes, quaecunque demum est. Phaedon. p. 95. D. προσήκει γὰρ φοβεῖσθαι, εἰ μὴ ἀνόητος εἴη, τῷ μὴ εἰδότι μηδ' ἔχοντι λόγον διδόναι ὡς ἀθάνατόν ἐστιν. Nec haerendum in eo est, quod deinde τὸν τοῦ πράγματος λόγον dicitur, ubi cur articulus adiiciatur, causam in promtu esse putamus.

B. Ἀλλ' ἆρα ὅταν ἐγὼ —] Hoc ἀλλ' ἆρα sequente interrogatione habes etiam infra p. 290. E. Ἀλλ' ἆρα, ὦ πρὸς Διός, μὴ ὁ Κτήσιππος ἦν ὁ ταῦτ' εἰπών; Apolog. Socr. p. 25. A. ubi v. ann. Itaque ne hic quidem video quid Winckelmannum impulerit, ut ex uno Vindob. codice ἆρα in eius locum suffecerit. Quanquam ἆρα ita iterari bene meminimus, veluti Cratyl. p. 429. C. Enimvero ἆρα commode sane in tertia hac eaque ultima argumentationis parte interponitur.

πῶς ἀντιλέγοι;] quomodo se contradicere existimet? Nam ita hic optativus sine ἄν positus explicandus est. v. ad Lachet. p. 190. C.

C. οὐ γάρ τοι ἀλλὰ τοῦτόν γε τ. λ.] Sinceram puto hanc librorum scripturam, quam Winckelmannus in οὐ γάρ τι ἀλλὰ τ. mutavit. Nam οὐ γάρ τοι ἀλλά non aliter dicitur quam οὐ γὰρ ἀλλὰ apud Aristoph. Ran. v. 58. Μὴ σκῶπτέ μ', ὦ θέλφ'· οὐ γὰρ ἀλλ' ἔχω κακῶς. Ibid. v. 192. Ibid. v. 499. Ecclesiaz. v. 386. Nubb. v. 233. ubi v. Hermann. Plura dabit Iensius ad Lucian. T. III. p. 433. ed. Bip. Eodem modo infra p. 305. E. οὐ γάρ τοι ἀλλ' ὅ γε λόγος ἔχει τινὰ εὐπρέπειαν τῶν ἀνδρῶν. quem

ζω. καὶ γὰρ οἱ ἀμφὶ Πρωταγόραν σφόδρα ἐχρῶντο αὐτῷ καὶ οἱ ἔτι παλαιότεροι· ἐμοὶ δὲ ἀεὶ θαυμαστόν τις δοκεῖ εἶναι καὶ τούς τε ἄλλους ἀνατρέπων καὶ αὐτὸς αὑτόν. οἶμαι δὲ αὐτοῦ τὴν ἀλήθειαν παρὰ σοῦ κάλλιστα πεύσεσθαι. ἄλλο τι ψευδῆ λέγειν οὐκ ἔστι; τοῦτο γὰρ δύναται ὁ λόγος· ἢ γάρ; ἀλλ' ἢ λέγοντ' ἀληθῆ λέγειν ἢ μὴ λέγειν; Συνεχώρει. Πότερον οὖν ψευδῆ λέγειν μὲν οὐκ ἔστι, δοξάζειν μέντοι ἔστιν; Οὐδὲ δοξάζειν, ἔφη. Οὐδ' ἄρα ψευδής

C. τούς τε ἄλλους ἀνατρέπων] Heindorfius correxi ἀνατρέπειν, quod recepit Bekker.

κάλλιστα πεύσεσθαι] V. μάλιστα, quod e Bodl. Coisl. Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Par. BC. Barb. Pal. Vat. r. Vind. Flor. a. b. c. o. mutatum.

ἄλλο τι ψευδῆ λέγειν] Sic Vat. Θr. Vind. Ante Bekkerum scribebatur: ἄλλο τι ἢ ψ. λ.

locum non maiore iure nuperus interpres sollicitavit. Differunt tamen οὐ γὰρ ἀλλὰ et οὐ γάρ τοι ἀλλά — γε sic, ut illud sit etenim, hoc adiuncta vi asseverandi etenim profecto, nam sane.

οἱ ἀμφὶ Πρωταγόραν] Protagoras enim sensibus tantam fidem habendam iudicavit, ut quidquid iis obiiceretur, id pro vero haberi vellet. Itaque unamquamque rem prouti sensibus appareret, aliam censuit esse eoque modo omnem in contrarias partes disserendi facultatem penitus sustulit. v. Theaetet. p. 161. E. sq. et Tennemanni Hist. Philosoph. T. I. p. 507 sq. ed. 2. ibique Wendtium.

καὶ οἱ ἔτι παλαιότεροι] Hos Plato ipse significavit Cratyl. p. 429. D. Sophist. p. 260. C.

καὶ τούς τε ἄλλους ἀνατρέπων — αὐτόν] h. e. quum et ceteras evertat rationes et ipsa semet ipsam. Itaque non opus est coniectura Heindorfii ἀνατρέπειν, quam nollemus a Bekkero invitis libris omnibus receptam esse. Deinde ex verbis οἶμαι δὲ — παρὰ σοῦ κάλλιστα πεύσεσθαι, non temere colligas Dionysodorum Protagorae maxime rationem sectatum esse, quam constat etiam ab Antisthene esse comprobatam. Apte contulit Routhius Diog. Laert. IX. 8, 53. οὗτος (Πρωταγόρας) τὸν Ἀντισθένους λόγον, τὸν πειρώμενον ἀποδεικνύειν, ὡς οὐκ ἔστιν ἀντιλέγειν, πρῶτος διείλεκται, καθά φησι Πλάτων ἐν Εὐθυδήμῳ.

τοῦτο γὰρ δύναται ὁ λόγος· ἢ γάρ; —] Qui hunc usum formulae ἢ γὰρ mediae orationi interpositae ignorarunt, temere καὶ excidisse arbitrati sunt, quod in aliquot codicibus additum reperitur. Sed eo additamento non opus esse docebunt illa Phaedr. p. 266. E. Gorg. p. 468. C. Nec omnino quidquam loco movendum, siquidem verissime indicavit Heindorfius ista: τοῦτο γὰρ δ. — ἢ γάρ; per parenthesin inferri. Post ἀλλὰ e praecedenti οὐκ ἔστι intelligendum relinquitur ἀνάγ-

ἦν δ' ἐγώ, δόξα ἔστι τὸ παράπαν. Οὐκ ἔφη. Οὐδ' ἄρα ἀμαθία οὐδ' ἀμαθεῖς ἄνθρωποι. ἢ οὐ τοῦτ' ἂν εἴη ἀμαθία, εἴπερ εἴη, τὸ ψεύδεσθαι τῶν πραγμάτων; Πάνυ γε, ἔφη. Ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν, ἦν δ' ἐγώ. Οὐκ ἔφη. Λόγου ἕνεκα, ὦ Διονυσόδωρε, λέγεις τὸν λόγον, ἵνα δὴ ἄτοπον λέγῃς, ἢ ὡς ἀληθῶς δοκεῖ σοι οὐδεὶς εἶναι ἀμαθὴς ἀνθρώπων; Ἀλλὰ σύ, ἔφη, ἔλεγξον. Ἦ καὶ ἔστι τοῦτο κατὰ τὸν σὸν λόγον, ἐξελέγξαι, μηδενὸς ψευδομένου; Οὐκ ἔστιν, E

λέγοντ' ἀληθῆ λέγειν] Ven. Ξ. Barb. Pal. Flor. o. λέγοντα τἀληθῆ, quod cum Stephano tenuit Bekkerus.

D. ψευδῆ λέγειν μέν] Sic verissime Bekkerus e Vat. Θ. Vulgo scribitur μὲν λέγειν, ordine inverso.

εἴπερ εἴη] Bodl. Vat. Θr. εἰ παρείη.

ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν] Coisl. ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, quod dedit Bekker.

κη ἔστιν, creberrima loquendi forma, de qua v. ad Remp. V. p. 490. A. Phaedr. p. 271. E. Parmenid. p. 160. D.

ψευδῆ λέγειν μὲν οὐκ ἔστι] Quum inter se opponantur λέγειν et δοξάζειν, illud ψευδῆ autem ad utrumque verbum pertineat, vulgarem ordinem: ψευδῆ μὲν λέγειν, immutandum fuisse nobis plane persuasimus.

D. τὸ ψεύδεσθαι τῶν πραγμάτων] Notanda est dictionis ambiguitas. Neque enim ψεύδεσθαι τῶν πραγμάτων hic aliter dictum atque Apolog. p. 22. D. καὶ τούτου μὲν οὐκ ἐψεύσθην. Lysias pro bon. Aristoph. p. 220. ed. Brem. πολλῶν ἐψεύσθη τῆς οὐσίας. conf. Matthiae Gr. §. 338. Rost. §. 108. 5. Sententia igitur haec est: an haec non sit inscitia, siquidem nulla fuerit, ut quis suo de rebus iudicio fallatur? — λόγου ἕνεκα, dicis causa. v. ad Criton. p. 46. D. Mox ne quis malit ἵνα δὴ ἄτοπόν τι λέγῃς, conf. Phaedr. p. 274. C. γελοῖον ἦρον. Sympos. p. 175. A. ἄτοπόν γ', ἔφη, λέγεις. Phaedon. p. 62. C. ἔοικε τοῦτο, ὦ Σώκρατες, ἀτόπῳ, εἴπερ ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν εὐλόγως ἔχει. Apolog. p. 31. B. οὐ γὰρ ἀνθρωπίνῳ ἔοικε τὸ ἐμὲ τῶν μὲν ἐμαυτοῦ ἀπάντων ἠμεληκέναι. De Rep. II. p. 368. A. Θεῖον πεπόνθατε. VII. p. 536. B. γελοῖον ἔοικα παθεῖν. Eurip. Hippol. v. 278. Θαυμαστὸν εἶπας. Sophocl. Oedip. T. v. 515. πρὸς ἐμοῦ πεπονθέναι εἰς βλάβην φέρον. Alia dedi ad Sympos. l. c.

E. ἔστι τοῦτο κατὰ τὸν σὸν λόγον, ἐλέγξαι] Infinitivus pronomini τοῦτο per epexegesin subiectus est: quī quoniam et ipse pendet e verbo ἔστι, cur articulum non habeat praefixum, in promtu est ratio. v. ad Remp. I. p. 332. C. V. p 472. E. Phaedon. p. 61. A. p. 64. C. Lysid. p. 205. D. al. Matthiae ad Eurip. Alcest. v. 36. Ceterum ἐξελέγξαι patet hic rursus alio sensu accipi pro mendacii coarguere, quum antea sit simpliciter refutare.

ἔφη ὁ Εὐθύδημος. Οὐδ' ἄρα ἐκέλευον, ἔφη, ἐγὼ νῦν δή, ὁ Διονυσόδωρος, ἐξελέγξαι· τὸ γὰρ μὴ ὂν πῶς ἄν τις κελεύσαι; Ὦ Εὐθύδημε, ἦν δ' ἐγώ, τὰ σοφὰ ταῦτα καὶ τὰ εὖ ἔχοντα οὐ πάνυ τι μανθάνω, ἀλλὰ παχέως πως ἐννοῶ. ἴσως μὲν οὖν φορτικώτερόν τι ἐρήσομαι· ἀλλὰ συγγίγνωσκε. ὅρα δέ. εἰ γὰρ μήτε
287 ψεύδεσθαι ἔστι μήτε ψευδῆ δοξάζειν μήτε ἀμαθῆ εἶναι, ἄλλο τι οὐδ' ἐξαμαρτάνειν ἔστιν, ὅταν τίς τι πράττῃ; πράττοντα γὰρ οὐκ ἔστιν ἁμαρτάνειν τούτου ὃ πράττει. οὐχ οὕτω λέγετε; Πάνυ γ', ἔφη.

E. *ὁ Διονυσόδωρος*] Articulum om. Bodl. Vat. Θ.

πῶς ἄν τις κελεύσαι; Ὦ Εὐθύδημε] Bodl. Vat. Θr. Vindob. *κελεύσαι: οὐδὲ κελεύεις* (*κελεύῃς* Θ,) *ὅτι ἦν δ' ἐγώ. ὦ Εὐθύδημε κ. τ. λ.* Vind. in marg. *σὺ δὲ κελεύεις.* Unde quid extundi queat, alii viderint. Dein Bodl. Vat. Θ. *οὖ* ante *μανθάνω* omittunt. Pro vulg. *πάνυ τοι* e Bodl Coisl. Vat. Θ. Vind. Ven. Σ. Par. BC. Ang. Barb. Pal. Urb. Flor. a, b. c. o. *πάνυ τι* restitutum.

παχέως πως] Sic Vind. et Vat. r. pro vulg. *ταχέως πως*,

Οὐδ' ἄρα ἐκέλευον] Cavillatione quadam utens sophista: Ergo, inquit, quum fieri non possit, ut quis ab altero refutetur, ne ego quidem antea a te refutari volui. Frustra viri docti in hoc loco explicando se torserunt, non animadvertentes callidum disputatorem e laqueis a Socrate dispositis ita se expedire studere, ut continuo novas tricas nectere instituat. Mox quum optimi libri post *κελεύσαι* additum habeant: *οὐδὲ κελεύεις ὅτι ἦν δ' ἐγώ*, vide ne olim tale quid scriptum fuerit: *Οὐδὲ ἂν κελεύοις ὀρθῶς, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Εὐθύδημε· τὰ σοφὰ ταῦτα κ. τ. λ.* Neque recte hoc a me postulaveris, Euthydeme: nam dialecticas istas subtilitates, vel eas, quae bene se habent, haud sane percipio, sed nescio quo modo etr. Quanquam quid a Platonis manu profectum sit, nemo facile coniectura assequatur. Male vero verba *καὶ τὰ εὖ ἔχοντα* vulgo explicantur, atque praeclara, quod nec Wickelmanno erroris suspicionem movit. Imo significant illa: etiam, s. vel, ea, quae recte se habent, nec meris argutiis continentur. Quae interpretatio si vera est, sponte consequitur, ut pro vitioso habendum sit quod vulgo circumfertur, *ἀλλὰ ταχέως πως ἐννοῶ*, quod etiam alias ob causas reiici oportebat. Quod enim Winckelmannus censet *μανθάνειν* et *ἐννοεῖν* inter se opponi ideoque sententiam esse hanc: Subtilia haec atque praeclara non admodum disco, sed nescio quomodo celeriter ipse excogito; ea ratio multis atque magnis premitur difficultatibus. Nam primum ita non intelligitur, quid sibi velit istud *οὐ πάνυ* sive non admodum. Deinde *ἐν-*

Τοῦτό ἐστιν ἤδη, ἦν δ' ἐγώ, τὸ φορτικὸν ἐρώτημα. εἰ γὰρ μὴ ἁμαρτάνομεν μήτε πράττοντες μήτε λέγοντες μήτε διανοούμενοι, ὑμεῖς, ὦ πρὸς Διός, εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει, τίνος διδάσκαλοι ἥκετε; ἢ οὐκ ἄρτι ἔφατε ἀρετὴν κάλλιστ' ἂν παραδοῦναι ἀνθρώπων τῷ ἐθέλοντι μανθάνειν; Cap. XVI. *Εἶτ',* B *ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁ Διονυσόδωρος ὑπολαβών, οὕτως εἶ Κρόνος, ὥστε ἃ τὸ πρῶτον εἴπομεν, νῦν ἀναμιμνήσκει, καὶ εἴ τι πέρυσιν εἶπον, νῦν ἀναμνησθήσει, τοῖς δ' ἐν τῷ παρόντι λεγομένοις οὐχ ἕξεις ὅ τι χρῇ;*

quod frustra tuetur Winckelmann.

P. 287. *ἄλλο τι οὐδ' ἓξαμ.*] Ante Routhium scribebatur *ἀλλ'* ὅτι Coisl. *ἄλλο τι ἤ.*

ἢ οὐκ ἄρτι] V. *ἤ*, quod correxit primus Heindorf. adstipulantibus libris Vind. et Par. C.

B. *εἶ Κρόνος*] Bodl. Vat. Θ r. Vind. Aug. Urb. et in marg. Par. BC. Barber. Flor a. cum ed. Bas. 2. *κενός*, quod manifestum glossema est. Recepit tamen Winckelmannus.

νοεῖν non significat excogitare, sed potius mente informare, intelligere, secum reputare. Denique *ταχέως πως ἐννοεῖν* quid sit, recte negavit Heindorfius cuiquam fore perspicuum. Legendum igitur cum Buttmanno *παχέως*, quod duo codices manuscripti confirmant. Qua lectione restituta omnia lucem suam recipiunt. Ita enim callidus *εἴρων* simulat maximam in rebus dialecticis inertiam et stoliditatem. Nihilominus autem deinde sophistam acutis interrogatiunculis suis adeo perturbat, ut is se virtutis magistrum non amplius profiteri posse videatur.

P. 287. *φορτικώτερόν τι ἐρήσομαι*] *Φορτικὸν* monente Heindorfio ad Cratyl. p. 400. A. h. l. est pingue, in quo nihil inest subtilitatis et sollertiae, ideoque auribus sophistae molestum. conf. Rep. II. p. 367. A. IV. p. 442. E. Gorg. p. 482. E. Phaedr. p. 236. C. Mox iungas: *κάλλιστ' ἂν ἀνθρώπων*, omnium optime. v. ad Hipp. mai. p. 284. A.

B. *οὕτως εἶ Κρόνος*] Nihil aptius hoc vocabulo, quod eum denotat, qui priscarum tantum rerum memor et praesentium negligens inscitiae et stoliditatis crimen subit. v. Aristoph. Nubb. v. 926. Vesp. v. 1458. Plut. v. 581. ibiq. intpp. Eodem modo dicitur *ἀρχαῖος*, ut Nubb. v. 823. ibid. v. 908. Plut. v. 319. al. Itaque hoc dicit sophista: Itane tu, o Socrate, adeo es obsoletus ac stolidus, ut quae diximus inde ab initio, eorum nunc mentionem facias? Hanc verborum elegantiam non percipientes librarii posuerunt *κενός*, quod nollem a Winckelmanno receptum esset. Quamquam enim eo vocabulo subinde denotatur is, qui quum sapientia praeditus videa-

Καὶ γὰρ, ἔφην ἐγώ, χαλεποί εἰσι πάνυ· εἰκότως· παρὰ σοφῶν γὰρ λέγονται. ἐπεὶ καὶ τούτῳ τῷ τελευταίῳ παγχάλεπον χρήσασθαί ἐστιν, ᾧ λέγεις. τὸ γὰρ οὐκ ἔχω ὅ τι χρῶμαι ὅ τί ποτε λέγεις, ὦ Διονυ-

χαλεποί εἰσι πάνυ· εἰκότως· π.] Ita ego haec distinxi. Bekkerus et Winckelmann. ante *πάνυ* interpunxerunt. Vett. editt. interpunctionem omittunt. Coisl. habet *εἰκότως πάνυ*.

ὅ τί ποτε λέγεις] Heindorf. et Bekker. de coniectura scripserunt *τί ποτε λ.* invitis libris omnibus, v. infra.

tur, tamen ea est destitutus atque vanus; tamen illud universae sententiae rationi minus convenire arbitramur, siquidem de Socratis vanitate aliqua non licet cogitare. Talibus in locis artis criticae munus est ex ipsa sententiarum ratione diiudicare, quid verum sit, quid falsum. Saepenumero enim accidit, ut vel praestantissimi libri depravatam lectionem tueantur; deteriores contra veram praestent. Enimvero vel optimi codices non possunt haberi pro exemplis primariis et ab ipsis scriptoribus exaratis vel emendatis: quod opinari videntur, si qui uni alterive libro ita per omnia fidem habent, ut ab eius auctoritate nunquam discedendum existiment nisi sicubi eius lectio et scriptura aperte depravata sit.

Καὶ γάρ, ἔφην ἐγώ, χαλεποί εἰσιν] Haec dicta videntur *κατὰ σύνεσιν*. Quum enim *τὰ λεγόμενα* idem significet quod *οἱ λόγοι*, nunc infertur genus masculinum, perinde ac si hoc praecesserit. Similia quaedam notavit Bernhardy Syntax. p. 430. Heindorfius post *λεγομένοις* excidisse putabat *λόγοις*. Deinde Bekkerus et Winckelmannus ante *πάνυ* commate distinxerunt. Mihi post *πάνυ* interpungere visum est. Nam *πάνυ* pertinet ad *χαλεποί*, et postpositum est, ut saepe alias. v. ad Phaedr. p. 256. E. Menex. p. 235. A. Hipp. mai. p. 282. E. Tum *εἰκότως* ita per se positum saepe reperitur; cum *πάνυ* aut simili aliquo vocabulo consociatum isto quidem modo nusquam positum reperitur. Lachet. p. 183. B. *καὶ τοῖσδ' ἐπιδείκνυσιν. εἰκότως*, ubi v. ann. Legg. p. 948. B. Aristoph. Ecclesiaz. v. 7. *σοὶ γὰρ μόνῳ δηλοῦμεν. εἰκότως. ἐπεὶ κἂν τοῖσι δωματίοισιν — ἐπιστατεῖς*. Avv. v. 273. Pis. *βαβαί, καλός γε καὶ φοινικοῦς*. Ep. *εἰκότως. καὶ γὰρ ὄνομ' αὐτῷ γ' ἐστὶ φοινικόπτερος*.

ὅ τι ποτὲ λέγεις] Cave corrigas cum Bekkero et Heindorfio *τί ποτὲ λέγεις;* Nam *ὅ τι* eodem modo usurpatur, quo *ὁπότερον*, de quo v. ad pag. 271. A. Ita Phileb. p. 23. C. *Καθ' ὅ τι φράζοις ἄν*; intell. scire cupio. Formulam *οὐκ ἔχω ὅ τι χρῶμαι τῷ λόγῳ* hoc sensu positam habes Phaedon. p. 95. A. Hipp. mai. p. 299. B.

C. τί σοι ἄλλο ἐννοεῖ] quis alius huius loquutionis sensus est? Vide tamen ne *νοεῖ* reponendum sit, siquidem *ἐννοεῖν* nusquam eo sensu positum reperitur, et mox sect. D. et E. in eadem re non *ἐννοεῖν* sed *νοεῖν* dicitur. Deinde recte codices *ὅ τι χρήσομαι*

σόδωρε; ἢ δῆλον ὅτι, ὡς οὐκ ἔχω ἐξελέγξαι αὐτόν; C
ἐπεὶ εἰπέ, τί σοι ἄλλο ἐννοεῖ τοῦτο τὸ ῥῆμα, τὸ οὐκ ἔχω ὅ τι χρήσομαι τοῖς λόγοις; Ἀλλ' ὃ σὺ λέγεις, ἔφη, τοῦτο τὸ πάνυ χαλεπὸν χρῆσθαι· ἐπεὶ ἀπόκριναι.

C. *οὐκ ἔχω ὅ τι χρήσομαι*] Sic libri fere omnes, fortasse etiam Florentini, quanquam ex iis nihil enotatum est. Vulgo legebatur *χρήσωμαι*. v. ann. Dein *Ἀλλ' ὃ σὺ λέγεις* recte Bodl. Vat. Θ. pro vulg. *Ἄλλο σὺ λέγεις*. Pro *τοῦτο τὸ π. χ.* libri plurimi *τούτῳ τῷ π. χ.* v. ann.

τοῖς λόγοις pro vulgato *ὅ τι χρήσωμαι τ. λ.* suppeditarunt. Neque enim nunc de una aliqua aut praesenti dubitatione sermo est, sed res in universum significatur ideoque de futuri temporis perpetuitate cogitandum est. conf. Gorg. p. 521. C. Symp. p. 216. C. ubi *χρήσομαι* tenendum. Coniunctivus deliberantis est de eo, quod pro praesenti rerum condicione fieri debeat. Quod si durare cogitatur, coniunctivus praesentis adhibetur; sin vel brevi absolvitur vel semel tantum fit atque cito peragitur, opus est aoristo. Itaque antea dicebatur *οὐχ ἕξεις ὅ τι χρῇ*, quia utendi actio praesenti tempore durare cogitatur; eademque ratio est verborum, *τὸ γὰρ οὐκ ἔχω ὅ τι χρῶμαι*. Sed Gorg. p. 466. A. *ἐὰν μὴ ἔχω — ὅ τι χρήσωμαι*, et aliis multis locis, quos partim ad Criton. p. 45. B. indicavi, aoristus ponitur, quia futurae actionis nulla cogitatur continuatio et perpetuitas. Praesentis temporis eundem usum habes Criton. l. c. *ὅτι οὐκ ἂν ἔχοις ἐξελθὼν ὅ τι χρῷο σαυτῷ*, ubi *χρήσαιο* non habet locum.

Ἀλλ' ὃ σὺ λέγεις, ἔφη, τοῦτο τὸ πάνυ χαλ.] Ita praeeunte Bekkero e duobus libris praestantissimis reposuimus. Sententia verborum haec est: At istud quod tu dicis, *τί σοι ἄλλο ἐννοεῖ τοῦτο τὸ ῥῆμα*, id vero difficile istud est ad refellendum et confutandum: quae postrema verba apertum est ironice pronuntiari. Ficinus vertit: Aliud ipse ais, inquit, hoc, quod valde difficile sit hoc uti. Videtur igitur legisse: *Ἄλλο σὺ λέγεις, ἔφη, τοῦτο, ᾧ πάνυ χαλεπὸν χρῆσθαι*, quod ipsum olim Schleiermacherus reponendum censuit, inserto *αὖ* post *σύ*. Nuper tamen mutata sententia scribi maluit hunc in modum: *Ἀλλ' ὃ σὺ λέγεις, ἔφη, τούτῳ πάνυ χαλεπὸν χρῆσθαι*, idque recepit Winckelmannus. Verum dativus nobis videtur ex correctione natus esse, quae peperit etiam illud *τῷ* post *τούτῳ* in multis libris intrusum. Enimvero *τῷ* aliquis tanquam veram terminationem annotaverat: quod deinde pro articulo acceptum errore insertum est. Ita error, ut fit, errorem genuit. Callide autem sophista continuo Socratem adoritur propter illius usum dictionis, in eaque re suum illud *χαλεπὸν χρῆσθαι* adhibet cum protervo quodam ludibrio. Quod non sentiens Winckelmannus sophistam negat commode uti loquutione *πάνυ χαλεπὸν χρῆσθαι*, ut quae ab altera illa, *οὐχ ἕξεις ὅ τι χρῇ*, non multum differat, neque enim

Πρὶν σὲ ἀποκρίνασθαι, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Διονυσόδωρε; Οὐκ ἀποκρίνει; ἔφη. Ἦ καὶ δίκαιον; Δίκαιον μέντοι, ἔφη. Κατὰ τίνα λόγον; ἦν δ' ἐγώ· ἢ δῆλον, ὅτι κατὰ τόνδε, ὅτι σὺ νῦν πάνσοφός τις ἡμῖν ἀφῖξαι περὶ λόγους, καὶ οἶσθ' ὅτε δεῖ ἀποκρίνασθαι καὶ ὅτε μή;
D *καὶ νῦν οὐδ' ἂν ὁτιοῦν ἀποκρίνει, ἅτε γιγνώσκων ὅτι οὐ δεῖ; Λαλεῖς, ἔφη, ἀμελήσας ἀποκρίνασθαι, ἀλλ', ὦ 'γαθέ, πείθου καὶ ἀποκρίνου, ἐπειδὴ καὶ ὁμολογεῖς με σοφὸν εἶναι. Πειστέον τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ἀνάγκη, ὡς ἔοικε· σὺ γὰρ ἄρχεις. ἀλλ' ἐρώτα. Πότερον οὖν ψυχὴν ἔχοντα νοεῖ τὰ νοοῦντα,*
E *ἢ καὶ τὰ ἄψυχα; Τὰ ψυχὴν ἔχοντα. Οἶσθα οὖν τι, ἔφη, ῥῆμα ψυχὴν ἔχον; Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. Τί*

C. *Οὐκ ἀποκρίνει*] Heindorf., Bekk, et Winckelm, sine libris dederunt *ἀποκρινεῖ*.

D. *ὁτιοῦν ἀποκρίνει*] Heind. Bekk. *ἀποκρινεῖ*, quod habet Vat. *Θ*.

ἀποκρίνασθαι. ἀλλ' ὦ 'γαθέ, π.] Vulgo post *ἀποκρίνασθαι* additum legebatur *καὶ ὅτε μή*, quod cum Bekkero et aliis auctoritate cod. Bodl. Urb. Flor. b. abiecimus. Errorem iam Stephanus Routhiusque animadverterunt.

ipsum posse ignorare, quot et quantis difficultatibus istius dictionis irretiatur. Itaque legendum suspicatur: *ἀλλ' ὃ σὺ λέγεις, τούτῳ τῷ πάνυ χαλεπὸν χρῆσθαι* — hoc sensu: sed quod tu dicis *πάνυ χαλεπὸν χρῆσθαι*, eo non habeo uti, ita ut supprimat hoc *οὐκ ἔχω χρῆσθαι*. Quae coniectura nullo modo probari potest, praesertim quum Dionysodorum formulam *ἐννοεῖ τὸ ῥῆμα* in mente habere quae mox sequuntur clarissime doceant.

Οὐκ ἀποκρίνει;] Temere recentiores editores inde ab Heindorfio scripserunt *ἀποκρινεῖ*, quod ne unus quidem liber confirmat. Nam in hac interrogatione etiam praesens tempus usitatum esse ad Lysid. p. 203. B. Gorg. p. 468. D. et Protagor. p. 310. E. docuimus.

D. *καὶ νῦν οὐδ' ἂν ὁτιοῦν ἀποκρίνει*] Cavendum magnopere est, ne *ἂν* cum *ἀποκρίνει* cohaerere existimes, quo errore deceptus Heindorfius aut *ἂν* deleri aut *ἀποκρινεῖ* scribendum iudicavit. Nam pertinet vocula ad *οὐδ' ἂν ὁτιοῦν*, quandoquidem ea in qualibet accessoria parte sententiae locum habet, si illi ipsi parti aliquid fortuiti adscribendum est. v. Hermann. De Part. *ἂν* Libr. I. c. 8. p. 33.

Πότερον οὖν ψυχὴν ἔχοντα —] Iungas hunc in modum: *πότερον οὖν τὰ νοοῦντα ψυχὴν ἔχοντα νοεῖ ἢ καὶ τὰ ἄψυχα*, i. e. *ἢ καὶ τὰ νοοῦντα ψυχὴν οὐκ ἔχοντα*. Breviloquentia haec Serranum adeo male habuit, ut legendum putaverit: *πότερον οὖν τὰ τὴν ψυχὴν ἔχοντα νοεῖν νομιστέα;*

οὖν ἄρτι ἤρου, ὅ τί μοι νοοῖ τὸ ῥῆμα; Τί ἄλλο γε, ἦν δ' ἐγώ, ἢ ἐξήμαρτον διὰ τὴν βλακείαν; ἢ οὐκ ἐξήμαρτον, ἀλλὰ καὶ τοῦτο ὀρθῶς εἶπον, εἰπὼν ὅτι νοεῖ τὰ ῥήματα; πότερα φῂς ἐξαμαρτάνειν με ἢ οὔ; εἰ γὰρ μὴ ἐξήμαρτον, οὐδὲ σὺ ἐξελέγξεις, καίπερ σοφὸς ὤν, οὐδ' ἔχεις ὅ τι χρῇ τῷ λόγῳ· εἰ δ' ἐξήμαρτον, οὐδ' οὕτως ὀρθῶς λέγεις, φάσκων οὐκ εἶ- 288
ναι ἐξαμαρτάνειν. καὶ ταῦτα οὐ πρὸς ἃ πέρυσιν ἔλεγες λέγω. ἀλλὰ ἔοικεν, ἔφην ἐγώ, ὦ Διονυσόδωρέ τε καὶ Εὐθύδημε, οὗτος μὲν ὁ λόγος ἐν ταὐτῷ μένειν, καὶ ἔτι ὥςπερ τὸ παλαιὸν καταβαλὼν πίπτειν, καὶ ὥστε τοῦτο μὴ πάσχειν, οὐδ' ὑπὸ τῆς ὑμετέρας τέχνης ἐξευρῆσθαι, καὶ ταῦτα οὕτωσὶ θαυμαστῆς

με σοφὸν εἶναι] σοφὸς Bodl, Vat. Θ. Dein *τοίνυν* pro vulg. *τοι* praebuerunt Bodl. Vat. Θ r. Vind.

ἔχοντα νοεῖ — ῥῆμα ψυχήν] Desunt haec in Coisl.

E. *ὅ τί μοι νοοῖ*] V. *νοεῖ*, quod soli Par. E. Ang. Vat. r. Flor. b. o. tuentur.

P. 288, *τοῦτο μὴ πάσχειν*] Sic Bodl, Vat. Θr, Vind. Legebatur ante Bekkerum *μὴ τοῦτο π.*

ὅ τί μοι νοοῖ τὸ ῥῆμα;] Legebatur *νοεῖ*. Et non desunt alia exempla indicativi ita in obliqua oratione usurpati; qui usus loquendi e confusione rectae et obliquae orationis explicandus est. v. ad Protagor. p. 320. D. Apol. Socr. p. 21. B. Veruntamen hoc loco *νοοῖ* ob codicum meliorum auctoritatem utique reponendum fuit.

Τί ἄλλο γε — ἢ ἐξήμαρτον] H. e. *οὐδὲν ἄλλο ἐποίουν ἢ ἐξήμαρτον*, notissima hodie loquendi forma, de qua vide, sis, Matthiae Gr. §. 635.

P. 288, *ὁ λόγος ἐν ταὐτῷ μένειν*] Apte comparavit Routhius Phaedon. p. 86. E. *ἐμοὶ μὲν γὰρ φαίνεται ἔτι ἐν τῷ αὐτῷ ὁ λόγος εἶναι καὶ ὅπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐλέγομεν ταὐτὸν ἐγκλημα ἔχειν.*

ὥςπερ τὸ πάλαιον καταβαλὼν πίπτειν] „atque etiam nunc perinde atque olim (Protagorae et superiorum aetate; conf. p. 286. C.), quum dejecit, ipse ruere videtur. Scilicet *καταβαλὼν πίπτειν* dicitur iste sophistarum *λόγος*, quatenus *τοὺς τε ἄλλους ἀνατρέπει καὶ αὐτὸς αὑτόν*, ut dixit de eo Socrates l. c. Sophist. p. 238. D, ubi sermo est de hoc sophismate; *τί δέ; ὦ θαυμάσιε; οὐκ ἐννοεῖς αὐτοῖς τοῖς λεχθεῖσιν, ὅτι καὶ τὸν ἐλέγχοντα εἰς ἀπορίαν καθίστησι τὸ μὴ ὂν οὕτως, ὥστε, ὁπόταν αὐτὸ ἐπιχειρῇ τις ἐλέγχειν, ἐναντία αὐτὸν αὐτῷ περὶ ἐκεῖνο ἀναγκάζεσθαι λέγειν κ. τ. λ.* (quem locum iam Routhius comparavit). Nam *τὸ πάλαιον* i. q. *τὸ πάλαι*, ut Cratyl. p. 401. C. Herodot. IX. 26. Opponitur autem *τὸ πάλαιον* hoc

οὔσης εἰς ἀκρίβειαν λόγων. Καὶ ὁ Κτήσιππος, Θαυ-
B μάσιά γε λέγετ', ἔφη, ὦ ἄνδρες Θούριοι εἴτε Χῖοι εἴθ' ὁπόθεν καὶ ὅπῃ χαίρετον ὀνομαζόμενοι· ὡς οὐδὲν ὑμῖν μέλει τοῦ παραληρεῖν. Καὶ ἐγὼ φοβηθείς, μὴ λοιδορία γένηται, πάλιν κατεπράϋνον τὸν Κτήσιππον καὶ εἶπον· Ὦ Κτήσιππε, καὶ νῦν δὴ ἃ πρὸς Κλεινίαν ἔλεγον, καὶ πρὸς σὲ ταὐτὰ ταῦτα λέγω, ὅτι οὐ γιγνώσκεις τῶν ξένων τὴν σοφίαν, ὅτι θαυμασία ἐστίν· ἀλλ' οὐκ ἐθέλετον ἡμῖν ἐπιδείξασθαι

B. οὐδὲν ὑμῖν μέλει] Sic Vat. Ven. Θ. r. Vind. Olim legebatur ὑμῖν οὐδὲν μ.

τῷ ἔτι et deinde τῷ οὐδέπω, ut inanis putanda sit Stephani suspicio in Schediasm. Varr. III. 25. p. 118. apud Gruterum Fac. Artium T. V. Supplem. coniectantis τὸ παλαῖον aut τὸν παλαίοντα." *Heindorf.* Recte iam Routhius locum interpretatus est. Deinde Heindorfius duce Ficino legendum censuit: οὐδ' ὑπὸ τῆς ὑμετέρας πω τέχνης, quod verum putamus.

ὦ ἄνδρες Θούριοι εἴτε Χῖοι εἴθ' ὁπόθεν] Pag. p. 271. C. οὗτοι τὸ μὲν γένος — εἰσὶν ἐκ Χίου, ἀπῴκησαν δὲ ἐς Θουρίους, φεύγοντες δὲ ἐκεῖθεν πάλαι ἤδη ἔτη περὶ τούσδε τοὺς τόπους διατρίβουσιν. Lepide igitur ad notissimam illam deorum πολυωνυμίαν alludens sophistas carpit, quod ex aliis in alias urbes commigraverint nec certam habeant rerum suarum sedem ac domicilium. De loquendi genere, conf. Protagor. p. 358. A. εἴτε ὁπόθεν καὶ ὅπως χαίρεις τὰ τοιαῦτα ὀνομάζων. Sympos. p. 212. C. Legg. I. p. 633. A. Criton. p. 50. A. Hipp. min. p. 369. A. Parm. p. 133. D. Phaedr. p. 273. C. ὁ Τισίας ἢ ἄλλος, ὅστις δήποτ' ὢν τυγχάνει καὶ ὁπόθεν χαίρει ὀνομαζόμενος.

B. μὴ λοιδορία γένηται] Frustra Heindorfius γένοιτο coniectabat. Coniunctivum post verba timendi haud raro sic praeteritis subiungi temporibus monui ad Protagor. p. 320. A. δεδιὼς περὶ αὐτοῦ, μὴ διαφθαρῇ δὴ ὑπ' Ἀλκιβιάδου — καταθέμενος ἐν Ἀρίφρονος ἐπαίδευεν. conf. Matthiae Gr. §. 520. qui causam rei acute perspexit. Xenoph. Symp. II. 11. ἐφοβοῦντο, μή τι πάθῃ. ubi v. Bornemann. Anabas. I. 8, 24. Κῦρος δείσας, μὴ ὄπισθεν γενόμενος κατακόψῃ τὸ Ἑλληνικόν. ad quem locum multa Krügerus. Mox paullulum trajecta verba καὶ νῦν δὴ κ. τ. λ. hoc ordine iungenda sunt: ἃ νῦν δὲ καὶ πρὸς Κλ. ἔλεγον. Relativum ita postpositum exemplis illustravi ad Phaedrum p. 238. A. Eundem loquendi usum nec Latinis esse incognitum demonstravit Garatonius ad Ciceron. orat. pro Milon. c. 16. §. 42.

ὅτι θαυμασία ἐστίν, ἀλλ' οὐκ ἐθ.] „Haec post Ctesippi, illa, θαυμάσιά γε λέγετε, ὦ ἄνδρε, inepte a Socrate dici iudicans Heusdius corrigit, ὅ, τι θαυμασία ἐστίν, ignoras, Ctesippe, qua tandem in

σπουδάζοντε, ἀλλὰ τὸν Πρωτέα μιμεῖσθον τὸν Αἰγύπτιον σοφιστὴν γοητεύοντε ἡμᾶς. ἡμεῖς οὖν τὸν C
Μενέλαον μιμώμεθα, καὶ μὴ ἀφιώμεθα τοῖν ἀνδροῖν, ἕως ἂν ἡμῖν ἐκφανῆτον ἐφ' ᾧ αὐτὼ σπουδάζετον· οἶμαι γάρ τι αὐτοῖν πάγκαλον φανεῖσθαι, ἐπειδὰν ἄρξωνται σπουδάζειν. ἀλλὰ δεώμεθα καὶ παραμυθώμεθα καὶ προσευχώμεθα αὐτοῖν ἐκφανῆναι. ἐγὼ οὖν μοι δοκῶ καὶ αὐτὸς πάλιν ὑφηγήσασθαι,

ἐπιδείξασθαι σπουδάζοντε] Steph. et Coisl. Flor. a. c. σπουδάζοντες. Utrumque bonum. Iidem fere deinde γοητεύοντες.

re mirabilis sit hospitum sapientia, correctioni praesidium quaerens ex sqq. illis, ἕως ἂν ἡμῖν ἐκφανῆτον ἐφ' ᾧ αὐτὼ σπουδάζετον. Mihi secus videtur. Nam Ctesippi illud θαυμάσια dictum fuit pro ἄτοπα, ληρώδη; Socratis hoc θαυμαστὰ laudis significationem habet, ut saepe θαυμάσιος eodem fere redit, quo θαυμαστός. Respicit autem Socrates illud, quod Clitiae supra dixerat p. 277. D., pro lusu quodam habenda esse quae proferrentur ab istis sophistis; longe graviora eos habere, si serio loqui vellent suamque prodere sapientiam." *Heindorf.*

τὸν Πρωτέα μιμεῖσθαι —] V. ad Ion. p. 541. E. coll. Homer. Odyss. δ. v. 354 sqq.

C. τὸν Μενέλαον μιμώμεθα] V. locum Homeri v. 360 sqq. Menelaus enim adversis ventis a reditu in patriam prohibitus, quum vellet a Proteo istius morae causas audire, ab Idothea, Protei Aegyptii filia, edoctus deum vatidicum e mari emergentem corripuit, eumque sese in varias species mutantem adiuvantibus tribus sociis constrictum tenuit, donec in pristinam redisset formam eique et diuturnae morae causas exposuisset et alia esset vaticinatus. Ceterum conf. Lachet. p. 181. A. μὴ ἀφίεσό γε τοῦ ἀνδρός. Ibid. p. 186. D. καθάπερ ἄρτι Λάχης μὴ ἀφίεσθαί σε ἐμοῦ διεκελεύετο, ἀλλ' ἐρωτᾶν, καὶ ἐγὼ νῦν παρακελεύομαί σοι μὴ ἀφίεσθαι Λάχητος μηδὲ Νικίου, ἀλλ' ἐρωτᾶν. Proxima sic intelligas: donec nobis evidenter apparuerint, in quo ipsi serio versentur studio. Nam errare Ficinum haec ita reddentem, ac si ἐκφήνητον scriptum repererit, recte iudicavit Heindorfius.

οἶμαι γάρ τι αὐτοῖν] Perperam Winckelmannus αὐτοῖν cum φανεῖσθαι iunxit. Cohaeret potius cum τι, ut genitivo casu accipiendum sit, hoc sensu: etwas ganz schönes von ihnen. v. ad Apol. Socr. p. 17. A. Matthiae Gr. §. 317.

δοκῶ — ὑφηγήσασθαι] Δοκῶ μοι est mihi placet. Phaedr. p. 230. E. ἐγὼ μὲν δοκῶ μοι κατακεῖσθαι. Theaet. p. 183. E. ἀλλά μοι δοκῶ — οὐ πείσεσθαι αὐτῷ. Protagor. p. 339. E. δοκῶ οὖν μοι ἐγὼ παρακαλεῖν σε. Aeschyl. Agam. v. 16. ὅταν δ' ἀείδειν ἦ μενοῦσθαι δοκῶ, i. e. quando mihi pla-

οἵῳ προσεύχομαι αὐτὼ φανῆναί μοι. ὅθεν γὰρ τὸ
D πρότερον ἀπέλιπον, τὸ ἑξῆς τούτοις πειράσομαι, ὅπως
ἂν δύνωμαι, διελθεῖν, ἐάν πως ἐκκαλέσωμαι καὶ
ἐλεήσαντέ με καὶ οἰκτείραντε συντεταμένον καὶ σπου-
δάζοντα καὶ αὐτὼ σπουδάσητον.

Cap. XVII. Σὺ δέ, ὦ Κλεινία, ἔφην, ἀνάμνησόν με, πόθεν τότ' ἀπελίπομεν. ὡς μὲν οὖν ἐγῷμαι, ἐνθένδε ποθέν. φιλοσοφητέον ὡμολογήσαμεν τελευτῶντες. ἦ γάρ; Ναί, ἦ δ' ὅς. Ἡ δέ γε φιλοσοφία κτῆσις ἐπιστήμης. οὐχ οὕτως; ἔφην. Ναί, ἔφη. Τίνα ποτ' οὖν ἂν κτησάμενοι ἐπιστήμην ὀρθῶς κτη-

D. *ἐάν πως ἐκκαλέσωμαι*] *πᾶν ὅπως ἐκκ.* Vat. *Θr.* Bodl. Male. Paullo ante vett. editt. vitiose *ἀπελίποντο τὸ ἑξῆς*, quod vitium iam a Routhio animadversum ex libris omnibus emendatum est.

καὶ οἰκτείραντε] *οἰκτίροντε* Bodl.

cet. Quod Heindorfius reponendum censuit *ὑφηγήσασθαι*, id quia significat actionem futuro tempore durantem, cuius neque initium neque finis definitus est, in hunc locum minus convenire arbitramur. Vult enim Socrates statim et e vestigio uno aliquo commonstrare exemplo, quales sibi illos apparere cupiat; unde recte utitur aoristo, quem etiam libri tuentur omnes. Enimvero aoristus quia nullam facit significationem perpetuitatis et continuationis, prouti vel initium vel progressus vel finis actionis verbo expressae spectatur, ita solet usurpari, ut dicatur vel de eo, quod statim et e vestigio fit ideoque etiam certo futurum est, vel de re semel tantum eveniente, quae diuturnitatis et perpetuitatis cogitationem aut non fert aut certe non requirit, vel denique de re brevi et uno veluti temporis ictu peracta. Unde subinde etiam in universum inservit significandae actioni ab omni temporis definiti conditione liberae et immuni, veluti Phaedon. p. 67. E. *πολλὴ ἐλπὶς ἀφικομένῳ, οἷ ἐγὼ πορεύομαι, ἐκεῖ ἱκανῶς, εἴπερ που ἄλλοθι, κτήσασθαι τοῦτο, οὗ ἕνεκα ἡ πολλὴ πραγματεία ἡμῖν γέγονε*, ubi tenenda est mera consequendi notio in se absoluta neque cum perpetuitatis alicuius aut status et conditionis significatione coniuncta. Quod monemus, quia fuit, qui quae ad eum locum scripsimus, non recte intelligeret. Exempla infinitivi aoristi ita post verba putandi, sperandi, pollicendi, alia, usurpati collegerunt quos laudavi ad Phaedon. p. 67, B. Remp. II. p. 369. A. Quod autem Socrates dicit *πάλιν ὑφηγήσασθαι*, respicit locum 278. C.

ὅθεν γὰρ τὸ πρότερον ἀπέλιπον] P. 282. A. B. iungas hunc in modum: *πειράσομαι τὸ ἑξῆς τούτοις διελθεῖν, ὅθεν τὸ πρότερον ἀπέλιπον.* Dativum cum *ἑξῆς* iunctum ad Remp. III. 389. E. tetigi.

D. *ἐάν πως ἐκκαλέσωμαι* —] si qua eos provo-

σαίμεθα; ἆρ' οὐ τοῦτο μὲν ἁπλοῦν, ὅτι ταύτην, ἥτις E
ἡμᾶς ὀνήσει; Πάνυ γ', ἔφη. Ἆρ' οὖν ἄν τι ἡμᾶς
ὀνήσειεν, εἰ ἐπισταίμεθα γιγνώσκειν περιόντες, ὅπου
τῆς γῆς χρυσίον πλεῖστον κατορώρυκται; Ἴσως, ἔφη.
Ἀλλὰ τὸ πρότερον, ἦν δ' ἐγώ, τοῦτό γε ἐξηλέγξαμεν,
ὅτι οὐδὲν πλέον, οὐδ' εἰ ἄνευ πραγμάτων καὶ τοῦ
ὀρύττειν τὴν γῆν τὸ πᾶν ἡμῖν χρυσίον γένοιτο· ὥστε
οὐδ' εἰ τὰς πέτρας χρυσᾶς ἐπισταίμεθα ποιεῖν, οὐδε- 289
νὸς ἂν ἀξία ἡ ἐπιστήμη εἴη. εἰ γὰρ μὴ κεχρῆσθαι
ἐπιστησόμεθα τῷ χρυσίῳ, οὐδὲν ὄφελος αὐτὸ ἐφάνη
ὄν. ἢ οὐ μέμνησαι; ἔφην ἐγώ. Πάνυ γ', ἔφη, μέ-

E. ὅτι ταύτην] Desunt haec verba in Bodl. Vat. Θ. Dein pro vulg. ἔφην e Coisl. Ven. Ξ. Angel. Barb. Pal. Urb. Vat. r. et Florentinis praeeunte Bekkero dedimus ἔφη, quod ratio flagitat.

ἄν τι ἡμᾶς ὄν.] Sic Bodl. Vat. Θr. Vind. Olim erat ἡμᾶς ἄν τι.

cem, et mei miserentes, utpote connitentis et sera agentis, et ipsi agant serio. De Rep. VI. p. 504. D. ἢ οὐ γελοῖον ἐπὶ μὲν ἄλλοις σμικροῦ ἀξίοις πᾶν ποιεῖν συντεινομένους; Ibid. E. συντεινόμενοι, ὅπως ὅ τι ἀκριβέστατα ἴδωσι. Legg. XI. p. 935. D. παίζοντι μὲν ἐξέστω τινὶ περὶ του λέγειν γελοῖον ἄνευ θυμοῦ· συντεταμένῳ δὲ καὶ μετὰ θυμοῦμὴ ἐξέστω μηδενί. Apte Winckelmannus comparat Sympos. p. 206. B. ἐν τίνι πράξει ἡ σπουδὴ καὶ ἡ σύντασις ἔρως ἂν καλοῖτο;

E. τοῦτο μὲν ἁπλοῦν] nonne hoc simpliciter valet et sine exceptione? Heindorf. V. de hoc usu vocabuli ad Symp. p. 183. D. De Rep. VIII. p. 545. E.

τοῦτό γε ἐξηλέγξαμεν, ὅτι οὐδὲν πλέον] at prius coarguendo docuimus, nihil prodesse, etiamsi nobis nullo negotio et sine labore terram effodiendi omne nobis aurum contingere. Nam ita ἐξελέγχειν nunc intelligendum: cuius usus exempla ad Gorg. p. 467. A. notavimus. Adde Theaet. p. 166. C. Phaedr. p. 273. B. Hipp. mai. p. 288. B. et quae congessit Wyttenbach. ad Plutarchi Moral. II. p. 1170.

P. 289. εἰ γὰρ μὴ κεχρῆσθαι] Heindorfius malebat καὶ χρῆσθαι. Frustra, siquidem monente Buttmanno Gr. Ampl. T. II. p. 256. κεχρῆσθαι raro habet vim et significationem temporis perfecti, multoque saepius significat semper uti ideoque habere. Xenoph. De Re Equestr. 4, 5. κεχρῆσθαι ταῖς ὁπλαῖς. Xenoph. Mem. II. 6, 7. ὃν ἂν τοῖς πρόσθεν ὁρῶ κεχρημένον. ubi ante Bornemannum erat χρώμενον. Eurip. Hippol. v. 349. ἡμεῖς δ' ἂν εἴμεν θατέρῳ κεχρημένοι. ubi vi indigendi ponitur. Nec alia ratio est loci Sophist. p. 223. D. ab Heindorfio ad h. l. collati itemque male tentati. Verum etiam Winckelmannus pervidit. Idem in proximis primus restituit οὐδὲν ὄφε-

μνημαι. Οὐδέ γε, ὡς ἔοικε, τῆς ἄλλης ἐπιστήμης ὄφελος γίγνεται οὐδέν, οὔτε χρηματιστικῆς οὔτε ἰατρικῆς οὔτε ἄλλης οὐδεμιᾶς, ἥτις ποιεῖν τι ἐπίσταται, χρῆσθαι δὲ μὴ ᾧ ἂν ποιήσῃ. οὐχ οὕτω;
B Συνέφη. Οὐδέ γε εἴ τις ἔστιν ἐπιστήμη, ὥστε ἀθανάτους ποιεῖν ἄνευ τοῦ ἐπίστασθαι τῇ ἀθανασίᾳ χρῆσθαι, οὐδὲ ταύτης ἔοικεν ὄφελος οὐδέν, εἴ τι δεῖ τοῖς πρόσθεν ὡμολογημένοις τεκμαίρεσθαι. Συνεδόκει ἡμῖν πάντα ταῦτα. Τοιαύτης τινὸς ἄρα ἡμῖν ἐπιστήμης δεῖ, ὦ καλὲ παῖ, ἣν δ' ἐγώ, ἐν ᾗ συμπέπτωκεν ἅμα τό τε ποιεῖν καὶ τὸ ἐπίστασθαι χρῆ-

P. 289. οὔτε ἄλλης οὐδεμιᾶς] οὐδεμιᾶς ἄλλης Coisl.

ᾧ ἂν ποιήσῃ] ὃ Ven. Ξ. Par. E. Urb. Vat. r. ἃ Ven. Σ. Par. BC. Barb.

B. Οὐδέ γε εἴ τις] Sic Coisl. ex corr. Vulg. οὐδ' εἴ γε εἴ τις, quod iam Steph. emendandum vidit.

ὡμολογημένοις τεκμαίρεσθαι] τεκμαίρεσθαι δεῖ Bodl.

λος αὐτὸ ἐφάνη, quod qui non intellexerunt, protenus αὐτοῦ correxerunt. Enimvero iungendum: αὐτὸ ἐφάνη οὐδὲν ὄφελος, scil. ἡμῖν. v. Hemsterhus. ad Lucian. Tim. §. 55.

τῆς ἄλλης ἐπιστήμης] H. e. omnis reliquae scientiae praeter illam, de qua modo dicebamus. Ita si haec intellexeris, Heindorfii coniectura τινὸς ἄλλης facile carebis.

B. οὐδὲ ταύτης ἔοικεν ὄφελος οὐδέν] Ne quis cum Heindorfio suspicetur infinitivum εἶναι excidisse. Certissimis enim exemplis ad hunc locum docuit Winckelmannus hac infinitivi omissione nihil esse usitatius. Plura coëgit Dobree ad Demosth. Olynth. III. p. 28. 7. in Adversariis p. 353.

ὃ ἂν ποιῇ] Tertia verbi persona post infinitivum pendentem ita sine τις de more posita v. ad. Lysid. p. 212. B. Criton. p. 49. D.

ἡμᾶς λυροποιοὺς δεινοὺς εἶναι —] Heindorfius vulgatum δεινοὺς in δεῖν mutavit, probantibus Schleiermachero et Bekkero. Ita hanc habebis sententiam: Multum igitur abest, sicuti videtur, ut nos oporteat lyrarum esse fabricatores et talis cuiuspiam artis (qualis est lyras fabricandi ars) peritos: ea enim usum instrumenti ab eius confectione prorsus seiunctum habet, ut multum inter se differant ἡ λυροποιικὴ et ἡ κιθαριστική. Winckelmannus autem tuendam censet lectionem vulgatam, quam sic interpretatur: multum igitur abest, ut si sumus periti lyrarum fabricatores, idcirco censendi simus illam, quam quaerimus, scientiam adepti esse. Etenim vir do-

σθαι τούτῳ, ὃ ἂν ποιῇ. Φαίνεται, ἔφη. Πολλοῦ ἄρα δεῖ, ὡς ἔοικεν, ἡμᾶς λυροποιοὺς δεινοὺς εἶναι καὶ τοιαύτης τινὸς ἐπιστήμης ἐπηβόλους. ἐνταῦθα γὰρ C δὴ χωρὶς μὲν ἡ ποιοῦσα τέχνη, χωρὶς δὲ ἡ χρωμένη, διῄρηται δὲ τοῦ αὐτοῦ πέρι. ἡ γὰρ λυροποιϊκὴ καὶ ἡ κιθαριστικὴ πολὺ διαφέρετον ἀλλήλοιν. οὐχ οὕτω; Συνέφη. Οὐδὲ μὴν αὐλοποιϊκῆς γε δῆλον ὅτι δεόμεθα. καὶ γὰρ αὕτη ἑτέρα τοιαύτη. Συνεδόκει. Ἀλλὰ πρὸς θεῶν, ἔφην ἐγώ, εἰ τὴν λογοποιϊκὴν τέχνην μάθοιμεν, ἆρά ἐστιν αὕτη, ἣν ἔδει κεκτημένους ἡμᾶς εὐδαίμονας εἶναι; Οὐκ οἶμαι, ἔφη, ἐγώ,

λυροποιοὺς δεινοὺς εἶναι] Heind. et Bekker. de Heusdii coniectura dederunt δεῖν εἶναι. Scribendum videtur: δεινοὺς ὄντας εἶναι. Cod. Angel. δεικνὺς εἶναι. Urb. εἶναι δεινούς. Dein Vat. Θ. Bodl. Vindob. ἐπιβούλους, vitiose.

C. διῄρηται δὲ τοῦ αὐτοῦ πέρι] Sic cum Winckelmanno nunc dedi e Bodl. Vat. Θr. et Vindob. Vulgo legebatur: τέχνη, χωρὶς δὲ ἡ χρωμένη διῄρηται τοῦ αὐτοῦ πέρι.

cissimus non iniuria haesit in eo, quod καὶ τοιαύτης τινὸς ἐπιστήμης ex Heindorfii ratione nunc de alio scientiae genere accipiendum est atque antea in verbis: Τοιαύτης τινὸς ἄρα ἡμῖν ἐπιστήμης δεῖ. Sed quamquam hoc verissime ita ab eo iudicatum est, tamen desideramus aliquid ad loci integritatem. Scriptum enim oportuit ἡμᾶς λυροποιοὺς δεινοὺς ὄντας εἶναι καὶ κ. τ. λ. Videtur igitur participium errore incidisse. Vocem ἐπήβολος exemplis illustrat Ruhnken. ad Tim. p. 116. etymon eius erudite exquirit Boeckhius In Min. et Legg. p. 148 sq. quo loco statuit non ab ἐπὶ et βάλλειν, sed ab ἐπὶ et obsoleto ἐβάλλειν repetendam esse eius originem. conf. tamen Lobeck. ad Phrynich. p. 699.

C. διῄρηται δὲ τοῦ αὐτοῦ πέρι] H. e. quamquam divisa ac seiuncta est unius eiusdemque rei habita ratione. De sententia ita per δὲ annexa v. Menon. p. 77. D. Gorg. p. 464. A. ibique ann. Usum praepositionis περὶ ad Phaedr. p. 231. D. p. 250. C. notavimus.

Οὐδὲ μὴν αὐλοποιικῆς — δεόμεθα] H. e. δῆλον μὴν ὅτι οὐδὲ — δεόμεθα, quibus iam aptissime subiungitur istud: καὶ γὰρ αὕτη ἑτέρα τοιαύτη. Sine causa Heusdius Spec. Crit. p. 61 verba δῆλον ὅτι δεόμεθα ex glossemate orta iudicabat, ut οὐδὲ μὴν αὐλοποικῆς γε e praecedenti ἐπηβόλους penderet, merito hoc nomine reprehensus ab Heindorfio ad h. l. et Buttmanno ad Criton. c. 14.

ἣν ἔδει κεκτημένους ἡμᾶς —] H. e. ἣν ἔδει κεκτῆσθαι ἡμᾶς ὥστε εὐδαίμονας εἶναι v. ad p. 282. E. Imperfectum autem, quia respicitur ad superiora, de more positum. v. ad Criton. p. 47. D. De Rep. VI. p. 490. A. ubi multa huius usus exempla congessimus.

D ὁ Κλεινίας ὑπολαβών. Τίνι τεκμηρίῳ, ἦν δ' ἐγώ, χρῇ; Ὁρῶ, ἔφη, τινὰς λογοποιούς, οἳ τοῖς ἰδίοις λόγοις, οἷς αὐτοὶ ποιοῦσιν, οὐκ ἐπίστανται χρῆσθαι, ὥσπερ οἱ λυροποιοὶ ταῖς λύραις, ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα ἄλλοι δυνατοὶ χρῆσθαι οἷς ἐκεῖνοι εἰργάσαντο, οἱ λογοποιεῖν αὐτοὶ ἀδύνατοι. δῆλον οὖν, ὅτι καὶ περὶ λόγους χωρὶς ἡ τοῦ ποιεῖν τέχνη καὶ ἡ τοῦ χρῆσθαι. Ἱκανόν μοι δοκεῖς, ἔφην ἐγώ, τεκμήριον λέγειν, ὅτι οὐχ αὕτη ἐστὶν ἡ τῶν λογοποιῶν τέχνη, ἣν ἂν κτησάμενός τις εὐδαίμων εἴη. καίτοι ἐγὼ ᾤμην ἐνταῦθά που φανήσεσθαι τὴν ἐπιστήμην, ἣν δὴ πάλαι ζη-
E τοῦμεν. καὶ γάρ μοι οἵ τε ἄνδρες αὐτοὶ οἱ λογοποιοί, ὅταν συγγένωμαι αὐτοῖς, ὑπέρσοφοι, ὦ Κλεινία, δοκοῦσιν εἶναι καὶ αὐτὴ ἡ τέχνη αὐτῶν θεσπεσία τις καὶ ὑψηλή. καὶ μέντοι οὐδὲν θαυμαστόν· ἔστι γὰρ

D. *οἱ λογοποιεῖν αὐτοὶ ἀδύν.*] Libri *λυροποιεῖν*, quod emendavit Routhius. Praeterea recentiores οἳ ediderunt.

P. 290. *τραπoίμεθ' ἂν ἔτι*] Recte Steph. *ἔτι*. Libri omnes *ὅτι ἐπὶ π. τ.*

D. *τινὰς λογοποιούς* —] Qui argumentationis huius rationem perspexerint, iis non poterit esse obscurum, cur *λογοποιὸς* hoc loco dicatur scriptor causarum forensium, qui alias *λογογράφος* vocari solet. v. Pierson ad Moer. p. 244. iam a Routhio hoc nomine laudatus. conf. p. 290. A. unde liquido apparet ipsum Platonem non aliter hoc vocabulum voluisse intelligi.

ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα] in hoc genere, quo de orationibus agitur.

οἱ λογοποιεῖν αὐτοὶ ἀδύνατοι] Appositio cum gravitate quadam subiecta pertinet ad *ἄλλοι*: sie, die selbst Reden zu fertigen unfähig sind. Exempla huius verborum collocationis notavimus De Rep. IX. p. 579. A. Phaedr. p. 241. B. Hipp. mai. p. 285. B. Itaque articulum *οἱ* nolim Schleiermacherus et Heindorfius in *οἳ* commutavissent. Quod autem Mudgius, Buttmannus, Heindorfius pro eo, quod libri habent *λυροποιεῖν*, reponendum iudicarunt *λογοποιεῖν*, id tam certum putamus, quam quod certissimum. Neque enim probamus Winckelmannum verba *οἱ λογοπ. αὐτοὶ ἀδύνατοι* pro glossemate habentem. Sunt enim satis commode adiecta, et corrupta ab iis, qui vim et efficaciam huius appositionis non percepissent.

E. *οἵ τε ἄνδρες αὐτοί*] Non improbabilis est coniectura Heindorfii scribendum suspicantis *οἵ τε ἄνδρες οὗτοι*. Sequitur enim *καὶ αὐτὴ ἡ τέχνη*. Mox fuit qui legendum putaret: *μικρῷ δὲ ἐκείνης ὑποδ.* Nec tamen adducor, ut *τε* mutandum credam. Minus etiam placet

τῆς τῶν ἐπῳδῶν τέχνης μόριον σμικρῷ τε ἐκείνης ὑποδεεστέρα. ἡ μὲν γὰρ τῶν ἐπῳδῶν ἔχεών τε καὶ 290
φαλαγγίων καὶ σκορπίων καὶ τῶν ἄλλων θηρίων τε καὶ νόσων κήλησίς ἐστιν, ἡ δὲ δικαστῶν τε καὶ ἐκκλησιαστῶν καὶ τῶν ἄλλων ὄχλων κήλησίς τε καὶ παραμυθία τυγχάνει οὖσα. ἦ σοι, ἔφην ἐγώ, ἄλλως πως δοκεῖ; Οὔκ, ἀλλ' οὕτω μοι φαίνεται, ἔφη, ὡς σὺ λέγεις. Ποῖ οὖν, ἔφην ἐγώ, τραποίμεθ' ἂν ἔτι; ἐπὶ ποίαν τέχνην; Ἐγὼ μὲν οὐκ εὐπορῶ, ἔφη. Ἀλλ', ἦν δ' ἐγώ, ἐμὲ οἶμαι εὑρηκέναι. Τίνα; ἔφη ὁ Κλεινίας. Ἡ στρατηγική μοι δοκεῖ, ἔφην ἐγώ, τέχνη Β
παντὸς μᾶλλον εἶναι, ἣν ἄν τις κτησάμενος εὐδαίμων εἴη. Οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ. Πῶς; ἦν δ' ἐγώ. Θηρευτική τις ἥδε γέ ἐστι τέχνη ἀνθρώπων. Τί δὴ οὖν; ἔφην ἐγώ. Οὐδεμία, ἔφη, τῆς θηρευτικῆς αὐτῆς

ἐμὲ οἶμαι] ἐμὲ additum e Bodl. Vat. Θr. v. commentar.

B. ἔφην ἐγώ, τέχνη] ἐγώ, quod vulgo deerat, primus addidi e Bodl. Vat. r. Vind. Urb. et rec. Ven. Ξ.

quod Backius apud Groen van Prinsterer Prosopogr. Plat. p. 116. coniecit μικρῷ τι ἐκ. ὑπ. Sententia haec est: est enim artis incantandi particula eique non multum cedit: illa enim viperarum et aranearum et scorpionum et ceterarum ferarum ac morborum mitigatio est; haec autem iudicum et concionum et reliquarum turbarum mitigatione et placatione continetur. Voc. παραμυθία et παραμυθεῖσθαι ita de affectuum levatione et mitigatione usurpari ad Phaedon. p. 70. B. et Ion. p. 540. C. observavimus.

P. 290. ἐμὲ οἶμαι εὑρηκέναι] Accusativi cum infinitivo rationem explicavimus ad Hipp. mai. p. 282. E. Symp. p. 175. C. p. 220. E. p. 223. C. De Rep. III. p. 400. C. Adde Xenoph. Cyrop. I. 4, 4. V. 1, 20. VIII. 2, 25. coll. infra p. 305. D. Ita iam Homerus Iliad. v. 269 οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐμέ φημι λελασμένον ἔμμεναι ἀλκῆς. Hanc structuram cum altera coniunxit Propertius III. 6, 39. Me quoque consimili impositum torquerier igni Iurabo, et bis sex integer esse dies. Vulgo ἐμὲ deest, quod oppositionis ratione requiri nec Heindorfium praeteriit, qui ἐγὼ excidisse suspicatus est.

B. Οὐδεμία, ἔφη, τῆς θηρευτικῆς αὐτῆς ἐπὶ πλ.] Recte iudicavit Heindorfius οὐδείς ita cum genitivo copulari non solere, ideoque Routhii interpretationem hanc: Nulla pars ipsius artis venatoriae latius patet quam ut venetur et subigat, in Graecis non inesse, licet eam

ἐπὶ πλέον ἐστὶν ἢ ὅσον θηρεῦσαι καὶ χειρώσασθαι. ἐπειδὰν δὲ χειρώσωνται τοῦτο, ὃ ἂν θηρεύωνται, οὐ δύνανται τούτῳ χρῆσθαι, ἀλλ' οἱ μὲν κυνηγέται καὶ οἱ ἁλιεῖς τοῖς ὀψοποιοῖς παραδιδόασιν, οἱ δ' αὖ γεωμέτραι καὶ οἱ ἀστρονόμοι καὶ οἱ λογιστικοί — θηρευτικοὶ γάρ εἰσι καὶ οὗτοι· οὐ γὰρ ποιοῦσι τὰ διαγράμματα ἕκαστοι τούτων, ἀλλὰ τὰ ὄντα ἀνευρίσκουσιν — ἅτε οὖν χρῆσθαι αὐτοῖς οὐκ ἐπιστάμενοι, ἀλλὰ θηρεῦσαι μόνον, παραδιδόασι δήπου τοῖς διαλεκτικοῖς καταχρῆσθαι αὐτῶν τοῖς εὑρήμασιν, ὅσοι γε αὐτῶν μὴ παντάπασιν ἀνόητοί εἰσιν. Εἶεν, ἦν

C

ἢ ὅσον θηρεῦσαι] Coisl. *ἢ ὅσον ἐστὶ θηρεῦσαι.* Mox Steph. *θηρεύσωνται*, invitis codicibus.

C. *τὰ διαγράμματα ἕκαστοι*] *ἕκαστα* Bodl. Vat. Or. Vind.

χρῆσθαι αὐτοῖς οὐκ ἐπ.] V. *χρῆσθαι αὐτοὶ αὐτοῖς*, quod mutatum e Bodl. Vat. Θ.

concedendum sit per se esse aptissimam. Accedit quod nullo modo intelligitur, quid istud *αὐτῆς* sibi velit, quum arti venatoriae nihil opponatur, quod ab ipsa distinguendum sit. Itaque ego in ea sententia sum, ut virum doctissimum putem illud *αὐτῆς* non male in *δύναμις* mutavisse. Nam ita eadem verborum constructio est atque Gorg. p. 453. A. *ἢ ἔχεις τι λέγειν ἐπὶ πλέον τὴν ῥητορικὴν δύνασθαι ἢ πειθὼ τοῖς ἀκούουσιν ἐν τῇ ψυχῇ ποιεῖν*; Nisi forte praestat altera ratio ab eodem viro docto proposita, qua pro *αὐτῆς* maluit *ἁπάσης* scribi. Eodem certe modo Cicero Offic. I. 13 Totius autem iustitiae nulla capitalior est quam eorum etc. Librorum lectionem defendit Winckelmannus, qui locum sic interpretatur: nulla ars venatrix latius patet quam ipsa ars venandi, videlicet quam ut venetur et subigat. Quod equidem magnopere vereor, ne Plato ipse dicere non voluerit. Ceterum *τῆς θηρευτικῆς* idem ambitus est Sophist. p. 219. B. E. ad quem locum de hac re plura dicemus: ad *χειρώσωνται* autem intelligas *οἱ θηρευτικοί*.

C. *οὐ γὰρ ποιοῦσι τὰ διαγράμματα*] non enim ipsi figurarum geometricarum auctores sunt, ut eorum ars non sit *ποιητικὴ* quaedam existimanda; sed ea, quae iam sunt, investigant, ideoque *θηρευτικὴ* potius iis propria iudicari debet. Quod *διαγράμματα* memorantur sola, quum tamen etiam de *ἀστρονόμοις* et *λογιστικοῖς* sermo sit, in eo nemo temere haerebit, siquidem haec exempli loco afferuntur ita, ut geometrarum potissimum ratio habeatur. Usum voc. *διαγράμματα* ad Menon. p. 81. B. et Phaedon. p. 73. B. notavimus.

ἅτε οὖν χρῆσθαι —] Resumitur orationis filum post *οἱ δ' αὖ γεωμέτραι — καὶ οἱ λο-*

δ' ἐγώ, ὦ κάλλιστε καὶ σοφώτατε Κλεινία· τοῦτο οὕτως ἔχει; Πάνυ μὲν οὖν. καὶ οἵ γε στρατηγοί, ἔφη, οὕτω τὸν αὐτὸν τρόπον, ἐπειδὰν ἢ πόλιν τινὰ θηρεύσωνται ἢ στρατόπεδον, παραδιδόασι τοῖς πολιτικοῖς ἀνδράσιν· αὐτοὶ γὰρ οὐκ ἐπίστανται χρῆσθαι τούτοις, ἃ ἐθήρευσαν· ὥσπερ, οἶμαι, οἱ ὀρτυγοθῆραι τοῖς ὀρτυγοτρόφοις παραδιδόασιν. εἰ οὖν, ἦ δ' ὅς, δεόμεθα ἐκείνης τῆς τέχνης, ἥτις ᾧ ἂν κτήσηται ἢ ποιήσασα ἢ θηρευσαμένη, αὐτὴ καὶ ἐπιστήσεται χρῆσθαι, καὶ ἡ τοιαύτη ποιήσει ἡμᾶς μακαρίους, ἄλλην δή τινα, ἔφη, ζητητέον ἀντὶ τῆς στρατηγικῆς. D

τοῦτο οὕτως ἔχει] ἔχοι Steph. errore.

D. ἥτις ᾧ ἂν κτησ.] Sic Bodl. Vat. Or. et Vind. Olim perperam ἂν etiam post ἥτις insertum legebatur. Mox Bodl. αὕτη καὶ ἐπ.

ἄλλην δή τινα] Bodl. Vat. Or. Urb. δέ τινα, quod recepit Winckelmann.

γιστικοῦ parenthesi abruptum: in qua epanalepsi οὖν propriam habet sedem. v. ad Lysid. p. 223. B.

παραδιδόασι δήπου τοῖς διαλεκτικοῖς] Nam uni dialecticae hoc est propositum, ut ipsam vim et naturam cuiusque rei investiget, neque subsistat in rerum adspectabilium exploratione, sicuti ceterae artes ac disciplinae. De quo loco philosophus copiose exposuit De Rep. VII. p. 531. B. — 536. C. ubi inter alia p. 533. C. αἱ δὲ λοιπαὶ (ἐπιστῆμαι), ἃς τοῦ ὄντος τι ἔφαμεν ἐπιλαμβάνεσθαι, γεωμετρίαν τε καὶ τὰς ταύτῃ ἑπομένας, ὁρῶμεν ὡς ὀνειρώττουσι μὲν περὶ τὸ ὄν, ὕπαρ δὲ ἀδύνατον αὐταῖς ἰδεῖν, ἕως ἂν ὑποθέσεσι χρώμεναι ταύτας ἀκινήτους ἐῶσι, μὴ δυνάμενοι λόγον διδόναι αὐτῶν. — οὐκοῦν ἡ διαλεκτικὴ μέθοδος μόνη ταύτῃ πορεύεται, τὰς ὑποθέσεις ἀναιροῦσα ἐπὶ τὴν ἀρχήν, κ. τ. λ. Itaque non obscurum puto, quid sit, in quo istud καταχρῆσθαι cernatur.

D. τοῖς πολιτικοῖς ἀνδράσι] H. e. viris rerum civilium peritis, qui hodie vocantur diplomatici. Hi enim urbibus vel castris expugnatis cum hostibus de deditione, de pacis conditionibus, de foederibus et pactis ineundis agere solent. Acerbe autem adduntur verba, ὥσπερ οἱ ὀρτυγοθῆραι τοῖς ὀρτυγοτρόφοις, de quibus vere Schleiermacherus: Schwerlich steht dieses Gleichniss hier ohne eine strafende Rücksicht auf das Verfahren der mächtigeren griechischen Staaten gegen die kleineren, die sich in einer Art Abhängigkeit von ihnen befanden. Neque enim assentior Winckelmanno Midiam notari putanti, de quo v. Alcibiad. I. p. 120. A.

ἄλλην δή τινα — ζητητέον] Quod codices optimi fere scriptum praebent ἄλλην δέ τινα, id nollem Winckelmannus protenus arripuisset. Nam quae

E Cap. XVIII. *ΚΡ. Τί λέγεις σύ, ὦ Σώκρατες; ἐκεῖνο τὸ μειράκιον τοιαῦτ' ἐφθέγξατο;*

ΣΩ. Οὐκ οἴει, ὦ Κρίτων;

ΚΡ. Μὰ Δί' οὐ μέντοι. οἶμαι γὰρ αὐτὸν ἐγώ, εἰ ταῦτ' εἶπεν, οὔτ' Εὐθυδήμου οὔτε ἄλλου οὐδενὸς ἔτ' ἀνθρώπου δεῖσθαι εἰς παιδείαν.

ΣΩ. Ἀλλ' ἆρα, ὦ πρὸς Διός, μὴ ὁ Κτήσιππος ἦν ὁ ταῦτ' εἰπών, ἐγὼ δὲ οὐ μέμνημαι;

201 *ΚΡ. Ποῖος Κτήσιππος;*

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν τόδε εὖ οἶδα, ὅτι οὔτε Εὐθύδημος οὔτε Διονυσόδωρος ἦν ὁ εἰπὼν ταῦτα. ἀλλ',

P. 291. *Ἀλλὰ μὴν τόδε εὖ οἶδα*] Sic Vat. r. Ceteri cum vett. editt. *τό γε*. Scribendum fortasse *τόδε γε*.

οὔτε Διονυσόδωρος] V. *οὔτε ὁ Δ.* Articulum om. Bodl. Coisl. Vat. Ox. Vind.

Buttmannus ad Demosth. Midian. or. p. 150 sqq. disputavit, ea certe in hunc locum non conveniunt. Is enim docuit δὲ ita demum eo modo usurpari, sicubi eo opus fuerit, sententiis in protaseos et apodoseos formam redactis. Quae ratio ab hoc loco prorsus est aliena.

Ἀλλ' ἆρα — μὴ ὁ Κτήσιππος] Aptissime hic *ἀλλ' ἆρα* ponitur. Quum enim Crito tantam esse adolescentuli sapientiam valde miratus sit, Socrates suam iam retractans sententiam se dubitare simulat, num ille haec revera disseruerit. Itaque respondet: At rebus ita comparatis num Ctesippus fuit potius qui haec dixerit? isto *ἆρα* cum ironico quodam lepore significans sibi sane tantam pueruli sapientiam iam miram accidere. Quocirca mirari licet Schneiderum ad Pol. II. p. 374. B. hic *ἆρα* necessario requiri iudicantem. conf. ad p. 286. B.

P. 291. *Ποῖος Κτήσιππος*] Negantis est cum indignatione quadam et contemtu. v. ad Hipp. mai. p. 285. D.

Ἀλλὰ μὴν τόδε εὖ οἶδα] Vulgatum *τό γε* ita demum stare posset, si certis testimoniis esset demonstratum articulum apud Atticos prosae orationis scriptores ita demonstrativi pronominis munere fungi solere. Cuius usus exempla quia nulla reperiuntur, ne hic quidem dubitandum est, quin Vat. r. et teste Schneidero ad Polit. VIII. p. 546. C. cod. Lobcow. veram lectionem *τόδε* servaverint. Magis tamen placet quod Bernhardy Syntax. p. 312. restitui voluit *τόδε γε*. Eodem modo erratum est Politic. p. 305. C. *τό γε δὴ κατανοητέον*. ubi aliquot codd. *τόδε δὴ κατανοητέον*. Xenoph. Mem. II. 2, 4. plerique libri perperam *τοῦ γε ἀπολυσόντων*; recte alii *τοῦτόν γε*. Ibid. III. 10, 4. vulgo *τό γε* pro

ὦ δαιμόνιε Κρίτων, μή τις τῶν κρειττόνων παρὼν αὐτὰ ἐφθέγξατο; ὅτι γὰρ ἤκουσά γε ταῦτα, εὖ οἶδα.

ΚΡ. Ναὶ μὰ Δία, ὦ Σώκρατες· τῶν κρειττόνων μέντοι τις ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ πολύ γε. ἀλλὰ μετὰ τοῦτο ἔτι τίνα ἐζητήσατε τέχνην; καὶ εὕρετε ἐκείνην ἢ οὐχ εὕρετε, ἧς ἕνεκα ἐζητεῖτε;

ΣΩ. Πόθεν, ὦ μακάριε, εὕρομεν; ἀλλ' ἦμεν Β
πάνυ γελοῖοι, ὥςπερ τὰ παιδία τὰ τοὺς κορυδοὺς διώκοντα· ἀεὶ ᾠόμεθα ἑκάστην τῶν ἐπιστημῶν αὐτίκα λήψεσθαι, αἱ δ' ἀεὶ ὑπεξέφυγον. τὰ μὲν οὖν πολλὰ τί ἄν σοι λέγοιμι; ἐπὶ δὲ δὴ τὴν βασιλικὴν

τῶν κρειττόνων μέντοι τις] τῶν om. Bodl. Vat. Θ.

B. κορυδοὺς διώκ.] Bodl. Vat. Θr. mutato accentu κορύδους.

τὰ μὲν οὖν πολλά] Sic Bodl. Vat. Θ. Vulgo τὰς μὲν οὖν πολλάς.

τοῦτό γε. Anab. IV. 6, 3. al. Nimirum istae citerioris Graecitatis sordes sunt.

μή τις τῶν κρειττόνων] Quia non statim meminit, quis illa dixerit, lepide se fingit fortasse dei alicuius vocem exaudivisse. Nam οἱ κρείττονες saepe sunt dii, de quo loquendi genere praeter Heindorfium et Routhium ad h. l. dixit Schaefer. Melett. p. 31. breviter monuit Dissen ad Pindar. p. 132. ed. Goth. Hanc vero responsionem Crito lepidissime ita accipit, ut τοὺς κρείττονας non iam de diis intelligat, sed de praestantiore ac sapientiore aliquo disputatore velit cogitari. Enimvero significat, nisi fallor, ipsum Socratem ea disseruisse, quae ab eo Cliniae adolescentulo tributa sint.

B. Πόθεν — εὕρομεν] „Indicativo opus est, ut De Rep. I. p. 330. A. πότερον — ὦ Κέφαλε, ὧν κέκτησαι τὰ πλείω παρέλαβες ἢ ἐπεκτήσω; Ποῖ' ἐπεκτησάμην — ὦ Σώκρατες;" Heindorf. De verbis, ἦμεν πάνυ γελοῖοι, v. ad Protagor. p. 340. D. Proxima, quae proverbii speciem habent, tractavit Ruhnkenius ad Tim. p. 164. et cum similibus contendit Gataker ad Antonin. VI. 15. Ceterum τὴν κορυδαλὸν esse alaudam cristatam Schneider. ad Eclogg. Phys. p. 52. docuit. Schol. ὄρνιθες ὄρνιξιν ὅμοιοι, οὓς ἔνιοι κορυδαλούς φασι. Quam observationem confirmant quae disputavit Lobeckius ad Phrynichum p. 338.

τὰ μὲν οὖν πολλὰ τί ἄν σοι λ.] Fuit qui τὰ μὲν οὖν ἄλλα legendum suspicaretur. Non inepte. Nec tamen mutanda est librorum scriptura, cuius hic est sensus: Et multa quidem illa, quae disputavimus, quid tibi referam? Ceterum de arte regia

ἐλθόντες τέχνην καὶ διασκοπούμενοι αὐτήν, εἰ αὕτη εἴη ἡ τὴν εὐδαιμονίαν παρέχουσά τε καὶ ἀπεργαζομένη, ἐνταῦθα ὥσπερ εἰς λαβύρινθον ἐμπεσόντες, οἰόμενοι ἤδη ἐπὶ τέλει εἶναι, περικάμψαντες πάλιν
C ὥσπερ ἐν ἀρχῇ τῆς ζητήσεως ἀνεφάνημεν ὄντες καὶ τοῦ ἴσου δεόμενοι, ὅσουπερ ὅτε τὸ πρῶτον ἐζητοῦμεν.

ΚΡ. Πῶς δὴ τοῦτο ὑμῖν συνέβη, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Ἐγὼ φράσω. ἔδοξε γὰρ δὴ ἡμῖν ἡ πολιτικὴ καὶ ἡ βασιλικὴ τέχνη ἡ αὐτὴ εἶναι.

ΚΡ. Τί οὖν δή;

ΣΩ. Ταύτῃ τῇ τέχνῃ ἥ τε στρατηγικὴ καὶ αἱ ἄλλαι παραδιδόναι ἄρχειν τῶν ἔργων, ὧν αὐταὶ δημιουργοί εἰσιν, ὡς μόνῃ ἐπισταμένῃ χρῆσθαι. σαφῶς οὖν ἐδόκει ἡμῖν αὕτη εἶναι, ἣν ἐζητοῦμεν, καὶ ἡ αἰ-
D τία τοῦ ὀρθῶς πράττειν ἐν τῇ πόλει, καὶ ἀτεχνῶς κατὰ τὸ Αἰσχύλου ἰαμβεῖον μόνη ἐν τῇ πρύμνῃ καθῆσθαι τῆς πόλεως, πάντα κυβερνῶσα καὶ πάντων ἄρχουσα πάντα χρήσιμα ποιεῖν.

ΚΡ. Οὐκοῦν καλῶς ὑμῖν ἐδόκει, ὦ Σώκρατες;

Cap. XIX. ΣΩ. Σὺ κρινεῖς, ὦ Κρίτων, ἐὰν

εἰ αὕτη εἴη ἡ τὴν εὐδ.] αὐτὴ Bodl. Vat. Θ. Urb. Dein Bodl. Vat. Θ. omittit verba παρέχουσά τε καὶ, quae nec Ficinus expressit.

C. ὧν αὐταὶ δημ.] Plerique libri αὗται, quod correxit Heindorf.

ἣν ἐζητοῦμεν] Steph. cum Par. E. ζητοῦμεν.

D. ἄρχουσα πάντα] Sic Bodl. Coisl. Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Vindob. Par. BC. Ang. Barb. Pal. Vat. r. Flor. a. c. pro vulg. ἄρχουσα καὶ πάντα, quod solus Par. E. cum Flor. b. o. tuetur.

καὶ τὰ μετὰ ταῦτα — πάλιν ἐσκοποῦμεν] Vat. Θ.

cur deinde disceptetur, in Prolegomenis explicare conati sumus.

C. Ταύτῃ τῇ τέχνῃ — παραδιδόναι] Intell. ἔδοξαν, cuius rationis alia exempla attuli ad Apolog. Socrat. p. 25. B.

D. κατὰ τὸ Αἰσχύλου ἰαμβεῖον] Aeschyli Trag. Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις v. 1. Κάδμου πολῖται, χρὴ λέγειν τὰ καίρια Ὅστις φυλάσσει πρᾶγος ἐν πρύμνῃ πόλεως Οἴακα νωμῶν, βλέφαρα μὴ κοιμῶν ὕπνῳ.

τι ἡμῖν ἀπεργάζεται] Hoc non dubitavi de coniectura recipere pro τί ἡμῖν ἀπεργάζηται. Quum enim addatur ἢ οὐδέν; ac deinceps demum interrogetur, quidnam sit in quo tractando versetur ars regia, nunc

βούλῃ ἀκούειν καὶ τὰ μετὰ ταῦτα συμβάντα ἡμῖν. αὖθις γὰρ δὴ πάλιν ἐσκοποῦμεν ὅδέ πως· Φέρε, πάντων ἄρχουσα ἡ βασιλικὴ τέχνη τι ἡμῖν ἀπεργάζεται ἔργον; ἢ οὐδέν; Πάντως δήπου, ἡμεῖς ἔφαμεν πρὸς ἀλλήλους. Οὐ καὶ σὺ ἂν ταῦτα φαίης, ὦ Κρίτων; E

ΚΡ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Τί οὖν ἂν φαίης αὐτῆς ἔργον εἶναι; ὥσπερ εἰ σὲ ἐγὼ ἠρώτων, πάντων ἄρχουσα ἡ ἰατρική, ὧν ἄρχει, τί ἔργον παρέχεται; οὐ τὴν ὑγίειαν φαίης;

ΚΡ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Τί δέ; ἡ ὑμετέρα τέχνη ἡ γεωργία, πάντων ἄρχουσα, ὧν ἄρχει, τί ἔργον ἀπεργάζεται; οὐ τὴν τροφὴν ἂν φαίης τὴν ἐκ τῆς γῆς παρέχειν ἡμῖν; 292

ΚΡ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Τί δέ; ἡ βασιλικὴ πάντων ἄρχουσα, ὧν ἄρχει, τί ἀπεργάζεται; ἴσως οὐ πάνυ γ' εὐπορεῖς.

ΚΡ. Μὰ τὸν Δία, ὦ Σώκρατες.

Vindob. Bodl. *μετὰ γὰρ τὰ ἔμπροσθεν συμβάντα ἡμῖν* (om. Bodl.) *αὖτις* (Vind. *αὖθις*) *μετὰ ταῦτα ἐσκοποῦμεν.* Idem habet Vat. r. praeterquam quod hic verba *συμβάντα ἡμῖν αὖτις μετὰ* omittit.

εἰ ἐγώ σε ἠρωτῶην] *σε ἐγὼ* Bodl. Vat. Θ. r. Vindob. quod recepi.

τί ἔργον ἀπεργάζεται] *ἔργον* post *ἀπεργάζεται* ponunt Ven. Ξ. Par. C. Angel. Barber. Palat. Urb. alii, cum ed. Bas. 2. Vulgo deerat, ut in Par. BE. Quod nos dedimus, debetur Bodl. Vat. Θ. r. Vind. Ven. Σ. Coisl.

profecto requiritur quod Ficinus ita expressit: ars illa regia aliquod opus efficit, annon? Fallitur autem Heindorfius Platonem putans *τι* post *ἔργον* potius fuisse collocaturum. Nimirum *τὶς* est ecquis, quod ne putes temere in initio poni, conferas Hermannum ad Viger. ann. 151. p. 730.

E. *ἡ ὑμετέρα τέχνη ἡ γεωργία*] „Multi cives Athenienses, qui in Attica habebant praedia, agros suos ipsi colere solebant.“ Routh. Conf. Boeckh. Oeconom. Athen. T. I. 44 sq. Critonem fuisse in numero *τῶν χρηματιστῶν* ipse philosophus infra p. 304. C. significavit.

ΣΩ. Οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς, ὦ Κρίτων. ἀλλὰ τοσόνδε γε οἶσθα, ὅτι εἴπερ ἐστὶν αὕτη ἣν ἡμεῖς ζητοῦμεν, ὠφέλιμον αὐτὴν δεῖ εἶναι.

ΚΡ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἀγαθόν γέ τι δεῖ ἡμῖν αὐτὴν παραδιδόναι;

ΚΡ. Ἀνάγκη, ὦ Σώκρατες.

B ΣΩ. Ἀγαθὸν δέ γέ που ὡμολογήσαμεν ἀλλήλοις ἐγώ τε καὶ Κλεινίας οὐδὲν εἶναι ἄλλο ἢ ἐπιστήμην τινά.

ΚΡ. Ναί, οὕτως ἔλεγες.

ΣΩ. Οὐκοῦν τὰ μὲν ἄλλα ἔργα, ἃ φαίη ἄν τις πολιτικῆς εἶναι — πολλὰ δέ που ταῦτ' ἂν εἴη, οἷον πλουσίους τοὺς πολίτας παρέχειν καὶ ἐλευθέρους καὶ ἀστασιάστους — πάντα ταῦτα οὔτε κακὰ οὔτε ἀγαθὰ ἐφάνη, ἔδει δὲ σοφοὺς ποιεῖν καὶ ἐπιστήμης μεταδιδόναι, εἴπερ ἔμελλεν αὕτη εἶναι ἡ ὠφελοῦσά τε καὶ εὐδαίμονας ποιοῦσα.

C ΚΡ. Ἔστι ταῦτα· τότε γοῦν οὕτως ὑμῖν ὡμολογήθη, ὡς σὺ τοὺς λόγους ἀπήγγειλας.

P. 292. C. *καὶ πάντα ἀγαθούς*] Sic Bodl. Vat. Θr. Vind. Vulgo erat *πάντως*. Frequentissimum est *πάντα ἀγαθός*, *πάντα ἄριστος*, *πάντα σοφός*, *πάντα εὐδαίμων*, quod nuper docuit Lobeck. ad Aiacem p. 482 sq. ed. sec.

D. *ἦ τί χρησόμεθα*] V. *ἤ*, quod Heusdius et Heindorfius emendarunt. Ven. Σ. *ἦ*. Vat. Θ. Coisl. *ἦ*. Idem error in proximis cum Bodl. Coisl. Ven. Ξ. sublatus est.

P. 292. D. *τῶν μὲν γὰρ ἔργων* —] nam operum neque malorum neque bonorum nullius eam oportet esse effectricem, scientiam autem nullam aliam impertire nisi semet ipsam. Itaque iam dicamus, quaenam tandem haec sit, qua quid faciamus?

ὅτι ἄλλους ποιήσουσιν] Intell. *ἀγαθοὺς καὶ χρησίμους*, non indicata ea re, in qua boni et utiles sint evasuri. — *ἠτιμάσαμεν*, i. e. nihili feci-

ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἡ βασιλικὴ σοφοὺς ποιεῖ τοὺς ἀνθρώπους καὶ ἀγαθούς;

ΚΡ. Τί γὰρ κωλύει, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Ἀλλ' ἆρα πάντας καὶ πάντα ἀγαθούς; καὶ πᾶσαν ἐπιστήμην, σκυτοτομικήν τε καὶ τεκτονικὴν καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας, αὕτη ἡ παραδιδοῦσά ἐστιν;

ΚΡ. Οὐκ οἶμαι ἔγωγε, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ἀλλὰ τίνα δὴ ἐπιστήμην; ἦ τί χρησόμεθα; D τῶν μὲν γὰρ ἔργων οὐδενὸς δεῖ αὐτὴν δημιουργὸν εἶναι τῶν μήτε κακῶν μήτε ἀγαθῶν, ἐπιστήμην δὲ παραδιδόναι μηδεμίαν ἄλλην ἢ αὐτὴν ἑαυτήν. λέγωμεν δὴ οὖν, τίς ποτε ἔστιν αὕτη, ἢ τί χρησόμεθα; βούλει φῶμεν, ὦ Κρίτων, ἢ ἄλλους ἀγαθοὺς ποιήσομεν;

ΚΡ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οἳ τί ἔσονται ἡμῖν ἀγαθοὶ καὶ τί χρήσιμοι; ἢ ἔτι λέγωμεν, ὅτι ἄλλους ποιήσουσιν, οἱ δὲ ἄλλοι ἐκεῖνοι ἄλλους; ὅ τι δέ ποτε ἀγαθοί εἰσιν, οὐδαμοῦ ἡμῖν φαίνονται, ἐπειδήπερ τὰ ἔργα τὰ λε- E γόμενα εἶναι τῆς πολιτικῆς ἠτιμάσαμεν, ἀλλ' ἀτεχνῶς τὸ λεγόμενον ὁ Διὸς Κόρινθος γίγνεται, καὶ

ἦ ἄλλους ἀγ.] Steph. errore ἦ τ' ἄλλους. Scilicet in Par. E. est ἦ γ' ἄλλους.

E. τῆς πολιτικῆς ἠτιμάσαμεν] Quod vulgo legebatur ἀπεδοκιμάσαμεν, id manifestum est ex interpretatione duxisse originem. Verum praebuerunt Bodl. Coisl. Vat. Θ. Ven. Σ. Par. C. Barb. Vat. r. Vind. Flor. a. b. c. et pr. Par. BE.

mus, negleximus, ut saepe apud Platonem. Ex interpretatione fluxit, quod vulgo legebatur ἀπεδοκιμάσαμεν.

E. ὁ Διὸς Κόρινθος] Proverbium de continua eaque inani eiusdem rei repetitione usurpari solitum, cuius originem illustrarunt Müllerus Doriens. I. p. 88. 9. Dissen ad Pindar. p. 467. ed. Goth. conf. Wachsmuth. Hellen. Alterthumsk. II. 2. p. 188. Istud ἀτεχνῶς in proverbiorum commemoratione longe est frequentissimum. v. ad Ion. p. 554. D.

ὅπερ ἔλεγον, τοῦ ἴσου ἡμῖν ἐνδεῖ ἢ ἔτι πλέονος πρὸς τὸ εἰδέναι, τίς ποτ' ἐστὶν ἡ ἐπιστήμη ἐκείνη, ἣ ἡμᾶς εὐδαίμονας ποιήσειε;

ΚΡ. Νὴ τὸν Δία, ὦ Σώκρατες, εἰς πολλὴν γε ἀπορίαν, ὡς ἔοικεν, ἀφίκεσθε.

ΣΩ. Ἔγωγε οὖν καὶ αὐτός, ὦ Κρίτων, ἐπειδὴ
293 ἐν ταύτῃ τῇ ἀπορίᾳ ἐνεπεπτώκη, πᾶσαν ἤδη φωνὴν ἠφιέναι, δεόμενος τοῖν ξένοιν, ὥσπερ Διοσκούρων ἐπικαλούμενος, σῶσαι ἡμᾶς, ἐμέ τε καὶ τὸ μειράκιον, ἐκ τῆς τρικυμίας τοῦ λόγου, καὶ παντὶ τρόπῳ σπουδάσαι, καὶ σπουδάσαντας ἐπιδεῖξαι, τίς ποτ' ἔστιν ἡ ἐπιστήμη, ἧς τυχόντες ἂν καλῶς τὸν ἐπίλοιπον βίον διέλθοιμεν.

τῇ ἀπορίᾳ ἐνεπεπτώκη] V. ἐνεπεπτώκειν. Sed Bodl. Vat. Θr. Ven. Σ. Par. BC. Angel. Barb. Pal. Flor. a. b. c. et pr. Coisl. ἐνεπεπώκει, in quo latet haud dubie quod cum Bekkero restituimus.

P. 293. φωνὴν ἠφιέναι] ἠφίην solus Angel. quod revocavit Bekker. Dein e Bodl. Vat. Θ, Urb. Vind. Διοσκούρων recepimus

ἢ ἡμᾶς εὐδαίμονας ποιήσειε] Optativum Reisigius De ἄν particula p. 135. ita explicat: quam quis credat nos reddere beatos. Hermannus Disp. de part. ἄν p. 135. optativum ita demum ferri posse censet, si reponatur ἐνδεῖν. Heindorfius et Winckelmannus invitis codicibus ποιήσει scripserunt. Mihi nihil mutandum videtur, siquidem Socrates utitur optativo ratione praegressi illius ὅπερ ἔλεγον habita, neglectis verbis intermediis. conf. quae collegit Matthiae Gr. §. 528. ann.

ἐν ταύτῃ τῇ ἀπορίᾳ ἐνεπεπτώκη] Confulit Heindorfius Hipp. mai. p. 298. C. ἐν τῇ αὐτῇ ἐμπεπτωκότες ἀπορίᾳ. Addit Winckelmannus Xenoph. Hellen. IV. 5, 5. ἐν τοιούτῳ χωρίῳ ἐμπεπτοκότες. De formula loquendi πᾶσαν φωνὴν ἀφιέναι v. ad Remp. V. p. 475. Phaedr. p. 259. D. et Heindorf. ad h. l. Pro ἠφίειν, quod ad analogiam secundae ac tertiae personae ἠφίεις et ἠφίει formatum videtur, Bekkerus ex uno libro ἠφίην reposuit. Quod ego imitari dubitavi, nec probavit Buttmannus Gr. Ampl. §. 108. 4. 1. p. 522. ed. 2. A. Matthiae T. 1. p. 398.

P. 293. ἐκ τῆς τρικυμίας] V. ad Reip. V. p. 472. A. Aptissime igitur antea Dioscurorum fecit mentionem, quorum munus peculiare erat hominibus naufragio periclitantibus opem ferre. v. Mitscherlich. ad Horat. I. 3, 2.

ΚΡ. Τί οὖν; ἠθέλησέ τι ὑμῖν ἐπιδεῖξαι ὁ Εὐθύδημος;

ΣΩ. Πῶς γὰρ οὔ; καὶ ἤρξατό γε, ὦ ἑταῖρε, πάνυ μεγαλοφρόνως τοῦ λόγου ὧδε·

Cap. XX. *Πότερον δή σε, ἔφη, ὦ Σώκρατες,* B *ταύτην τὴν ἐπιστήμην, περὶ ἣν πάλαι ἀπορεῖτε, διδάξω, ἢ ἐπιδείξω ἔχοντα; Ὦ μακάριε, ἦν δ' ἐγώ, ἔστι δὲ ἐπὶ σοὶ τοῦτο; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Ἐπίδειξον τοίνυν με νὴ Δί', ἔφην ἐγώ, ἔχοντα· πολὺ γὰρ ῥᾷον ἢ μανθάνειν τηλικόνδε ἄνδρα. Φέρε δή μοι ἀπόκριναι, ἔφη· ἔστιν ὅ τι ἐπίστασαι; Πάνυ γε, ἦν δ' ἐγώ, καὶ πολλά, σμικρά γε. Ἀρκεῖ, ἔφη. Ἆρ' οὖν δοκεῖς οἷόν τε, τὶ τῶν ὄντων τοῦτο, ὃ τυγχάνει ὄν, αὐτὸ*

pro vulg. *Διοσκούρω*. In Vat. r. est *Διοσκούροιν*. Ven. Σ. a pr. m. habet *Διοσκόρω*. De scriptura vocabuli v. Lobeck. ad Phryn. p. 235.

B. *τοίνυν με νὴ Δί*] *με* om. Bodl. Vat. Θ.

καὶ πολλά, σμικρά γε] Coisl. κ. π. *καὶ σμικρά γε* Ven. Σ. *γε σμικρά*.

B. *ἢ ἐπιδείξω ἔχοντα*] Argumentatur hunc in modum: Qui quid scit, is sciens est; qui ignorat, insciens. Iam vero fieri non potest, ut quid simul sit et non sit. Igitur qui alicuius rei sciens est, is scit omnia: nam si quid ignoraret, simul esset insciens, id quod ideo non potest accidere, quia idem simul et esse et non esse non potest. Ex quo consequitur, ut illud ipsum scias, quod te scire negavisti. Conclusionis fallaciam mox ipse Socrates demonstrabit.

ἔστι δὲ ἐπὶ σοὶ τοῦτο] Particula δὲ ita post vocativum interposita ad suppressam aliquam sententiam refertur. Veluti hoc loco integra oratio haec foret: Bene quidem se habet, quod dicis; sed num haec res penes te est? Exempla haudquaquam rara sunt. v. ad Theagem p. 127. C. Hermann. ad Viger. p. 846. Porson. ad Eurip. Orest. v. 614. Mox ad *ἔχοντα* nemo erit quin sponte intelligat *με*, quod vulgo moleste post *τοίνυν* intrusum legitur. — *τηλικόνδε ἄνδρα*, tam grandem aetate.

καὶ πολλά, σμικρά γε.] et quidem multa, certe levia. Simulat enim Socrates rerum graviorum ignorantiam, qui mos est εἴρωνος callidissimi. Sed vel hanc rerum leviorum scientiam sufficere ait sophista ad demonstrandum id, quod vult argumentatione sua efficere.

C τοῦτο μὴ εἶναι; Ἀλλὰ μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. Οὐκοῦν σὺ ἔφης ἐπίστασθαί τι; Ἔγωγε. Οὐκοῦν ἐπιστήμων εἶ, εἴπερ ἐπίστασαι; Πάνυ γε, τούτου γε αὐτοῦ. Οὐδὲν διαφέρει. ἀλλ' οὐκ ἀνάγκη σε ἔχει πάντα ἐπίστασθαι ἐπιστήμονά γε ὄντα; Μὰ Δί', ἔφην ἐγώ· ἐπεὶ πολλὰ ἄλλ' οὐκ ἐπίσταμαι. Οὐκοῦν εἴ τι μὴ ἐπίστασαι, οὐκ ἐπιστήμων εἶ. Ἐκείνου γε, ὦ φίλε, ἦν δ' ἐγώ. Ἧττον οὖν τι, ἔφη, οὐκ ἐπιστήμων εἶ; ἄρτι δὲ ἐπιστήμων ἔφησθα εἶναι. καὶ

C. *Οὐκοῦν σὺ ἔφης ἐπ.*] Sic Bodl. Coisl. Vat. Θ. Vind. Ven. ΞΣ. Par. E. Angel. Barb. Pal. Urb. Florr. cum Ald. et Bass. Vulgo erat *ἔφη*. Dein pro *ἐπίστασθαι*, quod e Flor. c. Ven. Σ. et corr. Coisl. restitutum est, vulgo legebatur *ἐπίστασαι*. Sed vide commentar.

C. *Οὐκοῦν σὺ ἔφης ἐπίστασθαί τι*] nonne te aiebas scire aliquid? Quanquam *φῄς*, *φησί*, *φαμέν*, *φατέ*, praesentis temporis formae, crebro rectae orationi interponuntur, cuius generis exempla ad Remp. IX. p. 580 D. et alibi notavimus, tamen qui *ἔφης* eodem modo usurpaverit, novimus neminem. Ex quo consequitur, ut pro *ἐπίστασαι*, quod defendit Winckelmannus, scribendum fuerit *ἐπίστασθαι*.

C. *τούτου γε αὐτοῦ*] Sentit Socrates, quorsum evasura sit haec oratio, ideoque rei, quae sciatur, mentionem adiiciendam censet. Enimvero qui unam rem novit, is nihilominus alius cuiusdam ignarus esse potest, ideoque simul sciens esse atque nesciens. Verum sophista hoc non curandum esse existimans continuo argumentatur eum, qui sciens sit, omnia novisse.

Μὰ Δί', ἔφην ἐγώ· ἐπεὶ —] Non per Iovem (novi omnia); quandoquidem multa alia ignoro. Ne quis *Οὐ μὰ Δί'* scribendum putet, solet *μὰ Δία* negandi vi et significatione usurpari, ubi sequitur sententia, quae praeviam negationem flagitat. v. Reisig. Coniectan. p. 106 sq.

Ἧττον οὖν τι — οὐκ ἐπιστήμων εἶ] Num igitur ideo minus eris insciens? h. e. nihil refert, num huiusce rei sis insciens; illud certe tibi erit confitendum, cadere in te inscientiam. Iam vero si insciens es, quum tamen modo te scientem esse concesseris, consequitur, ut sis *αὐτὸς οὗτος*, *ὅς εἶ*, ac vicissim etiam *οὐχ οὗτος*, *ὅς εἶ*, et quidem *κατὰ ταὐτὰ ἅμα*, i. e. simul eodem in genere, h. e. quod attinet ad scientiam et inscientiam. Fallitur enim Winckelmannus *κατὰ ταὐτὰ ἅμα* positum existimans *ἐκ παραλλήλου*, sicuti alias *ὡσαύτως κατὰ ταὐτά* et id genus alia usurpentur. Mox de usu voc. *εἶεν* sequente *γάρ* v. ad Phaedon. p. 95. A. p. 117. A. ubi Heindorfius contulit Sympos. p. 204. E. p. 213. E.

D. *τὸ γὰρ λεγόμενον, καλὰ δὴ παταγεῖς*] Edit. *καλὰ δὴ πάνυ λέγεις*. Scholiasta apud Ruhnkenium: *καλὰ δὴ πάνυ ἄγεις· ἀντὶ τοῦ ἀγ-*

οὕτω τυγχάνεις ὢν αὐτὸς οὗτος, ὃς εἶ, καὶ αὖ πάλιν οὐκ εἶ, κατὰ ταὐτὰ ἅμα. Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ, Εὐθύδημε· τὸ γὰρ λεγόμενον, καλὰ δὴ παταγεῖς. πῶς οὖν ἐπίσταμαι ἐκείνην τὴν ἐπιστήμην, ἣν ἐζητοῦμεν; ὡς δὴ τοῦτο ἀδύνατόν ἐστι τὸ αὐτὸ εἶναί τε καὶ μή· εἴπερ ἓν ἐπίσταμαι, ἅπαντ' ἐπίσταμαι· οὐ γὰρ ἂν εἴην ἐπιστήμων τε καὶ ἀνεπιστήμων ἅμα· ἐπεὶ δὲ πάντα ἐπίσταμαι, κἀκείνην δὴ τὴν ἐπιστήμην ἔχω· ἆρα οὕτω λέγεις, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ συ- D

D. *καλὰ δὴ παταγεῖς*] Libri *καλὰ δὴ πάντα λέγεις*. v. comment. Pro *πάντα* Angel. habet *κατά*.

ἐπεὶ δὲ πάντα ἐπίσταμαι] V. *εἰ δὲ π.* quod e Bodl. Vat. *Θ*. mutavit Bekker.

γέλλεις, ἐπὶ τῶν αἴσια ἀγγελλόντων. πολλάκις δὲ λέγεται καὶ κατ' εἰρωνείαν. Ἀριστοφάνης Γεωργοῖς, καὶ Πλάτων Εὐθυδήμῳ. Librorum scripturam depravatam esse vel ex eo apparet, quod scholiastes *λέγεις* non erat interpretaturus verbo *ἀγγέλλεις*, quum ille usus nihil habeat inusitati. Quocirca nec Winckelmanno assentimur, vulgatam lectionem ita defendenti, ut *τὸ λεγόμενον* dicat ad solum *καλὰ πάντα* pertinere, quod usu fuerit longe tritissimum. Nimirum scholiastae interpretatio manifesto non ad *καλὰ πάντα*, sed ad verbum his vocibus additum spectat, nec veri est dissimile proverbium aliquod hic delituisse. His rationibus ductus Heindorfius spreta librorum Platonis lectione *ἄγεις* restituendum iudicavit. Verum istud *ἄγεις* quid sibi velit, nemo quisquam dixerit. Nam etsi *φέρειν* nuntiandi vi positum non est infrequens, tamen *ἄγειν* nusquam ita usurpatum est. Vere, opinor, Abreschius ad Hesychium et Dindorfius Fragm. Aristoph. p. 100. *καλὰ δὴ παταγεῖς*. Ita enim hoc proverbium recte scriptum est apud Hesychium Vol. II. p. 117. ubi v. intpp. item apud Photium, Suidam. Activum verbi usum cognosces ex Hephaestion. p. 400. *αἷς ἔνεια παταγεῖται καὶ χαλκεα κρόταλα.* Itaque dubium non est, quin haec verborum sententia sit: nam quod in proverbio dicitur, *Pulera scilicet crepas*. Quod egregie convenit cum ironia, qua Socrates deinceps utitur. Ceterum *λέγεις* natum est ex glossemate. Nam hoc ipso vocabulo Suidas, Hesychius, Photius *παταγεῖς* interpretati esse reperiuntur. Mox frustra Heindorfius coniectavit *ζητοῦμεν*.

ὡς δὴ τοῦτο ἀδύνατον—] Ironice refert quae ab sophista antea exposita sunt: qua in re proprium habent usum particulae *ὡς δὴ* et *ὡς δή τοι*; nam *ὡς* est nam, *δὴ* scilicet, *τοι* autem asseverat et confirmat. v. ad Remp. p. 266. C. Gorg. p. 468. E. p. 499. E. Protagor. p. 342. C. Sensus loci hic est: Videlicet (tuo iudicio) fieri non potest, ut idem sit et non sit: siquidem unum quiddam novi, omnia no-

Ε φόν; *Αὐτὸς σαυτόν γε δὴ ἐξελέγχεις, ἔφη, ὦ Σώκρατες. Τί δέ, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Εὐθύδημε, σὺ οὐ πέπονθας τοῦτο τὸ αὐτὸ πάθος; ἐγὼ γάρ τοι μετὰ σοῦ ὁτιοῦν ἂν πάσχων καὶ μετὰ Διονυσοδώρου τοῦδε, φίλης κεφαλῆς, οὐκ ἂν πάνυ ἀγανακτοίην. εἰπέ μοι, σφὼ οὐχὶ τὰ μὲν ἐπίστασθον τῶν ὄντων, τὰ δὲ οὐκ ἐπίστασθον; Ἥκιστά γε, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁ Διονυσόδωρος. Πῶς λέγετον; ἔφην ἐγώ· ἀλλ' οὐδὲν ἄρα ἐπίστασθον; Καὶ μάλα, ἦ δ' ὅς. Πάντ' ἄρα, ἔφην*
294 *ἐγώ, ἐπίστασθον, ἐπειδήπερ καὶ ὁτιοῦν; Πάντ', ἔφη. καὶ σύ γε πρός, εἴπερ καὶ ἓν ἐπίστασαι, πάντα*

B. 294. *ἀγαθὸν μέγα πεφάνθαι*] Sic Bodl. Vat. Θr. Vindob. Coisl. Ven. ΞΣ. Par. BC. Angel. Barb. Pal. Urb. Legebatur *πέφανται*, in quo merito offendit Heindorf.

οὐ γὰρ δήπου, ἔφη, τὰ μὲν ἐπ.] *ἔφην* Bodl. Vat. Θr.

vi: neque enim fieri potest, ut simul et sciens sim et insciens: quum vero novi omnia, etiam illam scilicet teneo scientiam, de qua quaerimus. Nonne ita statuis atque hoc est callidum illud inventum tuum? Vides igitur omnia esse intellectu facilia et expedita, nec requiri post *ἐπιστήμην ἔχω* notam interrogandi, quam recentiores editores posuerunt. Post *εἴπερ* autem ne quis *γὰρ* excidisse opinetur, vere monuit Heindorfius nihil offensionis hoc asyndeton habere, quia verba *εἴπερ ἓν ἐπίσταμαι, ἅπαντα ἐπίσταμαι* epexegesin contineant.

levissima complectatur. Qua argumentatione eos sanequam in magnam consilii inopiam coniicit, qua tamen illi ita se levare student, ut omnia se cognita habere confidenter affirment. Ante *φίλης κεφαλῆς* Heindorfius articulum *τῆς* inserendum censebat, quo vereor ut opus sit. v. quae collegit Astius ad Phaedr. p. 141. D.

Ε. *Αὐτὸς σαυτόν γε δὴ ἐξελέγχεις*] Callide sophista Socratem ista iamiam refutaturum interpellat eumque arguit suam ipsius sententiam evertere. Quo facto ille ostendit, rebus ita comparatis tantam fore Dionysodori et Euthydemi scientiam, quae cuncta eaque etiam

ἀλλ' οὐδὲν ἄρα ἐπίστασθον] Prudenter primum interrogat sophistas, an nihil sciant. Haec enim interrogatio homines superbos et fastuosos vel maxime commovere debet. Quocirca Dionysodorus confestim respondet *Καὶ μάλα*, ad quae verba quisque ex antecedentibus intelliget *ἐπιστάμεθά τι*. Neque enim raro *τι* vel *ἕκαστον* e praegresso *οὐδὲν* assumendum est. Itaque equidem non exputo, cur Winckelmannus *οὐδ' ἓν* scribendum iudicaverit. — *καὶ ὁτιοῦν*, vel tantillum. Phileb. p. 59.

ἐπίστασαι. Ὦ Ζεῦ, ἔφην ἐγώ, ὡς θαυμαστὸν λέγεις καὶ ἀγαθὸν μέγα πεφάνθαι. μῶν καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι πάντ' ἐπίστανται, ἢ οὐδέν; Οὐ γὰρ δήπου, ἔφη, τὰ μὲν ἐπίστανται, τὰ δ' οὐκ ἐπίστανται, καὶ εἰσὶν ἅμα ἐπιστήμονές τε καὶ ἀνεπιστήμονες. Ἀλλὰ τί; ἦν δ' ἐγώ. Πάντες, ἢ δ' ὅς, πάντα ἐπίστανται, εἴπερ καὶ ἕν. Ὦ πρὸς τῶν θεῶν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Διονυσόδωρε· δῆλοι γάρ μοί ἐστον ἤδη, ὅτι σπουδάζετον, καὶ μόλις ὑμᾶς προὐκαλεσάμην σπουδάζειν· αὐτὼ τῷ ὄντι πάντα ἐπίστασθον; οἷον τεκτονικὴν καὶ σκυτικήν; Πάνυ γ',

B

Coisl. Ven. Ξ. Par. BCE. Pal. Urb. Flor. a. b. c. quod recepit Winckelm.

B. *καὶ μόλις ὑμᾶς*] Bekkerus libris invitis dedit *μόγις*, quod Platoni usitatius. v. Lobeck. ad Aiacem. p. 217. ed. sec. Deinde Steph. cum Paris. E. *παρεκαλεσάμην*.

C. *πῶς ἄν ποτε βέβαιον γίγνοιδ' ἡμῖν καὶ ὁτιοῦν*; Ibid. p. 60. E. *δέξαιτ' ἄν οἱ καὶ ὁτιοῦν εἶναι*. Legg. I. p. 639. A. *ἡγούμεθα ὑγιὲς ἄν ποτε ψέξαι καὶ ὁτιοῦν*. Hipp. mai. p. 291. D. Apol. Socr. p. 35. B. De Rep. VII. p. 522. E. al.

P. 294. *καὶ σύ γε πρός*] et tu quoque praeter nos, quandoquidem, si vel unum scis, omnia scis. Nam haec: *εἴπερ καὶ ἕν — ἐπίστασαι*, rursus epexegesin praecedentium verborum comprehendunt. Usum particularum *καὶ πρός* ad Remp. VIII. p. 559. exemplis firmavimus.

Οὐ γὰρ δήπου, ἔφη, τὰ μὲν ἐπίστανται] Ironice Dionysodorus haec respondet: Ita est, inquit: non enim, opinor, alia sciunt, alia ignorant, eoque modo simul et scientes sunt et inscientes. Quo sensu ubi verba acceperis, neutiquam ea leniora videbuntur dicta esse quam pro Dionysodori confidentia. Quodsi autem *ἔφην* restituto ea cum Winckelmanno Socrati continuaveris, praeter triplex istud *ἔφην ἐγώ, ἔφην, ἦν δ' ἐγώ*, gravem habebit offensionem *ἀλλὰ τί;* ita ipsius loquentis sermoni subiunctum. Euthyphr. p. 14. D. *ἆρ' οὐ τό γε ὀρθῶς αἰτεῖν ἂν εἴη, ὧν δεόμεθα παρ' ἐκείνων, ταῦτα αὐτοὺς αἰτεῖν*; Euthyphr. *Ἀλλὰ τί;* sc. *εἴη ἄν, εἰ μὴ τοῦτό ἐστιν*. Phaedon. p. 89. B. *οὔκ, ἄν γε μοι πείθῃ. Ἀλλὰ τί; ἦν δ' ἐγώ*. ubi alia exempla dedit Heindorf. Dicitur autem *ἀλλὰ τί;* sic, ut *ἄλλο* intelligere liceat.

B. *καὶ μόγις ὑμᾶς πρ. σπ.*] H. e. aegre tandem, tandem aliquando; quod alias plenius dicitur *μόγις ποτέ*. Protagor. p. 348. C. *μόγις προὐτρέπετο εἰς τὸ διαλέγεσθαι καὶ ἐκέλευεν ἐρωτᾶν*. De Rep. VI. p. 502. C. Apol. p. 27. C. Charm. p. 156. E. Theaet. p. 160. E.

ἔφη. Ἦ καὶ νευροῤῥαφεῖν δυνατώ ἐστον; Καὶ ναὶ μὰ Δία καττύειν, ἔφη. Ἦ καὶ τὰ τοιαῦτα, τοὺς ἀστέρας, ὁπόσοι εἰσί, καὶ τὴν ἄμμον; Πάνυ γε, ἦ δ' ὅς· εἶτ' οὐκ ἂν οἴει ὁμολογῆσαι ἡμᾶς; Cap. XXI. Καὶ ὁ Κτήσιππος ὑπολαβών· Πρὸς Διός, ἔφη, Διο-
C νυσόδωρε, τεκμήριόν τί μοι τούτων ἐπιδείξατον τοιόνδε, ᾧ εἴσομαι, ὅτι ἀληθῆ λέγετον. Τί ἐπιδείξω; ἔφη. Οἶσθα Εὐθύδημον, ὁπόσους ὀδόντας ἔχει, καὶ ὁ Εὐθύδημος, ὁπόσους σύ; Οὐκ ἐξαρκεῖ σοι, ἔφη, ἀκοῦσαι, ὅτι πάντα ἐπιστάμεθα; Μηδαμῶς, ἦ δ' ὅς, ἀλλὰ τοῦτο ἔτι ἡμῖν μόνον εἴπατον καὶ ἐπιδείξατον, ὅτι ἀληθῆ λέγετον. καὶ ἐὰν εἴπητον, ὁπόσους ἑκάτερος ἔχει ὑμῶν, καὶ φαίνησθε γνόντες ἡμῶν ἀριθμησάντων, ἤδη πεισόμεθα ὑμῖν καὶ τἆλλα. Ἡγου-

νευροῤῥαφεῖν δυνατώ] *αὖ* vulgo ante *δυνατὼ* interpositum abieci cum Bodl. Coisl. Vind. Ven. ΞΣ. Par. BC. Angel. Barb. Pal. Urb. Vat. r. Florr. Tuentur voculam soli Vat. Θ. et Par. E.

D. *ὁμόσε ᾖτην*] V. *ἴτην* ut est in Vind. et Vat. r. Ceteri

Καὶ ναὶ μὰ Δία καττύειν] H. e. fulmentas s. sola suppingere, ut interpretatur Casaubonus ad Theophrast. Char. IV. p. 58. ed. Fischer. conf. intpp. ad Aristoph. Plut. v. 663. Usurpatur autem formula *καὶ ναὶ μὰ Δία* vel *ἦ καὶ νὴ Δία*, ut Lat. et méhercule, ubi superioribus gravius quiddam vel serio vel cum irrisione quadam subiungitur. v. Schaefer. Mel. Critt. p. 62. Fritsch. Quaest. Lucianm. p. 155 sq.

Ἦ καὶ τὰ τοιαῦτα] Iut. *ἐπίστασθε.*

εἶτ' οὐκ ἂν οἴει — ἡμᾶς] itane putas nos haec non esse concessuros? Hic quoque *εἶτα* admirationis et indignationis indicium facit, de quo usu v. ad Apolog. Socr. p. 28. B. Crit. p. 43. A.

C. *ὁπόσους ὀδόντας ἔχει*] Hoc cur Ctesippus, homo dicacissimus, ita interroget, patet ex Eustathio ad Odyss. p. 1839. 38. ed. Rom. T. II. p. 170. ed. Lips. *ἐνθυμητέον δὲ ἀστεῖόν τι περὶ ὀδόντων ὀλίγων γραός· εἰς ὅπερ ὁ μὲν Ἀριστοφάνης ἄλλως παίζων ἐν τῷ Πλούτῳ διὰ καρύων παιδιᾶς, ἕτερος δέ τις πλέον ἀστειώμενος ἔφη, ῥᾷον εἶναι τῆς θεὸς τοὺς ὀδόντας ἀριθμῆσαι ἢ τοὺς τῆς χειρὸς δακτύλους.* Aristoph. Plut. v. 1055. Adol. *βούλει διὰ χρόνου πρός με παῖσαι;* Anus. *ποῖ, τάλαν;* Ad. *αὐτοῦ, λιβοῦσι κἀριναῖ.* An. *πόσους ἔχεις ὀδόντας;* Photius Lexic. T. II. p. 417. ed. Dindorf. *Ῥᾷον ἄν τις τοὺς ὀδόντας ἠρίθμησεν ἢ τοὺς δακτύλους.* Itaque Ctesippus homines grandaevos et edentulos, sed eosdem admodum garrulos et rixosos hac interrogatione carpere et notare videtur. Gran-

μένω οὖν σκώπτεσθαι οὐκ ἠθελέτην, ἀλλ' ὡμολογη- D
σάτην πάντα χρήματα ἐπίστασθαι, καθ' ἓν ἕκαστον
ἐρωτώμενοι ὑπὸ Κτησίππου. ὁ γὰρ Κτήσιππος πάνυ
ἀπαρακαλύπτως οὐδὲν ὅ τι οὐκ ἠρώτα τελευτῶν, καὶ
τὰ αἴσχιστα, εἰ ἐπισταίσθην. τῷ δὲ ἀνδρειότατα
ὁμόσε ἤτην τοῖς ἐρωτήμασιν, ὁμολογοῦντες εἰδέναι,
ὥσπερ οἱ κάπροι οἱ πρὸς τὴν πληγὴν ὁμόσε ὠθού-
μενοι. ὥςτ' ἔγωγε καὶ αὐτός, ὦ Κρίτων, ὑπ' ἀπι-
στίας ἠναγκάσθην τελευτῶν ἐρέσθαι τὸν Εὐθύδημον,
εἰ καὶ ὀρχεῖσθαι ἐπίσταιτο ὁ Διονυσόδωρος. Ὁ δέ, E
Πάνυ, ἔφη. Οὐ δήπου, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ἐς μαχαί-
ρας γε κυβιστᾶν καὶ ἐπὶ τροχοῦ δινεῖσθαι τηλικοῦ-
τος ὤν· οὕτω πόῤῥω σοφίας ἥκει. Οὐδέν, ἔφη, ὅ
τι οὔ. Πότερον δέ, ἦν δ' ἐγώ, πάντα νῦν μόνον

libri εἴτην cum Ald. Bas. 1. 2. unde Heindorfius extudit ἤτην, quod praeeunte Bekkero recepi.

E. πόῤῥω σοφίας ἥκει] Libri ἥκεις, quod bene correxit Stephan. v. commentar.

dem Dionysodori aetatem mox p. 294. E. etiam Socrates significat. Ceterum structurae genus, satis illud tritum, habes etiam p. 295. D. p. 297. B. Politic. p. 270. C. p. 277. E. al.

Μηδαμῶς, ἦ δ' ὅς] H. e. Absit hoc. Nam intelligitur aliquod verbum, veluti τοῦτο λέγε. v. ad Phaedr. p. 234. E.

D. ὁμόσε ἤτην] Frequens est apud Atticos scriptores huius formulae usus. v. ad Euthyphron. p. 3. C. Remp. X. p. 610. C. coll. Ruhnken. ad Tim. p. 191. Boissonad. ad Philostr. Her. p. 610. — ὥσπερ οἱ κάπροι κ. τ. λ. sicuti apri in ictum irruentes. Apte contulit Winckelmannus Theocr. XV. v. 73 ἀθρόος ὄχλος· ὠθεῦνθ' ὡςεὶ ὗες.

E. Οὐ δήπου, ἦν δ' ἐγώ, — σοφίας ἥκει] Nec vero, opinor, in gladios devolvi et in rota circumagi, sc. ἐπίσταιτο ἄν, quippe qui tam provecta aetate sit. Hactenus omnia recte se habent, nisi forte praestat Οὐ δέ που scribere. Sed proxima dubium non est quin labem aliquam contraxerint. Certe quidem pro librorum scriptura ἥκεις, quam frustra defendunt Winckelmannus et Bernhardy Syntax. p. 424., procul dubio cum Stephano, Heindorfio, Bekkero, aliis, e Ficino ἥκει reponendum. Nam quod Heindorfius praeterea ante πόῤῥω inseruit ἤ, id non videtur necessarium, siquidem haec interrogatio praecedenti epexegesis gratia subiungitur. Itaque sententia verborum haec est: eone ille sapientiae pervenit, ut vel senex possit ista exercere artifi-

ἐπίστασθον ἢ καὶ ἀεί; Καὶ ἀεί, ἔφη. Καὶ ὅτε παιδία ἦστην καὶ εὐθὺς γενόμενοι ἠπίστασθε; Πάντα,
295 ἐφάτην ἅμα ἀμφοτέρω. Καὶ ἡμῖν μὲν ἄπιστον ἐδόκει τὸ πρᾶγμα εἶναι. Ὁ δ' Εὐθύδημος, Ἀπιστεῖς, ἔφη, ὦ Σώκρατες; Πλήν γ' ὅ τι, * ἦν * δ' ἐγώ, εἰκὸς ὑμᾶς ἐστι σοφοὺς εἶναι. Ἀλλ' ἦν, ἔφη, ἐθελήσῃς μοι ἀποκρίνεσθαι, ἐγὼ ἐπιδείξω καὶ σὲ ταῦτα τὰ θαυμαστὰ ὁμολογοῦντα. Ἀλλὰ μήν, ἦν δ' ἐγώ, ἥδιστα ταῦτα ἐξελέγχομαι. εἰ γάρ τοι λελήθα ἐμαυτὸν σοφὸς ὤν, σὺ δὲ τοῦτο ἐπιδείξεις ὡς πάντα

καὶ ὅτε παιδία ἦστην] Vat. r. *ἦτην*. Coisl. corr. *ἦτον*. Bekkerus dedit *ἦστον*.

P. 295. *τὸ πρᾶγμα εἶναι*] *εἶναι τὸ πρᾶγμα* Steph. cum Par. E.

ἐθελήσῃς μοι ἀπ.] Coisl. Ven. *ΞΣ*. Par. *BE*. *ἀλλ' ἂν ἐμοὶ ἐθέλῃς*. Bodl. *ἐθελήσαις*. Mox *ὁμολογοῦντα* om. Bodl. Vat. *Θ*.

cia? Quod posteaquam Euthydemus ita affirmavit, ut illum cuiusvis rei peritum esse dicat, Socrates tantam sapientiae praestantiam in ipsum quoque Euthydemum convenire iure suo sumens ita pergit interrogare, ut iam rursus numero verbi duali utatur. Quam rationem non perspicientes librarii pro *ἥκει* videntur *ἥκεις* posuisse, ne scilicet de ipso Euthydemo nihil dictum esset. De ipso artificio v. Xenoph. Sympos. II. 11. et quae ibi Bornemannus exposuit.

εὐθὺς γενόμενοι] statim ut nati eratis. v. ad Phaedon. p. 70. A. p. 75. B.

P. 295. *Πλήν γ', ὅ τι, ἦν δ' ἐγώ, εἰκὸς ὑμᾶς* —] H. e. dubito sane, excepto tamen eo, in quo probabile est vos sapientes esse. Hoc igitur dicit: nolo ego vestram sapientiam, quatenus fieri potest, in dubitationem vocare; imo concedo vobis quantam possum maximam: illud tamen mihi videtur esse incredibile, quod modo professus es. Hunc sensum sane perquam commodum et elegantem praebent verba, ubi cum Winckelmanno lenissima mutatione pro *ὅτι* syllabis diductis scripseris *ὅ τι*. Nollem tamen illud *ἦν δ' ἐγὼ* ab illo extrusum esse. Quum enim *ἐγὼ* in omnibus libris servatum sit, recte videtur Stephanus de Cornarii correctione *ἦν δὲ* addidisse. Illud *πλὴν ὅ τι* neminem morabitur pervulgati illius *πλὴν ὅσον* non immemorem.

ταῦτα ἐξελέγχομαι] in his me coargui facile patior.

σὺ δὲ τοῦτο ἐπιδείξεις —] Probata librorum plurimorum lectione, *οὐ δὲ τοῦτο ἐπ.*, verba *οὐ δὲ* usque ad *καὶ ἀεὶ* per parenthesin interposita esse existimanda sunt: nec vero hoc ostendes, me omnia scire et scire semper; quam rationem Winkelmannus sequutus est. Nec tamen adducor ut eam le-

ἐπίσταμαι καὶ ἀεί, τί μεῖζον ἔρμαιον αὐτοῦ ἂν εὕροιμι ἐν παντὶ τῷ βίῳ; Cap. XXII. Ἀποκρίνου δή, ἔφη. Ὡς ἀποκρινουμένου ἐρώτα. Ἆρ' οὖν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἐπιστήμων του εἶ ἢ οὔ; Ἔγωγε. Πότερον οὖν ᾧ ἐπιστήμων εἶ, τούτῳ καὶ ἐπίστασαι, ἢ ἄλλῳ τῳ; Ὦι ἐπιστήμων. οἶμαι γάρ σε τὴν ψυχὴν λέγειν. ἢ οὐ τοῦτο λέγεις; Οὐκ αἰσχύνει, ἔφη, ὦ Σώκρατες; ἐρωτώμενος ἀντερωτᾷς; Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ· ἀλλὰ πῶς ποιῶ; οὕτω γὰρ ποιήσω, ὅπως ἂν σὺ κελεύῃς. ὅταν μὴ εἰδῶ ὅ τι ἐρωτᾷς, κελεύεις με ὅμως ἀποκρίνε- B

σὺ δὲ τοῦτ' ἐπιδείξεις] Sic vett. editt. cum Ven. Σ. et corr. Coisl. Par. E. Ceteri libri οὐ δὲ τ., quod recepit Winckelm.

B. τὴν ψυχὴν λέγειν] Articulum vulgo omissum libri fere omnes praeter Ven. ΞΣ. Par. E. tuentur.

ἐρωτώμενος ἀντερωτᾷς] ἀντερωτᾷν Ven. Σ. Pal. Flor. b. o. Vind. cum vett. editt.

ctionem pro vera probem. Quum enim adiiciatur τί μεῖζον ἔρμαιον αὐτοῦ ἂν εὕροιμι; non satis est praecedere simplex illud ac tenue: si mea me latuit sapientia; sed gravius quiddam subiungi debuit, quale est hoc: tu autem me ostendes *omnia* scire atque *semper*. Ansam corruptioni dedit, quod ante οὐ δὲ non praecedit ἐγὼ vel αὐτὸς ἐμαυτόν. Sed ita Graeci non raro pronomen in oppositionibus omittunt. Demosthen. De Coron. p. 315. ed. Reisk. in. ἐξέτασον τοίνυν παραλλήλα τὰ σοὶ καὶ ἐμοὶ βεβιωμένα — ἐδίδασκες γράμματα (sc. σύ), ἐγὼ δ' ἐφοίτων· ἐτέλεις, ἐγὼ δ' ἐτελούμην· ἐχόρευες, ἐγὼ δ' ἐχορήγουν· ἐγραμμάτευες, ἐγὼ δ' ἐκαλησίαζον· ἐτριταγωνίστευες, ἐγὼ δ' ἐθεώρουν. ἐξέπιπτες, ἐγὼ δ' ἐσύριττον. Ibid. p. 321. in. τὸ δὲ αἴτιον οὐκ ἀγνοεῖς μέν, ὅμως δὲ φράσω σοι καὶ ἐγώ, i. e. σὺ μὲν οὐκ ἀγνοεῖς. Xenoph. Cyrop. IV. 5, 31. οἴχ ὅπως ἂν ἐθέλωσιν (sc. ἐκεῖνοι), ἀλλ' ὅπως ἂν σὺ βούλῃ, Ibid. §. 2. παρασκευάσται δὲ καὶ ἐνθάδε (sc. ἡμῖν), ὥσπερ καὶ τούτοις. Sophocl. Oed. Col. v. 726. καὶ γὰρ εἰ γέρων (ἐγὼ) κυρῶ, τὸ τῆσδε χώρας οὐ γεγήρακε σθένος. Eurip. Med. v. 464. καὶ γὰρ εἰ σύ με στυγεῖς, οὐκ ἂν δυναίμην σοὶ (ἐγὼ) κακῶς φρονεῖν ποτέ. Simile quiddam infra p. 299. C. observavimus de usu encliticorum. Haec igitur qui rite perpenderit, illud οὐ δέ, quamvis in plurimis codicibus repertum, abiiciendum esse nobis facile largietur.

ἀλλὰ πῶς ποιῶ; οὕτω γὰρ ποιήσω —] Locus maxime controversus, qui quomodo mihi explicandus videatur, postea dicam, quum de lectione codicum mss. exposuero. Etenim pro ἀλλὰ μὴ ἐπανερέσθαι libri optimi praebent ἀλλὰ μὴν ἐπ. Quod ubi probaveris, Socrates pollicetur se, quodcunque imperet Euthydemus; facturum esse, ea tamen conditione, ut de quo sibi minus li-

σθαι, ἀλλὰ μὴ ἐπανερέσθαι; Ὑπολαμβάνεις γὰρ
C δήπου τι, ἔφη, ὃ λέγω; Ἔγωγε, ἦν δ' ἐγώ. Πρὸς
τοῦτο τοίνυν ἀποκρίνου, ὃ ὑπολαμβάνεις. Τί οὖν,
ἔφην, ἂν σὺ μὲν ἄλλῃ ἐρωτᾷς διανοούμενος, ἐγὼ δὲ
ἄλλῃ ὑπολάβω, ἔπειτα πρὸς τοῦτο ἀποκρίνωμαι,
ἐξαρκεῖ σοι, ἐὰν μηδὲν πρὸς ἔπος ἀποκρίνωμαι; Ἔμοιγε,
ἦ δ' ὅς· οὐ μέντοι σοί γε, ὡς ἐγῷμαι. Οὐ
τοίνυν μὰ Δία ἀποκρινοῦμαι, ἦν δ' ἐγώ, πρότερον,
πρὶν ἂν πύθωμαι. Οὐκ ἀποκρινεῖ, ἔφη, πρὸς ἃ ἂν
ἀεὶ ὑπολαμβάνῃς, ὅτι ἔχων φλυαρεῖς καὶ ἀρχαιότε-
D ρος εἶ τοῦ δέοντος. Κἀγὼ ἔγνων αὐτὸν, ὅτι μοι χα-

ἀλλὰ μὴ ἐπανερέσθαι] μὴν Bodl. Vat. Θ. r. Par. E. Barb. quod dedit Winckelm. v. commentar.

C. Οὐκ ἀποκρινεῖ, ἔφη, πρ.] V. ἀποκρίνῃ. Bodl. ἀποκρίνει. Bekkerus scripsit ἀποκρινεῖ.

D. ἐπειδὴ οὖν διεν.] ἐπεὶ δὲ οὖν Bodl. Vat. Θ. Vindob. quod recepi post Winckelmann. Vat r. ἐπεὶ οὖν. Pro vulg. διενο-

queat, interrogare licitum sit. Atque haec ratio placuit Winckelmanno. Mihi tamen, fateor, ea minime satisfacit. Neque enim Socrates recte ait sophistam hoc velle, ut si quid ipsi minus perspicuum sit, de eo interrogare liceat. Imo hoc a sophistae mente prorsus abhorret, qui istam sciscitandi consuetudinem in Socrate ferat molestissime. Accedit quod his a Socrate ita dictis Euthydemus nullo modo sic pergere potuit; Ὑπολαμβάνεις γὰρ δήπου τι κ. τ. λ. Itaque ego in ea sententia sum, ut plurimorum librorum scripturam, ἀλλὰ μὴ ἐπανερέσθαι, veram esse existimem, modo cum Heindorfio post ἐπανερέσθαι interrogandi signum ponatur. Quo facto haec oritur loci sententia: At quomodo faciam? faciam enim utcunque volueris; iubesne me, quando quid sit quod interroges non perspiciam, nihilo minus respondere, neque interrogare? Ita enim Socrates se simulat sophistae per omnia gratum facturum, veruntamen cum admiratione quadam eundem interrogat, num postulet, ut vel ad id respondeat, quod non intellexerit accurate planeque perceperit. Atque haec si vera est interpretatio, etiam asyndeti ratio facillime perspicitur, in quo viri docti non sine causa offenderunt. Enimvero addita sunt verba: ὅταν μὴ εἰδῶ — ἐπανερέσθαι, ut praegressum illud πῶς ποιῶ; accuratius illustretur; ista autem, οὕτω γὰρ ποιήσω ὅπως ἂν σὺ κελεύῃς, grammaticam si spectamus rationem, διὰ μέσου accipienda sunt. Hanc explicationem etiam Heindorfio et Schleiermachero placuisse laetus animadverti.

Ὑπολαμβάνεις γὰρ δήπου τι —] h. e. aliquid suspicaris et putas esse id, quod dico. Iubet igitur sophista So-

λεπαίνοι διαστέλλοντι τὰ λεγόμενα, βαλλόμενός με φηρεῦσαι τὰ ὀνόματα περιστήσας. ἀνεμνησάμην οὖν τοῦ Κόννου, ὅτι μοι κἀκεῖνος χαλεπαίνει ἑκάστοτε, ὅταν αὐτῷ μὴ ὑπείκω, ἔπειτά μου ἧττον ἐπιμελεῖται ὡς ἀμαθοῦς ὄντος. ἐπεὶ δὲ οὖν διενενοήμην καὶ παρὰ τοῦτον φοιτᾶν, ᾠήθην δεῖν ὑπείκειν, μή με σκαιὸν ἡγησάμενος φοιτητὴν μὴ προσδέχοιτο. εἶπον οὖν· Ἀλλ' εἰ δοκεῖ σοι, Εὐθύδημε, οὕτω ποιεῖν, ποιητέον· σὺ γὰρ πάντως που κάλλιον ἐπίστασαι διαλέγεσθαι ἢ ἐγώ, τέχνην ἔχων ἰδιώτου ἀνθρώπου. ἐρώτα οὖν πάλιν ἐξ ἀρχῆς. Ἀποκρίνου δή, ἔφη,

οὐμην Bodl. Vat. Θ. r. Vind. διενενοήμην, probante etiam nupero editore. Dein edilt. τοῦτοιν. Dedi τοῦτον e Vat. r. Vindob. et Florentinis, quod placuit etiam Winckelmanno. Pro ἡγησάμενος, quod Bodl. Coisl. Vind. Ven. Σ. Par. BCE. Angel. Barb. Palat. Urb. alii cum Ald. et Bas. l. tuentur, vulgo legebatur ἡγησάμενοι. Indidem restitui προσδέχοιτο: nam vulgo προσδέχοιντο scribebatur.

cratem ita respondere, ut certe suam sequatur sententiam, aut, si mavis, coniecturam.

C. ἔπειτα πρὸς τοῦτο ἀποκρ.] h. e. κἄπειτα, ut mox D., de quo usu loquendi v. Heindorf. ad h. l. et Phaedon. p. 133. — μηδὲν πρὸς ἔπος, nihil apti; v. ad Protagor. p. 343. D.

Ἔμοιγε, ἦ δ' ὅς] qui nihilominus nectere potero argutas conclusiones, quum tu hac disserendi arte sis destitutus.

Οὐκ ἀποκρινεῖ, ἔφη] Acerbe repetit Euthydemus quod Socrates dixit Οὐ τοίνυν ἀποκρινοῦμαι, ideoque utitur tempore futuro, quod iam a Rekkero restitutum Winckelmannus parum considerate rursus in ἀποκρίνει mutavit. Sententia enim verborum haec est: Non respondebis scilicet ad ea, quaecunque a me dicta esse opineris, quia nugas agis et iusto es stolidior. De hoc usu voc. ἀρχαῖος v. Ast. ad Legg. p. 105. coll. supra p. 287. B. Istud ἔχων φλυαρεῖς praeter alios illustravit Hermann. ad Viger. p. 777. Ceterum affert haec verba scholiastes Aristoph. ad Rann. v. 204.

D. διαστέλλοντι τὰ λεγόμενα] h. e. distinguenti et explicanti. Quaerendum enim iudicaverat, quid esset de quo interrogaretur. In proximis quod metaphora a venatione petita est, nihil hoc usu apud Platonem est frequentius. v. ad Lachet. p. 194. B. De Rep. IV. p. 432. B.

E. σὺ γὰρ πάντως που κ.] Hoc πάντως, omnino, respondet Germanico jedenfalls, ut Charmid. p. 154. E. et al. — τέχνην ἔχων ἰδιώτου ἀνθρώπου, quum non aliam nisi ἰδιώτου artem teneam; h. e. quum disserendi artis sim imperitus. Frustra haec a Stephano, Cornario, Heusdio, sollicitata sunt.

πάλιν, πότερον ἐπίστασαί τῳ ἃ ἐπίστασαι, ἢ οὔ;
296 Ἔγωγε, ἔφην, τῇ γε ψυχῇ. Οὗτος αὖ, ἔφη, προσαποκρίνεται τοῖς ἐρωτωμένοις. οὐ γὰρ ἔγωγε ἐρωτῶ ὅτῳ, ἀλλ' εἰ ἐπίστασαί τῳ. Πλέον αὖ, ἔφην ἐγώ, τοῦ δέοντος ἀπεκρινάμην ὑπὸ ἀπαιδευσίας. ἀλλὰ συγγίγνωσκέ μοι· ἀποκρινοῦμαι γὰρ ἤδη ἁπλῶς, ὅτι ἐπίσταμαί τῳ ἀεὶ ἃ ἐπίσταμαι. Πότερον, ἢ δ' ὅς, τῷ αὐτῷ τούτῳ γ' ἀεί, ἢ ἔστι μὲν ὅτε τούτῳ, ἔστι δὲ ὅτε ἑτέρῳ; Ἀεί, ὅταν ἐπίστωμαι, ἦν δ' ἐγώ, τούτῳ. Οὐκ αὖ, ἔφη, παύσει παραφθεγγόμενος;
B Ἀλλ' ὅπως μή τι ἡμᾶς σφήλῃ τὸ ἀεὶ τοῦτο. Οὐκουν ἡμᾶς γε, ἔφη, ἀλλ' εἴπερ, σέ. ἀλλ' ἀποκρίνου· ἢ ἀεὶ τούτῳ ἐπίστασαι; Ἀεί, ἦν δ' ἐγώ, ἐπειδὴ δεῖ

P. 296. ἀεὶ ἃ ἐπίσταμαι] ἃ om. Bodl. Vat. Θ. Coisl. Par. E. In Urb. est ἀεὶ ἄρα ἐπ.

ὅταν ἐπίστωμαι] Coisl. Par. E. Angel. Pal. Urb. ἐπιστῶμαι, probante Bekkero. v. Schneider. ad Remp. Vol. III. p. 142. Etiam paullo post section. C. ἐπίσῃ codd. tuentur praeter unum Urb. quem sequutus Bekkerus ἐπισῇ dedit.

ἡμᾶς σφήλῃ] Sic Coisl. Urb. Vat. r. Vindob. Vulgo erat

Οὗτος αὖ, ἔφη, προσαποκρίνεται] Loquitur cum indignatione et contemtu, ideoque utitur tertia verbi persona, licet Socratem intelligat. Contendit hunc locum Heusdius Specim. Crit. p. 3 sq. cum illis Gorg. p. 489. B. οὗτοοὶ ἀνὴρ οὐ παύσεται φλυαρῶν, et aliis similibus. Formula προσαποκρίνεσθαι τοῖς ἐρωτωμένοις est: ad ea, quae interrogantur, ita respondere, ut plus addas quam interrogata sint; quod mox dicitur παραφθέγγεσθαι et παράφθεγμα. Etenim Socrates quum simpliciter affirmare deberet se aliqua re percipere scientiam, ulterius progressus animum significavit esse, quo scientia contineatur.

P. 296. Οὐκ αὖ παύσει π.] Molestum homini accidit, quod Socrates addidit ὅταν ἐπιστῶμαι. Nam ἀεὶ quum duplicem habeat vim et potestatem, ut sit vel ἑκάστοτε, quo sensu a Socrate nunc ponitur, vel semper et perpetuo; hac vocis ambiguitate Euthydemus uti constituit, ut Socratem omnia semper scire et novisse doceat. Quod ipsum hic sentiens callide interponit suum istud ὅταν ἐπιστῶμαι.

B. ἀλλ' εἴπερ, σέ] sed si quem in fraudem inducet, te fallet. Ellipsin tetigi ad Remp. VI. p. 497. E. copiose illustravit Heindorf. ad Parmen. p. 255.

Τοῦτ' ἐκεῖνο, ἔφη· ἥκει —] Formulam τοῦτ' ἐκεῖνο,

ἀφελεῖν τὸ ὅταν. Οὐκοῦν ἀεὶ μὲν τούτῳ ἐπίστασαι· ἀεὶ δ' ἐπιστάμενος πότερον τὰ μὲν τούτῳ ἐπίστασαι ᾧ ἐπίστασαι, τὰ δ' ἄλλῳ, ἢ τούτῳ πάντα; Τούτῳ, ἔφην ἐγώ, ἅπαντα, ἃ γ' ἐπίσταμαι. Τοῦτ' ἐκεῖνο, ἔφη· ἥκει τὸ αὐτὸ παράφθεγμα. Ἀλλ' ἀφαιρῶ, ἔφην ἐγώ, τὸ ἃ γ' ἐπίσταμαι. Ἀλλὰ μηδὲ ἕν, ἔφη, ἀφέλῃς· οὐδὲν γάρ σου δέομαι. ἀλλά μοι ἀπόκριναι· C δύναιο ἂν ἅπαντα ἐπίστασθαι, εἰ μὴ πάντα ἐπίσταιο; Τέρας γὰρ ἂν εἴη, ἦν δ' ἐγώ. Καὶ ὃς εἶπε· Προστίθει τοίνυν ἤδη ὅ τι βούλει· ἅπαντα γὰρ ὁμολογεῖς ἐπίστασθαι. Ἔοικα, ἔφην ἐγώ, ἐπειδήπερ γε οὐδεμίαν ἔχει δύναμιν τὸ ἃ ἐπίσταμαι, πάντα δὲ ἐπίσταμαι. Οὐκοῦν καὶ ἀεὶ ὡμολόγηκας ἐπιστα-

σφάλη, unde Heindorf. et Winckelm. σφαλεῖ effinxerunt. De forma disputat Lobeck. ad Aiacem p. 225 ed. sec.

B. ἢ ἀεὶ τούτῳ ἐπ.] V. εἰ ἀεὶ, quod correxit Heindorf. Bodl. Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Par. C. Angel. Barb. Pal. Flor. a. c. o. ἢ habent. In Coisl. est ᾗ. Verum exhibent cum Ald. et Bass. editt. codices Vat. r. Par. BE. Flor. b.

τὰ δὲ ἄλλῳ] ἃ Bodl. Vat. Θ.

quae respondet fere Germanico: da haben wirs! ad Symp. p. 210. E. Charmid. p. 166. B. Phaedr. p. 241. D. et alibi, explicavimus.

C. Προστίθει τοίνυν ἤδη —] Exultans de victoria, quam sibi videtur reportavisse, exclamat: Iam igitur quidvis addas licet! cuncta enim te scire fateris. Quod enim Socrates respondit monstri simile fore, si ἅπαντα quidem, nec vero πάντα cognita haberet, id sophista sic accipit, ac si ille se πάντα novisse ultro concessisset, ideoque etiam ἅπαντα scire fateretur. Perperam igitur Schleiermacherus pro vulgato ἅπαντα γὰρ ὁμολογεῖς legendum censet πάντα γὰρ ὁμολογεῖς, quod nec proxima Socratis responsio flagitat.

ἐπειδήπερ γε οὐδεμίαν — πάντα δὲ ἐπίσταμαι] quandoquidem nihil valet quod antea addidi ἃ ἐπίσταμαι, sed simpliciter πάντα ἐπίσταμαι, h. e. sed me simpliciter omnia scire aio. Nam ita hic loqus intelligendus est, in quo explicando miror viros doctos adeo se torsisse. Nam Heindorfius verba πάντα δὲ ἐπίσταμαι abesse mavult. Schleiermacherus pro δὲ legendum putat δή; denique recentissimus libri interpres δὲ censet redordiri sermonem verbis ἐπειδήπερ γε κ. τ. λ. interruptum. Quorum omnium nihil est quod ad rectam rationem perducat.

σθαι τούτῳ, ᾧ ἐπίστασαι, εἴτε ὅταν ἐπίστῃ εἴτε ὅπως βούλει· ἀεὶ γὰρ ὡμολόγηκας ἐπίστασθαι καὶ
D ἅμα πάντα. δῆλον οὖν, ὅτι καὶ παῖς ὢν ἠπίστω, καὶ ὅτ' ἐγίγνου, καὶ ὅτ' ἐφύου· καὶ πρὶν αὐτὸς γενέσθαι, καὶ πρὶν οὐρανὸν καὶ γῆν γενέσθαι, ἠπίστω ἅπαντα, εἴπερ ἀεὶ ἐπίστασαι. καὶ ναὶ μὰ Λία, ἔφη, αὐτὸς ἀεὶ ἐπιστήσει καὶ ἅπαντα, ἂν ἐγὼ βούλωμαι. Cap. XXIII. Ἀλλὰ βουληθείης, ἦν δ' ἐγώ, ὦ πολυτίμητε Εὐθύδημε, εἰ δὴ τῷ ὄντι ἀληθῆ λέγεις. ἀλλ' οὔ σοι πάνυ πιστεύω ἱκανῷ εἶναι, εἰ μή σοι συμβου-

D. ὦ πολυτίμητε Εὐθύδημε] Steph. πολύτιμε quod solus Par. E. tuetur. v. Heindorf. ad h. l. Ammonius p. 118. ed. Valck. Thomas M. Lobeck. ad Sophocl. Aiac. p. 120.

εἰ μή σοι συμβουληθείη] βουληθείη Bodl. Vat. Θ. Par. C. Barber. errore manifesto, quem adscivit Winckelm. Fieri tamen potest, ut σοι abiiciendum sit.

οὕτω δὲ τάχ' ἄν] δὲ om. Bodl. Vat. Θ. quo arrepto Winckelmannus scripsit: Διονυσόδωρος οὕτω. τάχα ἄν· εἶπετον δέ μοι.

εἴτε, ὅταν ἐπ. εἴτε ὅπως βούλει] h. e. sive addas tuum istud ὅταν ἐπίστωμαι, sive quid aliud volueris, veluti, quo paulo ante utebaris, ἄ γε ἐπίσταμαι. Nam ita haec accipienda sunt, absonumque est prorsus quod Winckelmannus εἴτε ὅπως βούλει vult significare sive nescis.

D. αὐτὸς ἀεὶ ἐπιστήσει] Molestum esse, imo prorsus absurdum istud αὐτὸς, neminem fore speramus quin Heindorfio lubens concedat. Itaque aut αὖθις legendum videtur, quod saepenumero est in posterum, postero tempore, aut, quod placuit Heindorfio, corrigendum εὐθύς. Sententia haec est: et mehercle etiam futuro tempore cuncta atque semper scire videberis, si ego id disputando efficere voluero.

ἀλλ' οὔ σοι πάνυ π. —] At non sane credo te esse idoneum ad hoc efficiendum, nisi frater tuus Dionysodorus idem voluerit: ita enim forsitan id efficietis. Ridet enim Socrates et pungit Euthydemum, qui antea ab ipso erat redactus in angustias. Quocirca Dionysodori auxilio opus fore significat, quandoquidem ita futurum sit, ut amborum cavillationibus ipsi sit concedendum. Verbum συμβούλεσθαι infra p. 298. C. et Lachet. p. 188. E. eodem modo positum. Quod Bodl. et Vat. cum duobus aliis βουληθείη habent, susceptum illud nuper a Winckelmanno, vereor equidem ne haec scriptura errore nata sit. Fortasse enim scriptum fuit olim: εἰ μὴ συμβουληθείῃ, quemadmodum etiam p. 298. C. dativus desideratur. Deinde cur οὕτω τάχ' ἄν omissa coniunctione γάρ dicatur, nemini erit obscurum. Adduntur enim haec verba explicationis gratia. Itaque quod vulgo

ληθείη ὁ ἀδελφός σου οὑτοσὶ Διονυσόδωρος· οὕτω τάχ' ἄν. εἶπετον δέ μοι, ἦν δ' ἐγώ, — τὰ μὲν γὰρ ἄλλα οὐκ ἔχω ὑμῖν πῶς ἀμφισβητοίην, οὕτως E *εἰς σοφίαν τερατώδεσιν ἀνθρώποις, ὅπως οὐ πάντα ἐγὼ ἐπίσταμαι, ἐπειδὴ ὑμεῖς φατέ· τὰ δὲ τοιάδε πῶς φῶ ἐπίστασθαι, Εὐθύδημε, ὡς οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες ἄδικοί εἰσι; φέρε εἰπέ, τοῦτο ἐπίσταμαι ἢ οὐκ ἐπίσταμαι; Ἐπίστασαι μέντοι, ἔφη, Τί; ἦν δ' ἐγώ. Ὅτι οὐκ ἄδικοί εἰσιν οἱ ἀγαθοί. Πάνυ γε, ἦν δ' ἐγώ, πάλαι. ἀλλ' οὐ τοῦτο ἐρωτῶ· ἀλλ' ὡς* 297

Mihi δὲ extruso vulgata verborum distinctio servanda visa est.

E. *οὐ πάντα ἐγὼ ἐπίσταμαι*] *ἐγὼ* om. Bodl. ante *οὐ* ponit Vat. r. Dein vulgo scribitur *ἐπειδήπερ ὑμεῖς φατέ*. Coisl. Ven. ΞΣ. Par. BC. Angel. Barb. Pal. Urb. Vat. r. Flor. a. b. c. o. ed. Bas. 2. *ἐπειδή γε*, probante Winckelmanno. Routhius coni. *ἐπειδήπερ γε*, sicuti est p. 296. C. Bodl. Vat. *Θ*. neque *περ* neque *γε* habent, atque ita edere non dubitavi.

ὡς οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες] *οἱ* om. Steph. cum Par. E. Flor. b.

scribebatur *οὕτω δὲ τάχ' ἄν*, id ex glossemate natum est. Ad *τάχ' ἄν* liquet ex antecedentibus intelligendum esse *ἐκανὸς εἶης*. Aliter totum locum constituit Winckelmannus, qui ita scripsit: *εἰ μή σοι βουληθείη ὁ ἀδελφός σου οὑτοσὶ Διονυσόδωρος οὕτω· τάχα ἄν· εἶπετον δέ μοι, κ. τ. λ.* ut ad *τάχα ἄν* intelligendum sit *βουληθείη*. Quae ratio vel ideo displicet, quia *οὕτω* in clausula collocatum nescio quid molestiae affert; nec *τάχα ἄν* caret offensione.

E. *πῶς ἀμφισβητοίην — ὅπως οὐ πάντα*] Assentior Heindorfio *πῶς ἂν ἀμφ.* corrigenti. Nam *ἄν* omisso sententia haec existeret: non habeo quomodo me dubitare existimem s. velim; quod quam sit perversum et ineptum, nemo erit quin protenus sentiat. Iungenda autem verba sunt hunc in modum: *πῶς ἂν ἀμφισβητοίην, ὅπως οὐ πάντα ἐπίσταμαι*; de ceteris quidem quomodo possum dubitare, qui non (i. e. quin) omnia sciam; nam *ὅπως* est quomodo, poniturque sic post verba sentiendi, dicendi, significandi, non ita raro. v. praeter interpretes ad h. l. Matthiae Gr. p. 1267.

τὰ δὲ τοιάδε πῶς φῶ —] Illud negat a se intellectum, bonos viros esse iniustos. Vult enim Euthydemum commovere, ut de hac re disserere secum instituat. Hic quoque Socratem videmus dialecticam referre ad quaestiones de rebus turpibus et honestis, quum Euthydemi et Dionysodori ars unice nectendis argutis conclusiunculis et ad fucum faciendum comparatis contineatur.

Τίς; ἦν δ' ἐγώ. Ὅτι οὐκ ἄδικοι —] Euthydemus quia fraudulenter et captiose respondit *Ἐπίστασαι*, omissa rei, quae sciatur, commemoratione, Socrates ne quod homini effugium relinquatur, nunc quaerit, quidnam illud sit, quod ipsius

ἄδικοί εἰσιν οἱ ἀγαθοί, ποῦ ἐγὼ τοῦτο ἔμαθον; Οὐδαμοῦ, ἔφη ὁ Διονυσόδωρος. Οὐκ ἄρα ἐπίσταμαι, ἔφην, τοῦτο ἐγώ. Διαφθείρεις, ἔφη, τὸν λόγον, ὁ Εὐθύδημος πρὸς τὸν Διονυσόδωρον, καὶ φανήσεται οὑτοσὶ οὐκ ἐπιστάμενος, καὶ ἐπιστήμων ἅμα ὢν καὶ ἀνεπιστήμων. Καὶ ὁ Διονυσόδωρος ἠρυθρίασεν. Ἀλλὰ σύ, ἦν δ' ἐγώ, πῶς λέγεις, ὦ Εὐθύδημε; οὐ δοκεῖ σοι ὀρθῶς ἀδελφὸς λέγειν ὁ πάντα εἰδώς; Ἀδελφὸς γάρ, ἔφη, ἐγώ εἰμι Εὐθυδήμου, ταχὺ ὑπολαβὼν ὁ Διονυσόδωρος; Κἀγὼ εἶπον, Ἔασον, ὦ γαθέ, ἕως ἂν Εὐθύδημός με διδάξῃ, ὡς

B

P. 297. B. *ὀρθῶς ἀδελφὸς λέγειν*] V. *ὁ ἀδελφός*. Sed articulum libri omnes praeter Par. E. Barb. Flor. b. o. et pr. Cois. ignorant. Itaque cum Bekkero scripsi *ἀδελφός*.

C. *εἰ μίαν κεφαλὴν ἀποτμ.*] *εἰς μίαν* Bodl. Vat. *Θ*. Iidem cum Vat. r. et Vindob. deinceps pro *ἀποτμηθείη τοῦ λόγου* scriptum habent *τοῦ λόγου τις ἀποτέμοι*. Creuzer. *εἰ μίαν κεφαλὴν τοῦ λόγου τις ἀποτέμῃ*. Hinc Winckelmannus dedit: *εἰ εἷς μίαν κεφαλὴν τοῦ λόγου τις ἀποτέμοι*. Mihi in illo *εἰσμίαν* latere videtur scriptura *εἴ τις μίαν*. Videtur autem iam antiquitus *διττογραφία* iudicio sciat. Tum vero ille protenus sententiam a Socrate propositam pervertit atque respondet: *Ὅτι οὐκ ἄδικοί εἰσιν οἱ ἀγαθοί*. Hanc loci rationem non perspiciens Serranus pro *οὐκ ἀγαθοὶ* legendum censuit *ἄδικοι*.

P. 297. B. *οὐ δοκεῖ σοι ὀρθῶς ἀδελφὸς λέγειν —*] Quia libri plerique omnes *ὁ* articulum omittunt, non videtur recte dubitari posse, quin hic quoque crasis illa obliterata sit, quae dici non potest quam saepe fuerit a scribis vel ignorata vel neglecta. Enimvero etsi nomina consanguinitatem et affinitatem significantia articulo subinde carere certis exemplis demonstravit Schaeferus Melett. Crift. p. 45. et 116, tamen apud prosae orationis scriptores hoc ita demum fieri solet, si non de uno aliquo atque certo homine cogitandum est, sed patris, matris, fratris in universum mentio fit. v. ad Lachet. p. 179. A. cuius loci rationem Winckelmannus non videtur perspectam habuisse. Aliter iudicandum est de verbis proxime sequentibus, in quibus *ἀδελφὸς* praedicati munere fungitur. Ceterum Dionysodorum apparet fratri laboranti opem laturum continuo aliam inferre interrogatiunculam atque disputationis cursum alio flectere conari.

καὶ τοῦ ἑτέρου ὑμῶν] inferior sum vel alterutro vestrum; multo minus igitur pugnam et contentionem cum utroque suscipere possum.

C. *πολὺ γάρ που εἰμὶ φ.*] Fuit qui istud *που* Socratis urbanitati parum convenire exi-

ἐπίσταμαι τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, ὅτι ἄδικοί εἰσι, καὶ μή μοι φθονήσῃς τοῦ μαθήματος. Φεύγεις, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁ Διονυσόδωρος, καὶ οὐκ ἐθέλεις ἀποκρίνεσθαι. Εἰκότως γ', εἶπον ἐγώ· ἥττων γάρ εἰμι καὶ τοῦ ἑτέρου ὑμῶν, ὥστε πολλοῦ δέω μὴ οὐ δύο C *γε φεύγειν. πολὺ γάρ πού εἰμι φαυλότερος τοῦ Ἡρακλέους, ὃς οὐχ οἷός τε ἦν τῇ τε ὕδρᾳ διαμάχεσθαι, σοφιστρίᾳ οὔσῃ καὶ διὰ τὴν σοφίαν ἀνισίσῃ, εἰ μίαν κεφαλὴν ἀποτμηθείη τοῦ λόγου, πολλὰς ἀντὶ τῆς μιᾶς, καὶ καρκίνῳ τινὶ ἑτέρῳ σοφιστῇ, ἐκ θαλάττης ἀφιγμένῳ, νεωστί, μοι δοκεῖν, καταπεπλευκότι·*

hic locum habuisse, unde apparet, qui fiat, ut plerique codd. *ἀποτμηθείη* tueantur, quod fateor mihi altero illo praestabilius videri. Pro *τοῦ λόγου* Vindob. in marg. *τοῦ ὅλου*.

καρκίνῳ τινὶ ἑτέρῳ] Sic Bodl. Vat. *Θ*. Coisl. Vind. Par. C. Barb. Urb. pro vulg. *ἑτέρῳ τινι*. Mox Bodl. Vat. *Θ*. *νεωστί μοί τινι δοκεῖν*. Unde Winckelm. scribendum coniecit: *νεωστί τινί μοι δοκεῖν*. Nec *τις* ita repetitum insolens; v. Porson. Addend. ad Hecub. p. 100 sq. ed. tert. Lips. Meinek. ad Menandr. p. 50.

stimaret. Qua in re vir doctus egregie fallitur. Constat enim *που* saepe usurpari ab iis, qui alterius exspectant assensionem. Elegantissima vero est quae sequitur comparatio, ducta illa a proverbio *πρὸς δύο οὐδ' Ἡρακλῆς*, de quo v. etiam Phaedon. p. 89. C. Etenim festive sophistae cum hydra et cancro comparantur. Quod eo est elegantius, quia cancrum in fabulis narrant hydrae adversus Herculem suppetias tulisse. v. Apollodor. Bibl. II. 5, 2. ibique Heynium. Itaque facile apparet alteri hydrae, alteri cancri partes a Socrate tribui. Ceterum apte comparavit Winckelmannus fragmentum Platonis Comici ap. Schol. Aristoph. 792. in *Σοφισταῖς Ξενοκλῆς δὲ δωδεκαμήχανος ὁ Καρκίνου παῖς τοῦ θαλαττίου*: quod tamen non contendam philosopho ob oculos versatum esse.

εἰ μίαν κεφαλὴν — τοῦ λόγου] Winckelmannus e codicum quorundam vestigiis non dubitavit scribere: *εἰ εἷς μίαν κ.τ.λ. τις ἀποτέμοι*, idque dicit certissime a se restitutum esse. Mihi secus videtur. Nam isti *εἷς* quidem hic locus non est propterea, quod in hac secundaria enuntiati parte nulla vis oppositionis continetur. Deinde istud *τοῦ λόγου* ne quem male habeat, bene tenendum hydram informari tanquam sophistriam.

νεωστί, μοι δοκεῖν, καταπεπλευκότι] Tangit sophistas, qui nuper demum Athenas appulerant, maxime Dionysodorum. Pro *μοι* ne cum Heindorfio requiras *ἐμοί*, conf. annot. ad Phaedr. p. 258. A. Ion. p. 535. B.

ὃς ἐπειδὴ αὐτὸν ἐλύπει οὕτως ἐκ τοῦ ἐπ' ἀριστερὰ λέγων καὶ δάκνων, τὸν Ἰόλεων τὸν ἀδελφιδοῦν βοη-
D θὸν ἐπεκαλέσατο, ὁ δὲ αὐτῷ ἱκανῶς ἐβοήθησεν. ὁ δ' ἐμὸς Ἰόλεως Πατροκλῆς εἰ ἔλθοι, πλέον ἂν θάτερον ποιήσειεν. Cap. XXIV. Ἀπόκριναι δή, ἔφη ὁ Διονυσόδωρος, ὁπότε σοι ταῦτα ὕμνηται· πότερον ὁ Ἰόλεως τοῦ Ἡρακλέους μᾶλλον ἦν ἀδελφιδοῦς ἢ σός; Κράτιστον τοίνυν μοι, ὦ Διονυσόδωρε, ἦν δ' ἐγώ, ἀποκρίνασθαί σοι. οὐ γὰρ μὴ ἀνῇς ἐρωτῶν, (σχεδόν τι ἐγὼ τοῦτ' εὖ οἶδα), φθονῶν καὶ διακωλύων, ἵνα μὴ διδάξῃ με ὁ Εὐθύδημος ἐκεῖνο τὸ σοφόν. Ἀποκρίνου δή, ἔφη. Ἀποκρινοῦμαι δή, εἶπον, ὅτι τοῦ Ἡρακλέους ἦν ὁ Ἰόλεως ἀδελφιδοῦς, ἐμὸς δ', ὡς

ἐκ τοῦ ἐπ' ἀριστερά] *ἀριστερᾷ* Coisl. Par. E. Angel. v. Lobeck. ad Phryn. p. 259.

D. *διδάξῃ με ὁ Εὐθ.*] Articulum e Vat. Θ. inseruit

οὕτως ἐκ τοῦ ἐπ' ἀριστερὰ λέγων] Recte Schleiermacherus vertit: so von links her: quo recte significatur Dionysodorus. Nam p. 271. B. *ὁ δὲ παρ' ἐμὲ καθήμενος ἐξ ἀριστερᾶς ἀδελφὸς τούτου Διονυσόδωρος.* De *οὕτως* v. ad. Sympos. p. 176. E. Istud *ἐκ τοῦ ἐπ' ἀριστερὰ* dictum ut *ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτερα, ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον*, alia id genus multa. conf. Lobeck. ad Phrynich. p. 259.

D. *ὁ δ' ἐμὸς Ἰόλεως Πατροκλῆς εἰ ἔλθοι*] „Huius hominis non alibi mentionem facit Plato neque alius quisquam scriptor, nisi quis cum Hemsterhusio ad Luciani Somn. §. 12. suspicetur eundem hunc esse Patroclem statuarium, quem Olymp. XCV. floruisse perhibet Plinius Hist. Nat. 37, 8. coniectura parum probabili." *Heindorf.* Hunc Socratis fratrem tangi ab Aristophane Avv. v. 794 sqq. Plut. v. 84 sq. scita est coniectura Winckelmanni. Non sine ioco eius mentionem hic iniici manifestum arbitror. Videtur enim fuisse omnis eruditionis expers et ad disserendum parum idoneus. De formula *πλέον θάτερον ποιεῖν*, malam rem etiam peiorem reddere, v. ad p. 280. E.

ὁπότε σοι ταῦτα ὕμνηται] quandoquidem ista garrivisti; de quo usu verbi *ὑμνεῖν* v. Ruhnken. ad Tim. p. 262 sq. Iam vero quoniam Socrates fratris sui ideoque consanguinei mentionem iniecit, Dionysodorus inde novam captat argutandi materiam adeoque scisciatur, fueritne Iolaus magis (in höherm Grade) Herculis *ἀδελφιδοῦς*, quam Socratis. Quam sermonis conversionem non satis percipientes Heindorfius, Schleiermacherus et Groen van Prinsterer Prosopogr. Plat. p. 160. paullo ante Patroclis nomen delendum iudicarunt: quo extruso vereor ne locus magna

ἐμοὶ δοκεῖ, οὐδ' ὁπωστιοῦν. οὐ γὰρ Πατροκλῆς ἦν E
αὐτῷ πατήρ, ὁ ἐμὸς ἀδελφός, ἀλλὰ παραπλήσιον
μὲν τοὔνομα Ἡρακλῆς, ὁ Ἡρακλέους ἀδελφός. Πα-
τροκλῆς δέ, ἦ δ' ὅς, σός; Πάνυ γ', ἔφην ἐγώ, ὁμο-
μήτριός γε, οὐ μέντοι ὁμοπάτριος. Ἀδελφὸς ἄρα
ἐστί σοι καὶ οὐκ ἀδελφός. Οὐχ ὁμοπάτριός γε, ὦ
βέλτιστε, ἔφην· ἐκείνου μὲν γὰρ Χαιρέδημος ἦν πα-
τήρ, ἐμὸς δὲ Σωφρονίσκος. Πατὴρ δὲ ἦν, ἔφη,
Σωφρονίσκος καὶ Χαιρέδημος; Πάνυ γ', ἔφην· ὁ
μέν γε ἐμός, ὁ δὲ ἐκείνου. Οὐκοῦν, ἦ δ' ὅς, ἕτε- 298
ρος ἦν Χαιρέδημος τοῦ πατρός; Τοὐμοῦ γ', ἔφην
ἐγώ. Ἆρ' οὖν πατὴρ ἦν ἕτερος ὢν πατρός; ἢ σὺ
εἶ ὁ αὐτὸς τῷ λίθῳ; Δέδοικα μὲν ἔγωγ', ἔφην, μὴ

Bekker.

E. *ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐδ' ὁπωστιοῦν*] V. δοκεῖν, quod soli tenent Par. CE. Barb. Flor. b.

laboraret obscuritate. Nec audiendus est Winckelmannus, qui ἦ ὁ σός, addito articulo, scribendum censet, quod a recta ratione abhorrere sequentia arguunt certissime.

ἐκεῖνο τὸ σοφόν] sc. ὅτι οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες ἀδικοί εἰσιν.

E. *ἀλλὰ παραπλήσιον μὲν τοὔνομα Ἡφ.*] „Haec fuit quum sic corrigenda viderentur, *ἀλλὰ παραπλήσιος μὲν τοὔνομα, Ἡφικλῆς δὲ ὁ Ἡρακλ.*, nunc vulgatam scripturam teneo. Nam ut dicitur *ἀνὴρ ὄνομα Ἡφικλῆς*, quidni itidem dicatur *ἀνὴρ παραπλήσιον τοὔνομα Ἡφικλῆς*?“ *Heindorf.* Deinceps *ἀλλὰ — μὲν* non subsequente *δὲ* exemplis illustravit Heindorf. ad Theaet. p. 197. C. p. 201. B. et Winckelmann. ad h. l. Qui fiat, ut *ἀλλὰ — μὲν* saepissime ita dicatur, ex eo apparet, quod sententia per *δὲ* annectenda plerumque iam in praecedentibus verbis continetur. Velut hoc loco dici poterat etiam sic: *παραπλήσιον μὲν τοὔνομά ἐστιν Ἡφικλῆς, ἦν δὲ οὐχὶ ἐκεῖνος αὐτῷ πατήρ.* Criton. p. 43. D. *οὗτοι ἀφῖχται, ἀλλὰ δοκεῖ μέν μοι τήμερον ἥξειν.* ubi v. annot. De Rep. V. p. 475. E. *οὐδαμῶς, εἶπον, ἀλλ' ὁμοίους μὲν φιλοσόφους.*

P. 298. *ὁ αὐτὸς τῷ λίθῳ*] Pungit Socratem huius exempli commemoratione, siquidem Graeci lapidis nomine significarunt hominem stupidum. Socrates vero ita respondet, ut vocabulo alio sensu accepto de silentio cogitare videatur, ad quod metuendum sit ne istis cavillationibus redigatur. Apte contulit Heindorfius Sympos. p. 198. C. *ἐφοβούμην γὰρ μή μοι τελευτῶν ὁ Ἀγάθων Γοργίου κεφαλὴν δεινοῦ λέγειν ἐν τῷ λόγῳ ἐπὶ τὸν ἐμὸν λόγον πέμψας αὐτόν με λίθον τῇ ἀφωνίᾳ ποιήσειεν.*

φανῶ ὑπὸ σοῦ ὁ αὐτός· οὐ μέντοι μοι δοκῶ. Οὐκοῦν ἕτερος εἶ, ἔφη, τοῦ λίθου; Ἕτερος μέντοι. Ἄλλο τι οὖν ἕτερος, ἦ δ' ὅς, ὢν λίθου οὐ λίθος εἶ; καὶ ἕτερος ὢν χρυσοῦ οὐ χρυσὸς εἶ; Ἔστι ταῦτα. Οὐκοῦν καὶ ὁ Χαιρέδημος, ἔφη, ἕτερος ὢν πατρὸς
B οὐκ ἂν πατὴρ εἴη. Ἔοικεν, ἦν δ' ἐγώ, οὐ πατὴρ εἶναι. Εἰ γὰρ δήπου, ἔφη, πατήρ ἐστιν ὁ Χαιρέδημος, ὑπολαβὼν ὁ Εὐθύδημος, πάλιν αὖ ὁ Σωφρονίσκος ἕτερος ὢν πατρὸς οὐ πατήρ ἐστιν, ὥστε σύ, ὦ Σώκρατες, ἀπάτωρ εἶ. Καὶ ὁ Κτήσιππος ἐκδεξάμενος, Ὁ δὲ ὑμέτερος, ἔφη, αὖ πατὴρ οὐ ταὐτὰ ταῦτα πέπονθεν; ἕτερός ἐστι τοὐμοῦ πατρός; Πολλοῦ γ', ἔφη, δεῖ, ὁ Εὐθύδημος. Ἀλλά, ἦ δ' ὅς, ὁ αὐτός; Ὁ αὐτὸς μέντοι. Οὐκ ἂν συμβουλοί-
C μην. ἀλλὰ πότερον, ὦ Εὐθύδημε, ἐμὸς μόνος ἐστὶ πατὴρ ἢ καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων; Καὶ τῶν ἄλλων, ἔφη· ἢ οἴει τὸν αὐτὸν πατέρα ὄντα οὐ πατέρα εἶναι; Ὤιμην δῆτα, ἔφη ὁ Κτήσιππος. Τί δέ; ἦ δ'

P. 298. *οὐκ ἂν πατὴρ εἴη*] *οὐ πατήρ ἐστιν* Vindob. Vat. r. et *ἐστιν* etiam Bodl. Vat. Θ.

B. *ἐμὸς μόνος ἐστὶ π.*] *μόνος* Bodl. Coisl. Vat. Θr. Ven. ΞΣ. Par. CE. Angel. Barb. Pal. Urb. modo pro vulg. *μόνον* cum Winckelmanno restitui. v. Bremi Excurs. XI. ad Lys. p. 449 sq.

C. *Ἵππων καὶ τῶν ἄλλων*] Sic Ven. Ξ. Vat. r. Angel.

Οὐκοῦν καὶ ὁ Χαιρέδημος —] De toto hoc sophismate v. Aristotel. De Sophist. Elench. V. 2, 3. XXIV. 1, 2.

B. *Οὐκ ἂν συμβουλοίμην*] V. ad Lachet. p. 189. A.

C. *Μὴ γάρ, ἔφη ὁ Κτ., ὦ Εὐθύδημε· τὸ λεγόμ.*] Illud *μὴ γάρ* per se seorsum accipiendum, quo non animadverso Heindorfius *συνάπτης* legendum opinabatur. Exempla huius usus satis multa congessi ad Protagor. p. 334. E. Alcib. I. p. 75 B. al. Sententia verborum haec est: Noli ista in medium afferre; nam, quod in proverbio dicitur, *οὐ λίνον λίνῳ συνάπτεις*, i. e. non bene haec inter se componis. Schol. *Λίνον λίνῳ συνάπτεις, ἐπὶ τῶν τὰ αὐτὰ διὰ τῶν αὐτῶν ἢ λεγόντων ἢ δρώντων ἢ τὰ ὅμοια εἰς φιλίαν συναπτόντων. μέμνηται δὲ αὐτῆς Ἀριστοτέλης ἐν τῷ γ' τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως* (III. 6, 9.)· *οὐ γὰρ λίνον λίνῳ συνάπτειν ἐστίν. Σιράττις Ποταμοῖς* (lege *Ποταμίοις* cum Hemsterhusio ad Arist. Plut. v. 470.) *καὶ Πλάτων Εὐθυδήμῳ.* Similia habent Photius Lex. p. 224. 23. ed. Porson. Schol. Aristid. T. III. p. 501. ed. Dindorf. Simplicius ad Aristot. Phys. p. 117.

ὅς· χρυσὸν ὄντα μὴ χρυσὸν εἶναι; ἢ ἄνθρωπον ὄντα μὴ ἄνθρωπον; Μὴ γάρ, ἔφη ὁ Κτήσιππος, ὦ Εὐθύδημε· τὸ λεγόμενον, οὐ λίνον λίνῳ συνάπτεις; δεινὸν γὰρ λέγεις πρᾶγμα, εἰ ὁ σὸς πατὴρ πάντων ἐστὶ πατήρ. Ἀλλ' ἔστιν, ἔφη. Πότερον ἀνθρώπων; ἦ δ' ὃς ὁ Κτήσιππος, ἢ καὶ ἵππων καὶ τῶν ἄλλων πάντων ζώων; Πάντων, ἔφη. Ἦ καὶ μήτηρ ἡ μήτηρ; Καὶ ἡ μήτηρ γε. Καὶ τῶν ἐχίνων ἄρα, ἔφη, ἡ σὴ μήτηρ μήτηρ ἐστὶ τῶν θαλαττίων. Καὶ ἡ σή γ', ἔφη. Καὶ σὺ ἄρα ἀδελφὸς εἶ τῶν κωβιῶν καὶ κυναρίων καὶ χοιριδίων. Καὶ γὰρ σύ, ἔφη. Καὶ πρὸς ἄρα σοι πατήρ ἐστι καὶ κύων. Καὶ γὰρ σοί, ἔφη. Αὐτίκα δέ γε, ἦ δ' ὃς ὁ Διονυσόδωρος, ἄν μοι ἀποκρίνῃ, ὦ Κτήσιππε, ὁμολογήσεις ταῦτα. εἰπὲ γάρ μοι, ἔστι σοι κύων; Καὶ μάλα πονηρός, ἔφη ὁ Κτήσιππος. Ἔστιν οὖν αὐτῷ κυνίδια; Καὶ μάλ', ἔφη, ἕτερα τοιαῦτα. Οὐκοῦν πατήρ ἐστιν αὐτῶν ὁ κύων; Ἔγωγέ τοι εἶδον, ἔφη, αὐτὸν ὀχεύοντα τὴν

Vulgo ἵππων ἢ καὶ τῶν ἄλλων, quod mutavit Bekkerus. Alioquin post ἵππων ponenda est interrogationis nota.

D. Ἦ καὶ μήτηρ ἡ μήτηρ] Articulum om. Bodl. Vat. Θ. Urb. et pr. Coisl. post καὶ ponit rec. Coisl.

D. τῶν κωβιῶν] τῶν βοϊδίων Bodl. Vat. Θ. τῶν ᾠδίων Vindob. et in marg. γραφ. κοβίων. Dein Coisl. καὶ τῶν κυναρίων. Mox Bodl. Καὶ γὰρ σύ, ἔφη.

οὐ τα ἀνεγκλώθεσθαι πεφυκότα συγκλώθειν. Suidas: οὐ λίνον λίνῳ συνάπτεις: ἐπὶ τῶν τὰ αὐτὰ μὴ διὰ τῶν αὐτῶν πραττόντων. Videtur igitur et λίνον λίνῳ συνάπτεις et οὐ λίνον λίνῳ συνάπτεις usu celebratum fuisse. Ad proxima Schleiermachetus conferri iussit Aristotel. De Sophist. Elench. V. 2, 3. XXIV. I, 2. Vol. III. p. 532. et 610. ed. Bip.

τῶν κοβίων. Ex quo apparet olim aliud quid scriptum fuisse. Cod. Vind. τῶν ᾠδίων. Bodl. Vat. Θ. τῶν βοϊδίων. Alii τῶν κωβίων. Winckelmannus coniecit τῶν κώθων s. κωθώνων. Certe Athenaeus VII. p. 309. C. = p. 673. ed. Dind. Νομήνιος δ' ἐν Ἁλιευτικῷ κώθους αὐτοὺς (τοὺς κωβιοὺς) καλεῖ. De voc. κινάριον v. Lobeck. ad Phrynich. p. 180.

D. τῶν κωβιῶν] „gobiorum, de quo piscium genere v. Schneider. Histor. Litterar. Piscium p. 46." Heindorf. Schol. ad h. l. τῶν ᾠδίων.

E. ἕτερα τοιαῦτα] sc. πονηρά.

ὀχεύοντα τὴν κύνα] H. e. ἐπιβαίνοντα. Usum verbi tetigi ad Rempubl. V. p. 455. B.

κύνα. Τί οὖν; οὐ σός ἐστιν ὁ κύων; Πάνυ γ', ἔφη. Οὐκοῦν πατὴρ ὢν σός ἐστιν, ὥστε σὸς πατὴρ γίγνεται ὁ κύων καὶ σὺ κυναρίων ἀδελφός; Καὶ αὖθις ταχὺ ὑπολαβὼν ὁ Διονυσόδωρος, ἵνα μὴ πρότερόν τι εἴποι ὁ Κτήσιππος, Καὶ ἔτι γέ μοι μικρόν, ἔφη, ἀπόκριναι· τύπτεις τὸν κύνα τοῦτον; Cap. XXV. Καὶ ὁ Κτήσιππος γελάσας, Νὴ τοὺς θεούς, ἔφη· οὐ
299 γὰρ δύναμαι σέ. Οὐκοῦν τὸν σαυτοῦ πατέρα, ἔφη, τύπτεις; Πολὺ μέντοι, ἔφη, δικαιότερον τὸν ὑμέτερον πατέρα τύπτοιμι, ὅ τι μαθὼν σοφοὺς υἱεῖς οὕτως ἔφυσεν. ἀλλ' ἦ που, ὦ Εὐθύδημε, ἔφη ὁ Κτήσιππος, πόλλ' ἀγαθὰ ἀπὸ τῆς ὑμετέρας σοφίας ταύτης ἀπολέλαυκεν ὁ πατὴρ ὁ ὑμέτερός τε καὶ τῶν κυνιδίων. Ἀλλ' οὐδὲν δεῖται πολλῶν ἀγαθῶν, ὦ Κτή-

E. *ἵνα μὴ πρότερόν τι εἴποι*] Sic Bodl. Vat. *Θ*. Angel. Vindob. Vulg. *εἴπῃ*, quod iam Heindorf. emendaverat.

P. 299. *Πολὺ μέντοι, ἔφη*] *ἔφη* om. Bodl. Dein Coisl. corr. *ὅ τι παθών*.

ὦ Εὐθύδημε, ἔφη ὁ Κτησ.] *ἔφη* om. Vat. *Θ*. Vind. Ven. *ΞΣ*. Par. BCE. Angel. Barb. Pal. Urbin. Flor. b. o. et pr. Coisl.

καὶ τῶν κυνιδίων] Sic Vindob. Vulgo *καὶ ὁ τῶν κυν.* quod mutandum esse iam Heindorfius vidit.

μικρόν, ἔφη, ἀπόκριναι] V. ad p. 286. D.

P. 299. *ὅ τι μαθὼν σοφοὺς υἱεῖς* —] Quod est in libro Coisl. *παθών*, id vereor ut quisquam probaturus sit inspectis iis, quae ad p. 283. E. explicavimus. Deinde *οὕτως*, quod ad *σοφοὺς* pertinet, cur ita postpositum sit, ex ann. ad Hipp. mai. p. 282. E. Phaedr. p. 256. E. intelligetur. Nec vero opus est, ut cum Heindorfio restituas *σοφοὺς οὕτως υἱεῖς*. Nam *σοφοὺς υἱεῖς* quia in unam comprehendi notionem debet, rectissime *οὕτως* utrique vocabulo postponitur. Prorsus eodem modo Plato loco Hippiae, quem antea significavi, scripsit: *ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πάνυ*, ubi itidem exspectes *ἐν ὀλίγῳ πάνυ χρόνῳ*. In antecedentibus Astius corrigendum censet *δικαιότερον ἂν τὸν ὑμέτερον πατέρα τύπτοιμι*. Sed optativus sine *ἄν* opinationem loquentis significat cum voluntatis quadam significatione coniunctam. v. Hermann. De Particula *ἄν* p. 159 sq.

πολλ' ἀγαθὰ — κυνιδίων] Quoniam sophistarum patrem a Ctesippo designari manifestum est, articulus *ὁ* ante *τῶν κυνιδίων* abiiciendus fuit, quem miror a nupero editore esse conservatum. Sententiam verborum puto hanc esse: Multa vero bona ex hac sapientia ille vester et catulorum pater percepit, siquidem eum vel pessime tractare licebit.

σιππε, οὔτ' ἐκεῖνος οὔτε σύ. Οὐδὲ σύ, ἦ δ' ὅς, ὦ Εὐθύδημε, αὐτός; Οὐδὲ ἄλλος γε οὐδεὶς ἀνθρώπων. εἰπὲ γάρ μοι, ὦ Κτήσιππε, εἰ ἀγαθὸν νομίζεις εἶναι ἀσθενοῦντι φάρμακον πιεῖν ἢ οὐκ ἀγαθὸν B εἶναι δοκεῖ σοι, ὅταν δέηται· ἢ εἰς πόλεμον ὅταν ἴῃ, ὅπλα ἔχοντα μᾶλλον ἰέναι ἢ ἄνοπλον. Ἔμοιγε, ἔφη. καίτοι οἶμαί τί σε τῶν καλῶν ἐρεῖν. Σὺ ἄρι-στα εἴσει, ἔφη· ἀλλ' ἀποκρίνου. ἐπειδὴ γὰρ ὡμολόγεις ἀγαθὸν εἶναι φάρμακον, ὅταν δέῃ, πίνειν ἀνθρώπῳ, ἄλλο τι τοῦτο τὸ ἀγαθὸν ὡς πλεῖστον δεῖ πίνειν, καὶ καλῶς ἐκεῖ ἕξει, ἐάν τις αὐτὸ τρίψας ἐγκεράσῃ ἑλλεβόρου ἅμαξαν; Καὶ ὁ Κτήσιππος εἶπε, Πάνυ γε σφόδρα, ὦ Εὐθύδημε, ἐὰν ᾖ γε ὁ πίνων ὅσος ὁ ἀνδριὰς ὁ ἐν Δελφοῖς. Οὐκοῦν, ἔφη, καὶ C

B. *εἶναι δοκεῖ σοι*] Sic Bodl. Vat. Θr. Vindob. Coisl. Ven. Ξ. Urb. Legebatur olim *σοι δοκεῖ*.

ἄλλο τι τοῦτο τὸ ἀγαθόν] *τὸ* additum e Ven. ΞΣ. Par. C. Ang. Barb. Pal. Urb. Flor. a. b. c. o. et pr. Par. B.

αὐτὸ τρίψας] *αὐτῷ* Bodl. Vat. Θ. probante Winckelmanno.

C. *ὅσος ὁ ἀνδριὰς ὁ ἐν Δ.*] Sic Bodl. Vat. Θr. Par. C. Barb. Flor. a. c. Legebatur olim *ὁ σὸς ὁ ἀνδριάς*.

εἰ ἀγαθὸν νομίζεις — πιεῖν] Conf. Aristotel. De Sophist. Elench. c. 4. p. 529. ed. Bip.

B. *καίτοι οἶμαί τι — ἐρεῖν*] quanquam vereor, ne captiosa sit rursus ista tua quaestio, alioque me denuo sophismate decipere velis. *Τῶν καλῶν* i. e. *τῶν κομψῶν*, ut alias vocantur a Socrate huiusmodi sophistarum commenta. Infra p. 302. A. *ἤδη γὰρ ὅτι ἐξ αὐτῶν καλόν τι ἀνακύψοι τὸ τῶν ἐρωτημάτων.*" *Heindorf.* Deinde *σὺ ἄριστα εἴσει* similiter dictum atque alibi *τάχα εἴσει*. Pro *ὁμολόγεις*, modo fatebaris, quod Heindorfius de coniectura dedit *ὁμολογεῖς*, id nec necessarium est nec a codicibus confirmatum.

καὶ καλῶς ἐκεῖ ἕξει] Recte Winckelmannus *ἐκεῖ*, ab Heindorfio aliisque in fraudis suspicionem vocatum, ita defendit, ut significare dicat in medicamenti sumtione, *ἐν τῷ τὸ φάρμακον πίνειν*, qui vocabuli usus apud Platonem non ita rarus est. De usu hellebori v. intpp. ad Horat. Sermon. II. 3, 83. et Plinii H. N. 25, 5.

C. *ὅσος ὁ ἀνδριὰς ὁ ἐν Δελφοῖς*] Quaenam statua intelligenda sit, non aliunde constat. Plures enim statuas Delphis positas fuisse exploratum habemus.

ἐν τῷ πολέμῳ ἐπειδὴ ἀγαθόν ἐστιν ὅπλα ἔχειν, ὡς πλεῖστα δεῖ ἔχειν δόρατά τε καὶ ἀσπίδας, ἐπειδήπερ ἀγαθόν ἐστι; Μάλα δήπου, ἔφη ὁ Κτήσιππος· σὺ δ' οὐκ οἴει, ὦ Εὐθύδημε, ἀλλὰ μίαν καὶ ἓν δόρυ; Ἔγωγε. Ἦ καὶ τὸν Γηρυόνην ἄν, ἔφη, καὶ τὸν Βριάρεων οὕτω σὺ ὁπλίσαις; ἐγὼ δὲ ὤμην σε δεινότερον εἶναι, ἅτε ὁπλομάχην ὄντα, καὶ τόνδε τὸν ἑταῖρον. Καὶ ὁ μὲν Εὐθύδημος ἐσίγησεν· ὁ δὲ Διο-
D νυσόδωρος πρὸς τὰ πρότερον ἀποκεκριμένα τῷ Κτησίππῳ ἤρετο, Οὐκοῦν καὶ χρυσίον, ἦ δ' ὅς, ἀγαθὸν δοκεῖ σοι εἶναι ἔχειν; Πάνυ, καὶ ταῦτά γε πο-

D. ἀγαθὰ οὐ δοκεῖ σοι] ἀγαθὸν cum Steph. unus Ven. Σ. Σφόδρα γ', ἔφη] γ' additum est e Bodl. Vat. Gr. Coisl. Par. BC. Barb. Urb. Flor. b.

ἀλλὰ μίαν καὶ ἓν δόρυ] Quum ad μίαν intelligendum sit ἀσπίδα, ne δόρυ quidem ut adiiceretur necessarium fuit. Nec tamen vocabulum invitis codicibus eliminandum putamus.

Γηρυόνην — καὶ τὸν Βριάρεων] Legg. VII. p. 795. C. Γηρυόνην δέ γε εἴ τις φύσιν ἔχων ἢ καὶ τὴν Βριάρεω φύοιτο, ταῖς ἑκατὸν χερσὶν ἑκατὸν δεῖ βέλη ῥίπτειν δυνατὸν εἶναι. ubi vide Astium p. 349. Dein quod Heindorfius malebat καὶ σὲ — καὶ τόνδε τὸν ἑταῖρον, eo non opus est. Quemadmodum enim pronomen in oppositione subinde omittitur, de quo genere supra ad p. 295. A. explicavimus, ita ne enclitica quidem eius forma hoc in genere temere spernenda est. Apollonius De Syntax. p. 121 sq. πᾶσα γάρ φασιν ἀντωνυμία συμπλεκομένη ἐν τάσει ὀρθῇ ἐστίν· Διονυσίῳ ἐλάλησε καὶ ἐμοί, Διονύσιον τιμᾷ καὶ ἐμέ. εἰ γοῦν (δ' οὖν) ἐκτὸς τοῦ συνδεσμοῦ γένοιτο ἡ ἀντωνυμία, οὐ πάντως ὀρθοτονηθήσεται· ἐχαρίσατό σοι καὶ Διονυσίῳ, ἐτίμησέ σε καὶ Διονύσιον. Supra p. 283. E. ὅ τι μαθών μου καὶ τῶν ἄλλων καταψεύδει, ubi falluntur qui ἐμοῦ requirunt. Sophocl. Oedip. Col. v. 567. ἔξοιδ' ἀνὴρ ὢν χὤτι τῆς ἐς αὖριον οὐδὲν πλέον μοι σοῦ μέτεστιν ἡμέρας. Eurip. Hippolyt. 323. ἓα μ' ἁμαρτεῖν, οὐ γὰρ εἰς σ' ἁμαρτάνω. Orest. v. 736. μή μ' ἰδεῖν θανόνθ' ὑπ' ἀστῶν καὶ κασιγνήτην ἐμήν. Ibid. v. 726. Μενέλεως κάκιστος εἰς με καὶ κασιγνήτην ἐμήν, ubi Porsonus dedit ἐς ἐμέ. Iphigen. Taur. 657. 1069. 1085. Aristoph. Rann. v. 504. Sophocl. Philoctet. v. 47. ὡς μᾶλλον ἂν ἕλοιτό μ' ἢ τοὺς πάντας Ἀργείους λαβεῖν, ubi v. Wunderum, Sophoclea comparantem.

D. Πάνυ, καὶ ταῦτά γε πολύ] Heindorfius requirebat Πάνυ γε, καὶ ταῦτά γε πολύ, sicuti est p. 277. E. πάνυ γ', ἔφη, ὅ μέν γε ἐμός. et p. 309. E. ἔγωγε, ἔφην, καὶ πολλά γε.

Οὐκοῦν ἀεὶ δεῖ — ἓν ἑαυτῷ] Observes quaeso formularum ambiguitatem; unde deinde ducitur argumentatio.

E. Φασί γε οὖν —] Optime

λύ, ἔφη ὁ Κτήσιππος. Τί οὖν; ἀγαθὰ οὐ δοκεῖ σοι χρήματα ἀεί τ' ἔχειν καὶ πανταχοῦ; Σφόδρα γ', ἔφη. Οὐκοῦν καὶ τὸ χρυσίον ἀγαθὸν ὁμολογεῖς εἶναι; Ὡμολόγηκα μὲν οὖν, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν ἀεὶ δεῖ αὐτὸ ἔχειν καὶ πανταχοῦ καὶ ὡς μάλιστα ἐν ἑαυτῷ; καὶ εἴη ἂν εὐδαιμονέστατος, εἰ ἔχοι χρυσίου μὲν τρία τάλαντα ἐν τῇ γαστρί, τάλαντον δ' ἐν τῷ κρανίῳ, στατῆρα δὲ χρυσοῦ ἐν ἑκατέρῳ τώφθαλμῷ; Φασί γε οὖν, ὦ Εὐθύδημε, ἔφη ὁ Κτήσιππος, τούτους εὐδαιμονεστάτους εἶναι Σκυθῶν καὶ ἀρίστους ἄνδρας, οἳ χρυσίον τε ἐν τοῖς κρανίοις ἔχουσι πολὺ E

E. *ἑκατέρῳ τὼφθαλμῷ*] V. *τῷ ὀφθαλμῷ*. Illud tutum praestant Bodl. Vat. Θ. ΞΣ. Par. BC. Angel. Barb. Flor. a. c.

Schleiermacherus: Sagt man doch auch, dass die glückseligsten und trefflichsten Männer sind unter den Scythen etc. Enimvero *γοῦν* et *γε οὖν* aliquantum inter se differunt, siquidem altera vocula ab altera seiungitur, ubi *γε* vocabuli proxime praecedentis vim acuit, *οὖν* autem ratiocinationem loquentis cum assensione denotat. Exempla dabunt Schaefer. ad Dion. De Comp. Verb. p. 271. Schneider. ad Remp. I. p. 335. E.

ἐν τοῖς κρανίοις — τοῖς ἑαυτῶν] „Hic aut diversa Platonem confudisse aut alium, quem sequeretur, auctorem quam Herodotum habuisse notavit Valckenar. ad Herodot. IV. 26. secundum Herodotum enim IV. 65. non parentum aut amicorum craniis usos Scythas tanquam poculis, sed hostium, quos interfecissent, aut inimicorum saltem; Issedones solos parentum suorum crania deaurata custodivisse et veluti *ἀγάλματα* veneratos esse, postquam cadaverum carnes cum aliis commixtas comedissent. At nulla hic est parentum aut amicorum mentio; *τὰ κράνια τῶν ἑαυτῶν*, ipsorum crania, dicit Ctesippus eodem modo, quo ante Ctesippi canem, catulorum patrem, ipsius Ctesippi patrem dixerat sophista. Videlicet ut ibi ex hoc, *πατὴρ ὧν σός ἐστι*, Dionysodorus illud fecerat, *σὸς πατήρ ἐστι*, eadem fallacia h. l. Ctesippus *τὰ κράνια αὐτῶν ὄντα*, crania, quae ipsi possident, convertit in *τὰ ἑαυτῶν*, quod ipse significat haec addens, *ὥσπερ οὖν νῦν δὴ ἔλεγες τὸν κύνα τὸν πατέρα*. Itaque nihil h. l. Plato respexit nisi communem illam narrationem de Scythis *τοῖς κρανίοις ἐκπώμασιν* utentibus. v. Strabo VII. p. 458. A. et p. 460. B." *Heindorf.* — Videlicet est fallacia compositionis, quam dialectici appellant, h. e. qua coniuncte accipiuntur, quae sunt accipienda divisim. Veluti sophista antea hunc in modum argumentabatur. Quia canis est Ctesippi, consequitur eum esse Ctesippi patrem. Eodem igitur modo nunc Ctesippus argutando ludit: Scytharum, inquit, di-

τοῖς ἑαυτῶν, ὥσπερ σὺ νῦν δὴ ἔλεγες τὸν κύνα τὸν πατέρα, καὶ ὃ θαυμασιώτερόν γε ἔτι, ὅτι καὶ πίνουσιν ἐκ τῶν ἑαυτῶν κρανίων κεχρυσωμένων, καὶ ταῦτα ἐντὸς καθορῶσι, τὴν ἑαυτῶν κορυφὴν ἐν ταῖς
300 χερσὶν ἔχοντες. Πότερον δὲ ὁρῶσιν, ἔφη ὁ Εὐθύδημος, καὶ Σκύθαι τε καὶ οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι τὰ δυνατὰ ὁρᾶν ἢ τὰ ἀδύνατα; Τὰ δυνατὰ δήπου. Οὐκοῦν καὶ σύ, ἔφη; Κἀγώ. Ὁρᾷς οὖν τὰ ἡμέτερα ἱμάτια; Ναί. Δυνατὰ οὖν ὁρᾶν ἐστι ταῦτα. Ὑπερφυῶς, ἔφη ὁ Κτήσιππος. Τί δέ; ἦ δ' ὅς. Μηδέν. σὺ δ' ἴσως οὐκ οἴει αὐτὰ ὁρᾶν· οὕτως ἡδὺς εἶ. ἀλ-

P. 300. *οἴει αὐτὰ ὁρᾶν*] Sic Bodl. Vat. Θr. Vind. Legebatur olim *ὁρᾶν αὐτά*. Dein Bodl. Vat. Θ. Coisl. Ven. Σ. Vind. Urbin. et pr. Par. B. *ἐπικεκοιμᾶσθαι*.

καὶ εἰ οἷόν τε λέγοντα] *εἰ* de Stephani coniectura additum librorum caret commendatione.

tissimi habentur, qui plurimum auri habent in craniis suis reconditum, h. e. in craniis, quae possident. Iam vero craniis istis deauratis etiam pro poculis utuntur. Ergo illi ex suis ipsorum craniis bibunt adeoque suos ipsorum vertices manibus tenentes illa introspiciunt.

P. 390. *καὶ Σκύθαι τε καὶ οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι*] Recte Winckelmannus *τε* tuetur comparatis locis Euthydem. p. 286. C. Legg. I. p. 633. A. II. p. 665. E.

Δυνατὰ οὖν ὁρᾶν ἐστι ταῦτα] Ambiguitas per constructionis rationem quaesita. Nam *δυνατὰ* per attractionem dicitur pro *δυνατόν*, ita quidem, ut verba vi et potestate activa accipienda sint. Phaedr. p. 256. B. *οὐ μεῖζον ἀγαθὸν οὔτε σωφροσύνῃ ἀνθρωπίνῃ οὔτε θείᾳ μανίᾳ δυνατὴ πορίσαι ἀνθρώπῳ.* De Rep. v. q. 471. C. *δυνατὴ αὕτη ἡ πολιτεία γενέσθαι.* Ibid. VIII. p. 559. B. *δυνατὴ δὲ κολαζομένη ἀπαλλάττεσθαι.*

Τί δέ; ἦ δ' ὅς. Μηδέν.] Sophistae interroganti, quid sit quod vestes videant, Ctesippus festive respondet: Nihil; atque tum ridens pergit: tu autem fortasse non putas illas videre; adeo suavis es! Formulam *ἡδὺς εἶ*, suavis, i. e. fatuus, es, ad Hipp. maior. p. 300. C. attigimus, copiose illustravit Ruhnken. ad Tim. p. 131.

*καὶ *εἰ *οἷόν τε λέγοντα* —] Recepimus *εἰ* de coniectura Stephani, quod consilium recentioribus editoribus omnibus probatum est, si ab uno discesseris Winckelmanno. Is enim protasin sine *εἰ* positam censet, sicut in Horatiano illo: Non possis oculo quantum contendere Lynceus, Non tamen idcirco contemnas lippus inungi: cuius generis alia multa collegerunt Bentleius ad Horat. Satyr. II, 6, 48. Heindorf. ad Satyr. I. 1, 45. Gronov. Obss. 4, 20. p. 315. Manut. ad Cicer. Verr.

λά μοι δοκεῖς, Εὐθύδημε, οὐ καθεύδων ἐπικεκοιμῆσθαι, καὶ * εἰ * οἷόν τε λέγοντα μηδὲν λέγειν, καὶ σὺ τοῦτο ποιεῖν. Cap. XXVI. Ἦ γὰρ οὐχ οἷόν τε, ἔφη ὁ Διονυσόδωρος, σιγῶντα λέγειν; Οὐδ' ὁπωστιοῦν, ἦ δ' ὃς ὁ Κτήσιππος. Ἆρ' οὐδὲ λέγοντα σιγᾶν; Ἔτι ἧττον, ἔφη. Ὅταν οὖν λίθους λέγῃς καὶ ξύλα καὶ σιδήρια, οὐ σιγῶντα λέγεις; Οὔκουν, εἴ γε ἐγώ, ἔφη, παρέρχομαι ἐν τοῖς χαλκείοις, ἀλλὰ φθεγγόμενα καὶ βοῶντα μέγιστον τὰ σιδήρια λέγεται, ἐάν τις ἅψηται· ὥστε τοῦτο μὲν ὑπὸ σοφίας ἔλαθες οὐδὲν εἰπών. ἀλλ' ἔτι μοι τὸ ἕτερον ἐπιδείξατον, ὅπως αὖ B

B. ἦ δ' ὃς ὁ Κτήσιππος] ὃς om. Bodl. Vat. Θ.

Οὔκουν εἴ γε ἐγώ] ἦγε Bodl. Vat. Θ. Vind. Florr. ἦγε Ven. ΞΣ. Par. BC. Palat. ἦγε Coisl. Barb. unde Winckelmannus effinxit ᾖ γε ἐγώ. Sed ᾖ ab hoc loco alienum.

6, 63. Matthiae ad Orat. pro Rosc. Am. §. 55. Drackenb. ad Liv. XXI. 10, 6. al. ex quibus Heindorfius etiam Graecorum scriptorum exempla commemoravit, quae sane non pauca apud ipsum Platonem extant. At enim vero quantumvis haec loquendi forma Graecis Latinisque scriptoribus celebrata sit, tamen ea certis quibusdam finibus circumscripta fuerit necesse est. Neque ea locum habet nisi in oratione vividiore, quae refert speciem quandam sermocinationis. Talis enim oratio particulam condicionalem non requirit propterea, quod protasis ita potest pronuntiari, ut prope accedat ad formam interrogationis. Quod quum in hunc locum nullo modo conveniat, librorum scripturam vitiatam esse dubitari non potest. Nihil autem facilius potuit accidere, quam ut εἰ post καὶ a scribis obliteraretur. De aliis locis Platonis ad hanc normam examinandis suo tempore explicabitur.

B. οὐ σιγῶντα λέγεις] H. e. nonne silentio dicis? Pervertit enim sensum verborum, σιγῶντα nunc per amphiboliam genere neutro accipiens. Aristotel. Sophist. Elench. c. IV. 6. iam a Routhio laudatus *Παρὰ δὲ τὴν ἀμφιβολίαν*, inquit, *οἱ τοιοίδε λόγοι· ἆρα ἔστι σιγῶντα λέγειν; διττὸν γάρ ἐστι καὶ τὸ σιγῶντα λέγειν, τό τε τὸν λέγοντα σιγᾶν καὶ τὸ τὰ λεγόμενα.* conf. etiam X. 8. Ad haec vero Ctesippus, sophistam rursus ludificans, respondet: Minime vero, siquidem obambulo per officinas ferrarias, sed sonantia et vel maxime loquentia ferra dicuntur (i. e. vocantur), si quis ea attigerit. Enimvero φθέγγεσθαι et βοᾶν etiam de rebus inanimis usurpatur. Dio Cass. p. 1094, 94. de Vesuvio: ᾐχεῖ τε καὶ βοᾷ (Vesuvius). Pro λέγεται Astius legendum coniecit λέγει, quo vereor ut opus sit.

C ἔστι λέγοντα σιγᾶν. Καί μοι ἐδόκει ὑπεραγωνιᾶν ὁ Κτήσιππος διὰ τὰ παιδικά. Ὅταν σιγᾷς, ἔφη ὁ Εὐθύδημος, οὐ πάντα σιγᾷς; Ἔγωγε, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν καὶ τὰ λέγοντα σιγᾷς, εἴπερ τῶν ἁπάντων ἐστὶ τὰ λέγοντα. Τί δέ; ἔφη ὁ Κτήσιππος, οὐ σιγᾷ πάντα; Οὐ δήπου, ἔφη ὁ Εὐθύδημος. Ἀλλ' ἆρα, ὦ βέλτιστε, λέγει τὰ πάντα; Τά γε δήπου λέγοντα. Ἀλλ', ἦ δ' ὅς, οὐ τοῦτο ἐρωτῶ, ἀλλὰ τὰ πάντα σιγᾷ ἢ λέγει; Οὐδέτερα καὶ ἀμφότερα,
D ἔφη ὑφαρπάσας ὁ Διονυσόδωρος· εὖ γὰρ οἶδα ὅτι τῇ ἀποκρίσει οὐχ ἕξεις ὅ τι χρῇ. Καὶ ὁ Κτήσιππος,

C. εἴπερ τῶν ἁπάντων ἐστὶ τὰ λέγοντα] τὰ λεγόμενα Bodl. Vind. Coisl. Ven. ΞΣ. Par. BCE. Angel. Barbar. Pal. Urb. Vat. r. Flor. a. b. c. o. Ald. Bas. 1. 2. Recte Cornarius correxit τὰ λέγοντα, quod tuetur Vat. Θ. Praeterea idem vir doctus ante τὰ λέγοντα inserendum censuit καὶ, non improbante Heindorfio.

οὐ σιγᾷ πάντα] Heindorf. coni. τὰ πάντα.

Ἀλλ' ἆρα, ὦ βέλτ.] Sic Vindob. Ceterae editt. Ἀλλ' ἆρα.

D. ἐξημφοτέρικε τ. λ.] ἐξηφοτέρηκε Ven. Ξ. Angel. Pal. et Florr. errore. Dein Heindorf. corr. καὶ ἀπολώλεκε καὶ ἥττηται. In Ang. Pal. Flor. o. et pr. Ven. Ξ. τε omissum. Pro ἥττηται Vind. Vat. r. Par. BC. Barb. et pr. Coisl. ἡττῆσαι.

ὥστε ὁ Κτήσιππος] ὥσπερ Bodl. Vat. Θ. Dein vulgo

C. ἐδόκει ὑπεραγωνιᾶν] V. ad Charmid. p. 162. B. quem locum iam Heindorfius comparavit.

εἴπερ τῶν ἁπάντων ἐστὶ τὰ λέγοντα] siquidem τὰ λέγοντα non exempta sunt numero τῶν ἁπάντων. Argumentum hunc in modum concluditur: Quando siles, omnia siles. Iam vero τὰ λέγοντα ad omnia illa pertinent. Ergo siles τὰ λέγοντα. Ex his perspicuum est nihili esse quod vett. editt. et codd. magno consensu tuentur τὰ λεγόμενα; nec cuiquam placebit Winckelmanni ratio hanc lectionem sic interpretantis: atqui quaecunque dicuntur, i. e. quaecunque sermonis ope eloquimur et proinde etiam ipsa τὰ λέγοντα, ad omnia pertinent. Verum iam Stephanus de Cornarii coniectura restituit, idque confirmatur verbis Ficini: illa, quae dicunt. Mox Heindorfius legendum censet, inserto articulo: οὐ σιγᾷ τὰ πάντα, ut τὰ πάντα intelligantur de hac rerum universitate. Nec tamen hac correctione opus est, siquidem πάντα simpliciter est omnia.

Οὐδέτερα καὶ ἀμφότερα] Neutrum et utrumque, inquit Dionysodorus sermonem arripiens. De plurali numero v. ad Lysid. p. 218. E. — οὐχ ἕξεις ὅ τι χρῇ, h. e. quomodo eam redarguas, de quo formulae usu v. ad p. 287. E.

D. ἐξημφοτέρικε τὸν λόγον] Recte explicat Heindor-

ὥσπερ εἰώθει, μέγα πάνυ ἀνακαγχάσας, Ὦ Εὐθύδημε, ἔφη, ὁ ἀδελφός σου ἐξημφοτέρικε τὸν λόγον, καὶ ἀπόλωλέ τε καὶ ἥττηται. Καὶ ὁ Κλεινίας πάνυ ἥσθη καὶ ἐγέλασεν, ὥστε ὁ Κτήσιππος ἐγένετο πλεῖον ἢ δεκαπλάσιος. ὁ δέ μοι, πανοῦργος ὤν, ὁ Κτήσιππος, παρ' αὐτῶν τούτων αὐτὰ ταῦτα παρακηκόει· οὐ γάρ ἐστιν ἄλλων τοιαύτη σοφία τῶν νῦν ἀνθρώπων. Cap. XXVII. Κἀγὼ εἶπον, Τί γελᾷς, ὦ Κλεινία, ἐπὶ σπουδαίοις οὕτω πράγμασι καὶ καλοῖς; Σὺ γὰρ ἦ μὴν τι πώποτε εἶδες, ὦ Σώκρατες, καλὸν πρᾶγμα; ἔφη ὁ Διονυσόδωρος. Ἔγωγε, ἔφην, E

πλείων, quod e Bodl. Vat. Θr. Vindob. Coisl. Ven. Ξ. Par. BC. Aug. Barb. correctum. Pro δεκαπλάσιος Vind. Vat. r. διπλάσιος, ut est apud Aristid. Vol. I. p. 454. ed. Dind.

ὁ δέ μοι πανοῦργος ὢν ὁ Κτ.] V. ὁ δ' ἐδόκει μοι, ἅτε πανοῦργος ὤν, ὁ Κτ. quod soli tuentur Par. E. Urb Flor. b. Heindorfius de Heusdii coniectura dedit; ὁ δὲ, δοκεῖ μοι, ἅτε παν. procul dubio ille nunc codices auditurus. Istud ὁ Κτήσιππος post ὁ δὲ Heusdius p. 66. Specim. Crit. eliminandum censuit. Sed recte monuit Heindorfius saepenumero ita post ὁ δὲ ipsum nomen inferri.

παρακηκόει] Sic Bodl. Vat. Θ. Coisl. et pr. Par. B. Vett. editt. παρηκηκόει, addito augmento.

fius: sermonem eo perduxit, ut de eo in utramque partem possit statui. De qua re cur adeo exsultet Ctesippus, perspicuum est ex illis p. 297. A. διαφθείρεις τὸν λόγον, καὶ φανήσεται οὗτοσὶ οὐκ ἐπιστάμενος καὶ ἐπιστήμων ἅμα ὢν καὶ ἀπεπισήμων. Bene igitur Hesychius: Ἐξαμφοτερίσαι· τὸ ἀμφίβολον ποιῆσαι καὶ τὸ δύο πραγμάτων ἐκπεσεῖν. conf. Ruhnk. ad Tim. p. 107. qui explicat εἰς ἀμφιβολίαν ἀγαγεῖν τὸν λόγον. Iam vero quia sophista sua ipsius responsione confutatus est, recte addit adolescens: καὶ ἀπόλωλέ τε καὶ ἥττηται, periit atque victus est, in quibus neque cum Winckelmanno ὁ λόγος ad ἀπόλωλε intelligendum neque cum Heindorf. ἀπολώλεκε καὶ ἥττηται scribendum putamus.

εἶναι μὲν γὰρ — σφᾶς σοφωτάτους] De accusativo cum infinitivo v. ad p. 290. A. Bodl. et Vat. *σοφώτατοι*, quod si verum esset, *σφᾶς* necesse esset ut deleretur.

ἐν δὲ τοῖς ἰδίοις λόγοις] in privatis autem sermobus si intercludantur, h. e. prohibeantur, quominus arte sua excellant, ab Enthydemis se deprimi. Verbum *ἀπολαμβάνειν* intercipiendi, cohibendi, retinendi vi et potestate usurpatum Valckenar ad Herodot. IX. 70. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. v. 933. illustrarunt. conf. Phaedon. p. 58. C. Tim. p. 85. A. Gorg. p. 522. A. Astius tamen ad Conviv. p. 363. interpret. vernac. *ἀπολειφθῶσι* legendum coniecit, h. e. inferiores sint. — *Κολούειν* propriam habet amputandi ac decurtandi

ΚΡ. Τί οὖν; δοκοῦσί σοί τι, ὦ Σώκρατες, λέγειν; οὐ γάρ τοι ἀλλ' ὅ γε λόγος ἔχει τινὰ εὐπρέπειαν τῶν ἀνδρῶν.

ΣΩ. Καὶ γὰρ ἔχει ὄντως, ὦ Κρίτων, εὐπρέπειαν μᾶλλον ἢ ἀλήθειαν. οὐ γὰρ ῥᾴδιον αὐτοὺς πεῖσαι, 306 *ὅτι καὶ ἄνθρωποι καὶ τἆλλα πάντα, ὅσα μεταξὺ τινοῖν δυοῖν ἐστὶ καὶ ἀμφοτέροιν τυγχάνει μετέχοντα, ὅσα μὲν ἐκ κακοῦ καὶ ἀγαθοῦ, τοῦ μὲν βελτίω, τοῦ δὲ χείρω γίγνεται· ὅσα δὲ ἐκ δυεῖν ἀγαθοῖν μὴ πρὸς ταὐτόν, ἀμφοῖν χείρω, πρὸς ὃ ἂν ἑκάτερον ᾖ χρηστὸν ἐκείνων, ἐξ ὧν συνετέθη· ὅσα δὲ ἐκ δυοῖν κα-*

libris omnibus.

ἐκ δυεῖν ἀγαθοῖν] V. *δυοῖν*, quod e Bodl. et Flor. b. mutavi, ut paullo post. Nam Platoni utrumque est usitatum; ut ubique codices optimi audiendi videantur. conf. quae collegit Rückert. ad Sympos. p. 113. et Schneider. ad Polit. V. p. 470. B.

notionem; translatum ad animum est impetum alicuius frangere, deprimere, impedire. Schol. ad h. l. *κολύεσθαι· ἐλαττοῦσθαι, ἐμποδίζεσθαι.* v. ad Apol. Socrat. p. 39. D.

ἡγοῦνται εἶναι πάνυ· εἰκότως·] Distinxi post *πάνυ*. v. ad p. 287. B. Vulgo ante *πάνυ* interpungunt.

πάνυ ἐξ εἰκότος λόγου] ex ratione admodum probabili. Fallitur enim Heindorfius his verbis praegressum *μετρίως* explicari arbitratus.

E. *οὐ γάρ τοι ἀλλ' ὅ γε λ.*] V. ad p. 286. C. Deinde *εὐπρέπεια* et *εὐπρεπής* usurpatum de orationis probabilitate et specie extat etiam Phaedon. p. 92. C. ubi Wyttenbachius consulendus est. Pro *ὄντως* Ald. Bas. l. cum libris plurimis habent *οὕτως*, quod nollem amplexus esset Winckelmannus. Videlicet grammatici vel scribae ignorarunt usum illum loquendi, quo *ὄντως* et *τῷ ὄντι* in dictorum usurpatur confirmatione, ideoque in eius locum otiosum istud atque languidum *οὕτως* suffecerunt. v. ad Lachet. p. 196. D. et supra p. 304. D. Plurima id genus exempla consignavit Wyttenbach. ad Phaedon. p. 66. C. verissime iudicans etiam Xenoph. Symp. IV. 8. *ὄντως* pro *οὕτως* revocandum esse.

P. 306. *ὅσα μὲν ἐκ κακοῦ καὶ ἀγαθοῦ*] Intell. *ἐστίν.*

μὴ πρὸς ταὐτόν] quae autem (sint) e duobus bonis non ad idem spectantibus, veluti e prudentia civili et philosophia, quarum unaquaeque suam sibi subiectam habet materiam, in qua tractanda versatur, utrisque deteriora, habita quidem eius ratione, quo utrumque illorum, unde conflata sint, bonum censetur. Post *μὴ πρὸς ταὐτόν* Heindorfius additum volebat *ὄντων*. Paratam tamen vulgatae lectioni defensionem esse puto ex eo, quod *μὴ πρὸς ταὐτόν* absolute ponitur, ut sit non eiusdem rei

κοῖν συντεθέντα μὴ πρὸς τὸ αὐτὸ ὄντοιν ἐν τῷ μέσῳ
B ἐστί, ταῦτα μόνα βελτίω ἑκατέρου ἐκείνων ἐστίν, ὧν
ἀμφοτέρων μέρος μετέχουσιν. εἰ μὲν οὖν ἡ φιλοσο-
φία ἀγαθόν ἐστι καὶ ἡ πολιτικὴ πρᾶξις, πρὸς ἄλλο
δὲ ἑκατέρα, οὗτοι δ' ἀμφοτέρων μετέχοντες τούτων
ἐν μέσῳ εἰσίν, οὐδὲν λέγουσιν· ἀμφοτέρων γάρ εἰσι
φαυλότεροι· εἰ δὲ ἀγαθὸν καὶ κακόν, τῶν μὲν βελ-
τίους, τῶν δὲ χείρους· εἰ δὲ κακὰ ἀμφότερα, οὕτως
ἄν τι λέγοιεν ἀληθές, ἄλλως δ' οὐδαμῶς. οὐκ ἂν
C οὖν οἶμαι αὐτοὺς ὁμολογῆσαι οὔτε κακῷ αὐτῷ ἀμ-
φοτέρω εἶναι οὔτε τὸ μὲν κακόν, τὸ δὲ ἀγαθόν·
ἀλλὰ τῷ ὄντι οὗτοι ἀμφοτέρων μετέχοντες ἀμφοτέ-
ρων ἥττους εἰσὶ πρὸς ἑκάτερον, πρὸς ὃ ἥ τε πολι-
τικὴ καὶ ἡ φιλοσοφία ἀξίω λόγου ἐστόν, καὶ τρίτοι
ὄντες τῇ ἀληθείᾳ ζητοῦσι πρῶτοι δοκεῖν εἶναι. συγ-
γιγνώσκειν μὲν οὖν αὐτοῖς χρὴ τῆς ἐπιθυμίας καὶ
μὴ χαλεπαίνειν, ἡγεῖσθαι μέντοι τοιούτους εἶναι οἷοί

D. **ὥστε μοι δοκεῖ μ.**] Sic codd. fere omnes. Vulgo δοκεῖν.

habita ratione. Ita certe εἰς usurpatum Legg. VI. p. 774. B. εἰς μὲν οὖν χρήματα, ὁ μὴ θέλων γαμεῖν ταῦτα ζημιούσθω. Mox, πρὸς ἄλλο δὲ ἑκατέρα, sc. ἀγαθόν ἐστιν.

ὧν ἀμφοτέρων μέρος μετέχουσιν] „Pluralis μετέχουσι pro μετέχει per synesin quandam positus est, quum dicentis animo homines magis quam res obversarentur." *Heindorf.* De loquutione μέρος μετέχειν τινός v. ad Protagor. p. 329. E. Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 279.

B. **καὶ ἡ πολιτικὴ πρᾶξις**] Gorg. p. 484. D. ἐπειδὰν οὖν ἔλθωσιν εἴς τινα ἰδίαν ἢ πολιτικὴν πρᾶξιν. Hipp. mai. p. 281. C. πολιτικαὶ πράξεις. Legg. V. p. 737. A. οὐκ εὔπορος ἡ μετὰ ταῦτα πολιτικὴ πρᾶξις οὐδεμία γίγνοιτ' ἂν πόλει. al. — ἀμφοτέρων i. e. τῶν φιλοσόφων καὶ τῶν πολιτικῶν, sicuti statim post infertur τῶν μὲν βελτ., τῶν δὲ χείρους: quae synesis haudquaquam raro.

εἰ δὲ ἀγαθὸν καὶ κακόν] „Pono κακὸν ante ἀγαθόν, sicut ponitur in praecedentibus, ut illa τῶν μὲν βελτίους, τῶν δὲ χείρους respondeant sicut ibi. Ac τῶν μέν, τῶν δὲ dicere Platonem existimo, quasi φιλοσόφους et πολιτικοὺς dixisset. *Stephan.* Non opus esse ulla mutatione recte iudicarunt Routhius et Heindorfius. Neque enim rara est haec chiasmi figura.

C. **χρὴ τῆς ἐπιθυμίας**] De genitivo conf. Matthiae Gr. §. 368.

εἰσι· πάντα γὰρ ἄνδρα χρὴ ἀγαπᾶν, ὅστις καὶ ὁτιοῦν λέγει ἐχόμενον φρονήσεως πρᾶγμα καὶ ἀνδρείως ἐπεξιὼν διαπονεῖται. D

Cap. XXXII. *ΚΡ.* Καὶ μήν, ὦ Σώκρατες, καὶ αὐτὸς περὶ τῶν υἱέων, ὥσπερ ἀεὶ πρός σε λέγω, ἐν ἀπορίᾳ εἰμί, τί δεῖ αὐτοῖς χρήσασθαι. ὁ μὲν οὖν νεώτερος ἔτι καὶ σμικρός ἐστι, Κριτόβουλος δ' ἤδη ἡλικίαν ἔχει καὶ δεῖταί τινος, ὅστις αὐτὸν ὀνήσει. ἐγὼ μὲν οὖν ὅταν σοὶ ξυγγένωμαι, οὕτω διατίθεμαι, ὥστε μοι δοκεῖ μανίαν εἶναι τὸ ἕνεκα τῶν παίδων ἄλλων μὲν πολλῶν σπουδὴν τοιαύτην ἐσχηκέναι, καὶ περὶ τοῦ γάμου, ὅπως ἐκ γενναιοτάτης ἔσονται μη- E τρός, καὶ περὶ τῶν χρημάτων, ὅπως ὡς πλουσιώτατοι, αὐτῶν δὲ περὶ παιδείας ἀμελῆσαι· ὅταν δὲ εἴς τινα ἀποβλέψω τῶν φασκόντων ἂν παιδεῦσαι ἀνθρώπους, ἐκπέπληγμαι, καί μοι δοκεῖ εἷς ἕκαστος αὐτῶν σκοποῦντι πάνυ ἀλλόκοτος εἶναι, ὡς γε πρὸς σὲ τὰ- 307

πάντα γὰρ ἄνδρα χρὴ ἀγαπᾶν] Ἀγαπᾶν, contentum esse, ita cum accusativo iunctum extat De Rep. III. p. 399. C. ubi v. annot. Sententia haec est: debemus contenti esse, si quis vel tantillum profert a prudentia non alienum et in eo explicando pro viribus elaborat. Comparavit Routhius De Rep. VI. p. 496. A. *οὐδὲν γνήσιον οὐδὲ ἄξιον οὐδὲ φρονήσεως ἀληθινῆς ἐχόμενον.* v. Indic. ad Libros De Rep. s. v. *ἔχεσθαι.*

D. *περὶ τῶν υἱέων*] Diog. Laërt. II. 13, 121. quatuor recenset Critonis filios, Critobulum, Hermogenem, Epigenem et Ctesippum. Quorum e numero recte Heindorfius censuit eximendos esse Hermogenem et Critobulum. Id quod vel hic locus satis certo testatur. Mox *ἀεὶ* i. q. *ἑκάστοτε*, videlicet, quotiescunque de hac re tecum colloquor, qui vocabuli usus est pervulgatus.

Κριτόβουλος δ' ἤδη ἡλικίαν ἔχει] H. e. iam ad aetatis maturitatem pervenit. v. ad Charm. p. 154. A. Menex. p. 240. D. Gorg. p. 484. C. Lachet. p. 200. C. Itaque ex hoc loco probabiliter licet colligere colloquium hoc habitum fingi aliquanto ante Socratis accusationem. Etenim Critobulus, Critonis filius, inter eos fuit, qui pro Socrate spondere voluerunt, quum is multam triginta minarum sibi irrogarisset. v. Apolog. Socr. §. 28.

P. 307. *πάνυ ἀλλόκοτος εἶναι*] H. e. ea indole et in-

ληθῆ εἰρῆσθαι· ὥστε οὐκ ἔχω ὅπως προτρέπω τὸ μειράκιον ἐπὶ φιλοσοφίαν.

ΣΩ. Ὦ φίλε Κρίτων, οὐκ οἶσθα, ὅτι ἐν παντὶ ἐπιτηδεύματι οἱ μὲν φαῦλοι πολλοὶ καὶ οὐδενὸς ἄξιοι, οἱ δὲ σπουδαῖοι ὀλίγοι καὶ παντὸς ἄξιοι; ἐπεὶ γυμναστικὴ οὐ καλὸν δοκεῖ σοι εἶναι, καὶ χρηματιστικὴ καὶ ῥητορικὴ καὶ στρατηγία;

ΚΡ. Ἔμοιγε πάντως δήπου.

B *ΣΩ. Τί οὖν; ἐν ἑκάστῃ τούτων τοὺς πολλοὺς πρὸς ἕκαστον τὸ ἔργον οὐ καταγελάστους δρᾷς;*

ΚΡ. Ναὶ μὰ τὸν Δία, καὶ μάλα ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Ἦ οὖν τούτου ἕνεκα αὐτός τε φεύξει πάντα τὰ ἐπιτηδεύματα καὶ τῷ υἱεῖ οὐκ ἐπιτρέψεις;

ΚΡ. Οὔκουν δίκαιόν γε, ὦ Σώκρατες.

P. 307. *οὐκ οἶσθα ὅτι ἐν παντί*] Hunc locum laudat Aristid. Vol. II. p. 153. ed. Dind. non sine lectionis discrepantia.

καὶ παντὸς ἄξιοι] V. *καὶ τοῦ παντὸς ἄξιοι.* Sed articulum soli tenent Par. E. Urb. Flor. a. b. c.

οὐ καλὸν δοκεῖ σοι εἶναι] *σοι δοκεῖ* Flor. c. et Aristid.

B. *πρὸς ἕκαστον τὸ ἔργον*] *τῶν ἔργων* cod. Coisl. Aristidis, quod ideo praefert Heindorfius, quia in vulgata lectione offendat articulus.

Οὔκουν δίκαιόν γε] V. *Οὐκοῦν*, quod bene correxit Heindorf.

genio carere, quae ad iuventutis institutionem requiratur. v. ad Protagor. p. 346. A. coll. Ruhnk. ad Tim. p. 24.

καὶ παντὸς ἄξιοι] Utrumque dicitur, et *τοῦ παντὸς ἄξιος* et *παντὸς ἄξιος*; v. Heindorf. ad h. l. et ad Sophist. p. 216. C. Elmslei. ad Eurip. Heraclid. v. 168. Quum vero praecedat *οὐδενὸς ἄξιοι*, omisso articulo; ne hic quidem eum invitis libris fere omnibus tuendum existimavimus. Neque habuit eum Aristides Orat. Plat. I. Vol. II. p. 153. ed. Dindorf. ubi hic locus recitatur.

B. *πρὸς ἕκαστον τὸ ἔργον*] V. ad Hipp. mai. p. 281. B Frustra enim Heindorfius in hoc usu articuli haesit.

Οὔκουν δίκαιόν γε] V. ad Phaedr. p. 258. C. Ferri non potest quod vulgo scribebatur *Οὐκοῦν δίκαιόν γε.*

ΣΩ. Μὴ τοίνυν ὅ γε οὐ χρὴ ποίει, ὦ Κρίτων, ἀλλ' ἐάσας χαίρειν τοὺς ἐπιτηδεύοντας φιλοσοφίαν, εἴτε χρηστοί εἰσιν εἴτε πονηροί, αὐτὸ τὸ πρᾶγμα βασανίσας καλῶς τε καὶ εὖ, ἐὰν μέν σοι φαίνηται φαῦλον ὄν, πάντ' ἄνδρα ἀπότρεπε, μὴ μόνον τοὺς C υἱεῖς· ἐὰν δὲ φαίνηται οἷον οἶμαι αὐτὸ ἐγὼ εἶναι, θαῤῥῶν δίωκε καὶ ἄσκει, τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, αὐτός τε καὶ τὰ παιδία.

καλῶς τε καὶ εὖ] V. καλῶς γε καὶ εὖ, quo soli Flor. a. c. Ven. Σ. tenent

καλῶς τε καὶ εὖ] V. supra p. 276. C. Comparavit Heindorfius Lachet. p. 188. A. πρὶν ἂν βασανίσῃ ταῦτα εὖ τε καὶ καλῶς ἅπαντα. Plura ad h. l. Winckelmannus collegit.

αὐτός τε καὶ τὰ παιδία] V. ad Remp. III. p. 414. D. Sympos. 221. D. Criton. p. 50. D. Reisig. ad Oed. Col. p. 313.

Corrigenda.

Prolegomm. p. 16. v. 15. lege magistram pro magistrum.

Ibid. p. 48. v. 11. inf. ante ne probabile quidem excidit ita.

Pag. 96. in text. v. ultim. pro ἄρα corrige ἆρα.

Pag. 99. in text. v. 6. pro τῷ ξένῳ repone quaeso τὼ ξένω.

PLATONIS

OPERA OMNIA.

RECENSUIT ET COMMENTARIIS INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

VOL. VI. SECT. II.

CONTINENS

MENONEM, EUTHYPHRONEM, THEAGEM, ERASTAS, HIPPARCHUM.

GOTHAE ET ERFORDIAE

SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.

MDCCCXXXVI.

LONDINI APUD BLACK ET ARMSTRONG.

PLATONIS

MENO ET EUTHYPHRO

ITEMQUE INCERTI SCRIPTORIS

THEAGES, ERASTAE

ET

HIPPARCHUS.

RECENSUIT ET PROLEGOMENIS

ATQUE

COMMENTARIIS ILLUSTRAVIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

GOTHAE ET ERFORDIAE

SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.

MDCCCXXXVI.

LONDINI APUD BLACK ET ARMSTRONG.

ERFORDIAE
TYPIS HENNINGS & HOPF.
1836.

PROLEGOMENA

AD

MENONEM.

PROLEGOMENA
AD
MENONEM.

Nulla facile quaestio Socratis ac Platonis aetate studiosius agitata est, quam quae est de scientia ac disciplina virtutis. Nam quum Sophistae, quibus facem Protagoras praetulisse videtur, sese iactarent virtutis magistros, Socratici, quid rei esset, more et exemplo ipsius Socratis exploraturi, faciendum putarunt, ut subtilius quaererent, possetne virtus doctrina et institutione comparari necne. De qua re Plato iterum iterumque in Protagora, Euthydemo, Lachete, Menone, vario modo varioque scribendi consilio disputavit: scripserunt item Aeschines, Crito, Simo, Antisthenes, alii, de quibus exposuerunt Spanhem. ad Iulian. Oratt. p. 99, interprett. ad Diogen. Laert. II. 121 sqq. Clericus Sylvv. philoll. p. 2. Chr. Wolf. ad Pseudo-Origen. p. 126. Fischer. ad Aeschin. Socrat. Diall. p. 21 sqq. Weiske ad Xenoph. Symp. I. 6. p. 102. al. Neque profecto mirabile cuiquam videri poterit, quod tum temporis hic maxime locus tanto animorum ardore pervestigatus et illustratus est. Fieri enim ita solet, ut in magnis dissensionibus de rebus gravioribus et ad omnes vitae partes pertinentibus studia multorum excitentur et ad verum rectumque vel exquirendum vel etiam obscurandum convertantur. Quod ipsum illa aetate, qua de virtutis vi et natura in contrarias partes disputatum

est, ita evenisse ecquis est, qui miretur? Nempe in discrimen vocata erat ipsius honestatis ac virtutis dignitas, siquidem illud agebatur, essetne virtus se ipsa contenta, an ad commodi et utilitatis studium maxime referri deberet. Quae quidem lis eo gravior fuit, quod patebat latissime, neque ad eruditos tantum vel doctos homines pertinebat, sed spectabat ad universam Atheniensium imo vero Graecorum gentem.

Nam ex quo tempore aucta popolari dominatione unicuique civium Atheniensium via ad summos honores in republica patebat, plurimi, mala ambitione correpti, id sibi agendum putarunt, ut ad gerendam rempublicam idonei evaderent, atque earum rerum notitiam vel facultatem consequerentur, unde aliquando futurum esset, ut in civitate clari et honorati exsisterent. Quod quidem se effecturos esse profitebantur sophistae, qui se perfectos virtutis scilicet magistros dictitabant.

Etenim virtutis nomen quum propter ambitus magnitudinem valde esset ambiguum atque obscurum, illi interpretabantur sic, ut missa verae honestatis ac probitatis vi unice de prudentia civili ac domestica cogitari vellent eoque modo totam virtutem ad callidum quoddam utilitatis vel privatim vel publice consequendae artificium revocarent. Ex quo tamen id evenit, quod cum ista virtutis tradendae professione mirifice pugnabat. Rediit enim tota illa ad virtutem institutio, si verum quaerimus, denique ad meram opinationem et inanem quandam conficiendi hariolandique sollertiam, caruitque verae scientiae et certae officii persuasionis firmitate et constantia. Nam utilitatis ratio quia multiplex est neque ex se ipsa aut ex mentis bene compositae habitu suspenditur, sed ex rebus externis, quae perpetuo mutantur; fieri non potest ut semper sit una et immutabilis, sed pro varietate rerum externarum, quae expetuntur, etiam ipsa varietur necesse est. Hanc igitur qui vel ipse in agendo sequitur vel aliis sequendam commendat, is carebit sane certa et perpetua lege, ad quam honeste agendi studium dirigatur, atque a certa rectae voluntatis conscientia officiique persuasione tam procul aberit, ut uni opinionis coniecturae confidere seque fortunae temeritati emancipare coactus sit.

Pervidit hanc opinionis istius perversitatem eiusque turpitudinem intimo sensit pectore vir sanctissimi animi,

Socrates, qui iis, qui una coniectura in agendo regerentur, *εὐτυχίαν* quidem concessit, *εὐπραξίαν* autem, quae a recti bonique scientia et cognitione proficisceretur, penitus eripiendam iudicavit; cuius rei luculentum habemus testimonium Xenophontis Mem. II. 1, 19. III. 9, 14. coll. IV. 2, 34. Etenim sophistae quum virtutis exercitationem et ad utilitates externas referrent et facultate quadam atque consuetudine eius, quod utile videretur, reperiendi absolvi statuerent, ipse reiecta utilitatis turpitudine vim naturamque virtutis unice ad id, quod bonum honestumque est, revocavit, voluitque esse in eo, ut quis recti bonique sensu ac scientia polleret, ad quam tanquam ad certissimam regulam atque normam actiones suas omnes dirigeret et examinaret. Itaque virum bonum et honestum eum demum esse censuit, qui certam officii persuasionem tanquam dedicatam divinitus imaginem in pectore suo gestaret, eamque intuens in agendo sentiret et exploratum haberet, quid in omni vitae casu honestatis ac sapientiae leges postularent, eiusque rei rationem reddere posset. Quem eundem etiam voluit unum esse idoneum virtutis magistrum. Nam quum virtutem scientia absolvi statueret, eandem etiam censuit eatenus posse doceri et cum aliis communicari, quatenus quid bonum et rectum esset, intelligi, cognosci et ad iustam mentis perspicuitatem explicari liceret.

Fuit igitur haec quaestio de virtutis institutione ac disciplina ex Socratis sententia arctissime coniuncta cum altera illa, quae est de eiusdem natura atque dignitate. Ex quo intelligi debet ab omnibus, cur ea fuerit tam saepe tamque studiose a clarissimis illius aetatis philosophis tractata, et quorsum revera pertineat. Non enim id unum agebatur, ut num virtus doceri posset, exquireretur, sed etiam illud, ut quam parum idonei eius magistri essent, qui eam utilitatis modulo metirentur, luculentis argumentis demonstraretur.

Et inter eos quidem Socraticos, qui hanc rem de industria tractaverunt, dubium non est quin principem locum Plato obtineat. Qui acceptam a magistro sententiam et defendit acerrime et suo ipsius ingenio perfecit atque exornavit. Nam Socrates quum rerum vim naturamque rimandis mentis notionibus cognosci posse sibi persuasisset, Plato progressus ulterius has ipsas rerum notitias ab animis hominum in vita superiore haustas esse iudicavit, ideoque scientiae et cognitionis originem

retulit ad animi humani ortum divinum vitamque olim in coelesti domicilio actam. Quapropter etiam virtutis scientiam in aeterni boni et honesti recordatione contineri sibi persuasit. Quamquam in iis libris, in quibus de virtutis disciplina et institutione disputavit, Socraticae tenuit rationis simplicitatem, sive quod idearum doctrinam nondum ad posterioris temporis perspicuitatem explicavisset, sive quia ipsa haec Socratica ratio ad arguendam sophisticae sapientiae vanitatem maxime accommodata videretur. Namque angusti istorum homuncionum animi, qui nihil nisi externa commoda et utilitates cogitare consuevissent, sicubi de virtute in scientia ponenda sermo erat, non capiebant huius sententiae vim ac praestantiam. Ex quo multa nata est eos Socratico more castigandi ridendique materies. Nam quum nec ipsi suam rationem defendere aut illustrare possent, tum ne illud quidem valuerunt praestare, ut Socratis mentem, quam plerumque ipse obscure apud Platonem significat, plane assequerentur, quippe semper de scientia rerum extrinsecus obiectarum, non item de interna officii honestatisque persuasione cogitare condocefacti. Itaque in Platonis libris fere sic loquentes inducuntur, ut quantumvis sapientiae suae magnitudine mirifice glorientur, tamen a scientiae possessione tantum absint, ut vix ullam notionem bene definire aut explicare, nedum ad Socraticae scientiae divinationem aliquam se extollere possint, quin ne sentire quidem videantur, si ab interlocutore subinde ex ipsorum mente ac sententia disputante urbanissime ludantur et ad ignorantiae confessionem adigantur. Vapulant igitur Euthydemus et Dionysodorus, disputatores acerrimi, quorum argutias ad inveniendam perspiciendamque verae virtutis disciplinam nihil valere docetur. Vapulat item Protagoras, qui in dialogo cognomine ita loquens inducitur, ut sibi a Socrate virtutem scientia contineri idemtidem significante veram rationem suppeditari haudquaquam animadvertat, sed cum illo e sua ratione disputans sese inextricabilibus dialectices nodis constringi patiatur. Simile est spectaculum in Euthyphrone, Lachete, Charmide, in quibus libris de pietate, de fortitudine, de temperantia sic disceptatur, ut nec vates nec imperatores nec eruditi nobilesque sophistarum alumni Socraticae rationis vim ullo modo assequantur, tantoque inferiores ipsi appareant, quanto diligentius cum Socrate comparantur.

Verum nolumus nunc in hunc campum latius exspatiari: satis erit tantum praemisisse, quantum ad dialogum Menonis nomine inscriptum, quem quia cum Euthydemo arctissima necessitudine coniunctus est, nunc denuo sed longe aliter atque olim adornatum in lucem emittimus, quantum igitur ad hunc librum recte subtiliterque intelligendum necessarium visum est.

Versatur igitur hic liber in eo argumento, quod antea a Platone saepius tractatum esse diximus. Castigantur enim sophistae ac viri civiles, quorum alteri sibi temere virtutis scientiam docendaeque facultatem arrogabant, alteri in summo sophistarum contemtu tamen praeclara virtutis civilis exercitatione, quam scilicet sibi volebant esse propriam, ingenti cum fastu superbiebant. Qui utrique quoniam in eo certe mirifice conveniebant, quod omnem virtutis vim utilitatis studio terminabant, elegantissime post longas disputationis ambages res eo tandem perducitur, ut tota ista virtus civilis, quam et sophistae tradere se posse dicebant et ii, qui in republica versabantur, non sine superbia prae se ferebant, haudquaquam scientia, sed una opinione et coniiciendi exercitatione niti ideoque munere divino hominibus obtingere iudicetur.

Quae quidem sermonis conversio dici non potest quantopere olim fraudi fuerit viris quibusdam doctissimis, qui non percepta Socratis Platonici ironia et urbanitate philosophum statuerunt in hoc libro id egisse, ut virtutem non disciplina parari, sed numinis divini beneficio hominibus tribui demonstraretur *). At enim vero quum Plato in Protagora, Euthydemo, Lachete, Socratis defendat vel certe amplexus sit sententiam, qui virtutem in scientia volebat inesse, certe a semet ipso descivisse existimandus esset, si in Menone serio tale quid defendisset. Accedit, id quod illi temere neglexerunt, quod non de universa virtute iudicium fit, sed de una virtute civili, quam isti scilicet unam laudabant maximeque sectabantur. Huius igitur pretium atque dignitas ad doctrinae Socraticae normam exigitur sic, ut do-

*) V. Fülleborn. Symbolae ad histor. phil. P. X. p. 143 sqq. Fischer ad Aeschin. Socrat. p. 21. Tiedemann. Argumenta Diall. Plat. p. 129. Nast. Opuscul. Lat. P. II. p. 284 al.

ceatur, non illam scientia sed una opinatione et hariolatione niti ideoque ex casus et fortunae suspensam esse arbitrio: ex quo consequens est, ut a vera virtute eodem intervallo distare existimanda sit, quo scientia (*ἐπιστήμη*) ab opinionis fluctuatione (*δόξα*) est seiuncta. Atque Platoni hoc ita penitus fuisse persuasum vel unus ille locus De Republ. VI. p. 493. A. docet luculentissime, quem qui comparaverint, ii quorsum *θεία* ista *μοῖρα*, quae viris doctis tam multum molestiae creavit, in Menone referri debeat, haudquaquam dubii haerebunt. Eodem pertinet locus Politici p. 309. C. *τὴν τῶν καλῶν καὶ δικαίων πέρι καὶ ἀγαθῶν καὶ τῶν τούτοις ἐναντίων ὄντως οὖσαν ἀληθῆ δόξαν μετὰ βεβαιώσεως, ὁπόταν ἐν ταῖς ψυχαῖς ἐγγίγνηται, θείαν φημὶ ἐν δαιμονίῳ γίγνεσθαι γένει.*

Quum vero hoc sit principale libri argumentum, tum simul etiam illud significatur, virtutem in honesti scientia consistere, eamque scientiam in animos humanos convenire, ut qui eam in vita superiore hauserint et acceperint. v. p. 80. E sqq. Quanquam hoc quidem decretum pro summo universae scriptionis consilio, quod non tam ad docendum, quam ad redarguendum castigandumque comparatum est, minime exponitur aut illustratur sed obscure proditur et quasi per transennas ostenditur, ut illi demum, qui doctrinae Socraticae notitia imbuti sunt, quid rei sit, suspicari queant atque deinde ipsi verum reperire.

Sed quo facilius possit iudicari ab omnibus, quo iure ita de libri argumento et proposito existimemus, age disputationem in eo explicatam in brevius contrahamus atque per singulas partes persequamur.

Habet igitur liber duas partes primarias, quarum una sophistarum filii privantur virtutis scientia; altera ostenditur nec politicos viros in colenda exercendaque virtute, quae unice ad externam utilitatem referatur, certam rectae voluntatis et explorati officii rationem tenere, sed unice pendere ex quadam hariolandi coniiciendique sollertia, qua commoda et utilitates assequi conentur.

Et prius quidem illud perficitur sic, ut exemplo Menonis Thessali, hominis nobilissimo loco nati, qui Gorgiae usus erat disciplina et institutione, ostendatur,

sophistas eorumque discipulos ad informandas rerum notiones parum idoneos esse ideoque ne virtutis quidem verae notitiam habere. Enimvero Socrates, qui virtutem in boni cognitione atque certa officii persuasione inesse volebat, quum omnino definiendi consuetudini plurimum tribueret, tum etiam virtutem statuebat ita demum consummatam esse atque perfectam, si quis recti honestique sensum ad generaliorum notionum perspicuitatem atque firmitatem explicare posset. v. Aristotel. Metaph. XIII. 4. et Brandis Musei Rhenani Vol. I. p. 142 sqq. coll. p. 131. ubi inter alia praeclare: „Tugendhaft handelt nach Socrates Lehre, wer mit deutlichem zum Begriff gesteigerten Bewusstsein von der Sittlichkeit und Pflicht und mit Einsicht handelt.“ Itaque facile apparet, quid sit, quod Meno summae hoc in genere imperitiae atque inertiae convincitur. Nam qui in definienda virtutis notione vacillat tam misere temereque oberrat, is certe ex Socratis sententia ipsam penitus ignoret necesse est. Huc accedit, quod sophistarum alumnus eo errore constrictus tenetur, ut civilem virtutem suam pro vera honestate atque probitate habeat ideoque de una commodi et utilitatis consequendae facultate loquatur. Quocirca duplici nomine eius disputatio reprehensione digna est, siquidem nec quid illud sit, de quo disseritur, animo recte informatum tenet, nec qua via et ratione disserendum sit, clare intelligit. Quanquam subinde a Socrate rectam rationem commonefactus sese non omnino praebet indocilem. Sed videamus ipsius disputationis ordinem et progressum.

In principio igitur sermonis Meno Socratem interrogat, num videatur ei virtus doceri posse an non. Cui hic respondet prudentissime, sibi ne de virtutis natura quidem satis constare, ideoque necessarium videri, ut ante omnia de hac re aliquid certi exquiratur. Consentit Meno, sed interrogatus a Socrate sententiam suam iterum iterumque ignorantiae atque inertiae poenas dat gravissimas *). Primum enim partes cum genere confundens pro universa virtute affert virtutes singulas viri, feminae, iuvenum, senum, ingenuorum, servorum, ideo-

*) P. 70 — 71. B.

que a Socrate edocendus est, ostendi oportere ipsum virtutis genus, sub quod singulae eius formae ac partes subiectae sint *). Quo intellecto secutus utilitatis rationem virtutem censet esse facultatem hominibus imperandi, eoque rursus duplici nomine peccat. Nam primum ita nulla videtur esse posse eorum virtus, quibus imperandi nulla opportunitas aut facultas data est; deinde etiam male potest imperari. Itaque tertiam affert definitionem, qua virtutem statuit esse in eo, ut quis iuste imperare possit. Quae tamen ratio et ipsa vitiosa est, siquidem praeter iustitiam multae aliae sunt virtutes, quae illius ambitu non comprehenduntur. Itaque denuo a Socrate admonitus, ut ne partem sed genus virtutis describat, tandem ingenue fatetur, nescire se, quid sit, quod sub genere isto intelligendum sit. **). Itaque Socrates exemplo a figura et colore repetito satis longa disputatione, qua simul Empedoclis et Gorgiae quaedam placita perstringuntur, ei planum facit, quid in definiendis notionibus observari debeat ***). Quartum nunc Thessalus tentat virtutis definitionem, quam vult in eo positam esse, ut quis ea bona, quae appetat, sibi comparare possit. Quae sententia quanquam aperte utilitatis studium arguit, ut sophistarum discipulus facile potuerit ideo vituperari, tamen non hoc nomine a Socrate reprehenditur, sed quod virtutis definitionem plenam accuratamque non exhibuerit. Etenim istud bona appetere, quia nemo sciens mala expetat, absurdum et otiosum esse iudicatur. Praeterea etiam illud notatur, quod definitio ista nimis late pateat, siquidem bona non quovis modo, sed honeste atque iuste comparanda sint ****). Intelligit Meno ac fatetur errorem suum: sed idem Socrati mentis torporem exprobrat, quem sibi torpedinis alicuius instar iniecerit.

Expediturus igitur sese tandem ex gravibus istis, quibus constrictus tenetur, dialectices laqueis nunc argutam profert quaestiunculam, haud dubie e sophistarum disciplina arreptam. Qui tandem, inquit, de eo quae-

*) P. 71. B — 73. C.

**) P. 73. C. — 74. B.

***) P. 74. B. — 77. A.

****) P. 77. A. — 79. E.

rere poteris, quod te ignorare confiteris? et si illud forte inveneris, quomodo intelliges id illud ipsum esse, quod quaeratur? Captioso igitur nunc dilemmate statuit nec id, quod ignoretur, in quaestionem vocari posse, nec de eo, quod cognitum exploratumque habeatur, solere quaeri ac disceptari, quoniam ita frustra consumeretur opera *).

Hae vero argutiae Socrati commodam praebent opportunitatem eam significandi rationem, qua ad verae scientiae possessionem perveniri possit. Repetit enim scientiam e vita animorum anteacta, in qua ipsi hauserint veritatis notitiam, ideoque illam vult ita comparari, ut in memoriam redeamus eorum, quae iam olim cognoverimus. Ex quo concludit datam esse homini utique veri cognoscendi reperiendique facultatem. Et vitam quidem animorum superiorem licet non illustret subtilius, quod factum in Phaedone et Phaedro est, sed ad vulgarem rationem interpretetur, quam vates ac poetae sequebantur **); tamen rem Menoni facile persuadet. Animus humanus, inquit, iam superiore tempore viguit, ac res omnes, inferas superas, paullatim vidit et cognovit. Unde fit, ut memoriam earum instaurare atque ad veritatis cognitionem pervenire possimus ***).

Quae argumentatio, si cum disputatione in Phaedro et Phaedone de eadem re instituta comparatur, sanequam mirabilis et ab ipsius Platonis sententia aliena videatur necesse est. Neque enim hic idearum iniicitur mentio, sed exinde tantum origo humanae cognitionis repetitur, quod animus olim ea omnia, quae in terra et in Orco sint, pedetentim spectaverit. At enim vero disputator ipse prudenter significat, quos huius sententiae auctores sequatur, ut callide suam ipsius rationem occultare existimandus sit, quo magis illudat sophistarum alumnum. Is enim vel crassiore ista atque pinguiore animi rerum universitatem permeantis pictura facile sibi persuaderi patitur, ut Socrati veri cognitionem et scientiam locum habere affirmanti concedendum arbitretur. Quod igitur olim ex eo loco collegimus, librum hunc

*) P. 79. E. — 81. A.

**) V. ad p. 81. A.

***) P. 81. A. — 86. C.

iam eo tempore a Platone scriptum esse, quo idearum doctrinam nondum invenisset sed perstitisset adhuc in vulgari Pythagoreorum et Orphicorum de perpetuis animorum migrationibus opinione, id, etsi iudiciis virorum quorundam doctissimorum egregie comprobatum est, tamen nunc non amplius defenderim, praesertim quum admodum verisimile sit Platonem iam mature ad doctrinam de ideis delatum esse: id quod in Prolegomenis ad Cratylum et Euthydemum significavimus. Sed redeamus in viam.

Persuadet igitur Socrates hac argumentatione sua Menoni id quod vult, esse profecto tributam homini veri cognoscendi facultatem, eoque ipso illum ad virtutis vim naturamque investigandam commovere conatur. Verumtamen hic, errorum suorum memor, illud potius vult explicari, de quo ab initio sermonis interrogaverat, **possitne virtus doceri**. Repetit ergo Socrates, quod iudicaverat antea, non posse de ulla re disputari, nisi notione eius antea accurate explorata. Ut tamen homini aliquatenus gratum faciat, sese ait ex hypothesi disputaturum. Quod quid sit, exemplo quodam geometrico demonstratur *). Ponit deinde atque sumit: **virtutem doceri posse, si contineatur scientia.** Quo comprobato hunc fere in modum argumentatur. Quidquid bonum est atque utile, id quoniam recto prudentique usu efficitur, una continetur scientia (*φρονήσει*). Iam vero virtus bona censetur atque utilis. Ex quo consequens est, ut omnis virtus scientia absolvi existimanda sit **).

Quae quidem argumentatio admodum cavendum est ne pro Socratica aut Platonica accipiatur. Est enim prorsus ad mentem sophistarum aliorumque id genus hominum comparata, qui, quum non caperent Socratis de scientia virtutis fundamento sententiam, protenus scientiam interpretabantur prudentiam, qua quod utile esset et facile reperiretur et recte expeteretur. Quod igitur in Euthydemo, Lachete, aliis libris, factum videmus, ut qui cum Socrate colloquuntur, ii suis ipsorum decretis et opinionibus, quas ille se ultro probare simu-

*) P. 86. C — 87. A.
**) P. 87. A — 89. B.

lat, facete urbaneque ludantur et irrideantur, id hic quoque tenendum est, ubi virtus ex mente sophistarum sic ad scientiam revocatur, ut denique tota ad utilitatis quoddam studium redeat. Hoc vero Meno, quippe qui cum vulgo sapit, haudquaquam sentiens et animadvertens facile concedit bonos non natura, sed institutione ac disciplina fieri. *)

Verum enim vero quod sic captiosa argumentatione de virtutis indole est effectum, id quoniam unice ad sophistarum alumnum suaviter iocoseque deridendum pertinet, Socrates nunc mutata mente se istius inventi sui poenitere fatetur, siquidem nusquam reperiantur idonei virtutis magistri. Posteaquam igitur demonstratum est sophistas eorumque sectatores a boni honestique scientia longissime abesse neque perspectum habere, quo modo ea comparetur, Socrates ad virtutem civilem eorum considerandam progreditur, qui in republica clari habebantur et quorum exemplis ad virtutem egregie profici posse multi sibi persuaserant.

Nempe hoc alterum est, quod Platonem antea vidimus in hoc libro scribendo propositum habuisse. Nec vero dici potest, quam sapienter philosophus in tractando hoc argumento versatus sit, siquidem simul etiam causas aperuit, quibus permoti viri civiles inprimisque Anytus Socratem acerrimo odio persequuti sint. Fecit enim Anytum Menoni, hospiti suo, assidentem: qui quum adhuc superbe tacitus affuisset noluissetque se sermoni immiscere, nunc repente a Socrate compellatus in colloquii societatem vocatur. Enimvero is summos in civitate magistratus gesserat florebatque magna apud cives suos gratia et auctoritate. **) Hunc igitur Socrates interrogat, an ipsi videantur sophistae pro virtutis magistris haberi posse. Cui ille ita respondet, ut sophistas tanquam homines nequam atque nefarios ingeniorum corruptores exsecretur, summamque animi prodat contemtionem talium meditationum, quibus illi unice delectabantur. Scilicet qui rem publicam tractabant, hi fere videri volebant ab eiusmodi nugis alieni esse atque gravioribus occupati negotiis: de qua re diximus in Prolegg. ad Euthydem. p. 61. Et plane sic Callicles in Gorgia

*) P. 89. B.
**) V. p. 90. A. B. C.

p. 520. A. de sophistis iudicat. Miratur igitur Socrates istud Anyti iudicium, quod sibi placere negat propterea, quod non pauci sophistae, imprimisque Protagoras ab adolescentibus et studiose auditi et magnis institutionis praemiis affecti sint. Itaque suspicatur singularem aliquam causam esse oportere, cur Anytus sophistis succenseat adeo, ut eos omnis corruptionis reos agat. Quod moleste ferens homo superbus ac superciliosus denuo omnem eorum nationem tanquam civitatis pestem prope diris devovet. Censet autem Anytus adeundos esse viros civiles, a quibus virtutis et exemplum et disciplina repetatur. Quam sententiam Socrates ita impugnat, ut clarissimorum virorum institutionem et curam ipsorum adeo filiis ad virtutem nihil profuisse ostendat. Hoc vero Socratis iudicium Anytus aegerrime fert. Quippe homo superbus, qui se quoque propter merita scilicet de civitate in clarorum virorum numero haberi volebat, ab illo suis laudibus aliquid detractum esse opinatur. Itaque iracunde acerbam comminatur ultionem his usus verbis: O Socrate, temere sane aliorum famae obtrectare soles. Quodsi igitur me audis, cavebis tibi in posterum ac tuae ipsius saluti providebis. Nosti enim, quam sit facile cum alibi tum in hac nostra civitate alios laedere ac punire. Ad quae Socrates: Iste, inquit, mihi irascitur: nec mirum: nam primum me putat viris de republica bene meritis maledicere; deinde se quoque a me male haberi opinatur. Sed ubi aliquando intellexerit, quid sit maledicere, certe irasci desinet: quod nunc nondum intellexit *).

Converso iam rursus ad Menonem sermone Socrates rogat, num qui in Thessalia clari in civitate habeantur, ii omnes uno ore de eo consentiant, virtutem posse doceri. Respondet ille maximam ibi regnare de ea re opinionum dissensionem. Unde Socrates continuo concludit non esse illic idoneos virtutis magistros, siquidem aliter non tanta inter ipsos locum habitura esset sententiarum discrepantia. Idem statuendum esse arbitratur de sophistis et poetis, qui et ipsi de virtutis disciplina vehementer ambigant. Ex quibus omnibus colligit non posse virtutem doctrina et institutione comparari **).

---

*) P. 89. C. — 94. E.
**) P. 94. E. — 96. D.

Iam vero ne nulla omnino virtus reperiri omninoque de ea actum esse videatur, Socrates praeter scientiam ostendit etiam veram opinionem existimari licere viris rerum publicarum administratione claris prodesse posse. Eam autem opinionem docet eo a scientia differre, quod sit instabilis quaedam et incerta, ut modo adsit multamque afferat utilitatem, modo tanquam Daedali statuae repente aufugiat, cuiusmodi inconstantiam in scientia non inesse. Verumtamen illam in rebus gerendis, quamdiu adsit, non minus prodesse arbitratur, quam ipsam scientiam, ad cuius dignitatem et praestantiam recordatione h. e. ideae instauratione evehi possit *). Quo discrimine scientiae et rectae opinionis illustrato viros civiles docet, si quid praeclari gesserint, id rectae opinationi acceptum retulisse, ideoque virtutem eorum non ad scientiam sed ad opinionem referendam videri. Ex quo consequi vult, ut istiusmodi virtutem non doctrina et institutione, sed divino munere hominibus obtingere existimare debeamus. Num autem virtus omnino ad scientiam referri queat, de eo quidem arbitratur tum demum recte iudicatum iri, ubi eius vis et natura accuratius fuerit explorata. Interim rogat Menonem, ut quam animo de hac re sententiam conceperit, de ea etiam Anyto, hospiti suo, persuadeat, quo is fiat lenior et mansuetior: ita enim eum etiam Atheniensibus nonnihil esse profuturum **).

Confirmatam hac enarratione putamus atque illustratam sententiam nostram, quam antea de huius libri proposito et consilio prodidimus. Quemadmodum enim priore disputationis parte sophistis scientia eripitur, ita posteriore viris civilibus una opinio tribuitur, qua illi in agendo tanquam coeco quodam impetu sese regi patiantur. Civilem vero istam virtutem ostenditur ac significatur non adeo magni esse faciendam, quoniam non ad scientiae constantiam et aequabilitatem, qualis in virum probum et sapientem conveniat, extollatur. Quam quidem sententiam haudquaquam dubitamus etiam ipsius Socratis fuisse propriam, quem inter *εὐτυχίαν* et *εὐπραξίαν* magnum statuisse discrimen paullo ante ex Xenophonte doculmus.

---

*) P. 96. D. — 98. C.
**) P. 98. C. — 100. C.

Atque postremum hoc non obscurum indicium temporis facit, quo scriptum esse hunc dialogum suspicari liceat. Fuit enim Plato, quum haec scriberet, haud dubie adhuc Socraticae rationis tenacissimus: id quod etiam ex aliis quibusdam rebus facile colligitur. Quorsum pertinet maxime illud, quod virtutem unice ad scientiam rettulit, aliam eiusdem indolem naturamque non significavit. Nempe auctor est Aristoteles Platonem Socraticum virtutem in scientia posuisse, postea autem eandem in eo inesse voluisse, ut animi facultates, dum suo quaeque munere rite fungeretur, communiter rationis imperio obedirent: quam sententiam philosophus animo suo suscepisse videtur, ex quo confecto primo itinere Athenas reversus philosophiam in Academia docere coepit. Quod si verum est, sponte consequitur, ut Meno ante primi illius itineris exitum scriptus sit. Quod ipsum etiam de Protagora, Charmide, Lachete et Euthydemo iudicandum esse alibi disputavimus. Sed accuratius etiam exquirendum est, quid de tempore huius scriptionis natali statuendum sit. Quod ut ita fieri queat, efficitur eo potissimum, quod Anyti habetur ratio, quem esse acerrimum illum Socratis accusatorem non est cur dubitemus. Enimvero praeterquam quod philosophus, qualis esset sophistarum et virorum civilium virtus, demonstrare voluit, etiam id consilii sequutus est, ut causas et origines simultatis atque odii significaret, quo Anytus maxime in eum incensus fuit. Ostendit enim haud obscure superbiam hominis atque fastum a Socrate quandoque repressum esse et castigatum, idque illum tulisse molestissime. Iam vero vix est credibile futurum fuisse, ut Plato acerrimum Socratis inimicum tam leniter et modeste carperet, si librum post mortem demum magistri truculentissimam exaravisset. De qua re quae disputavit Socherus De Scriptis Platonis p. 185 sq., ea prorsus mea facio. Quod si recte coniicitur, quid exinde consequatur, apertum esse arbitramur. Nam simultas aliqua et inimicitia inter Socratem et Anytum illo tempore iam intercesserit necesse est, quo Meno a Platone litteris est consignatus. Itaque videtur liber confectus esse vel paullo ante Socratis accusationem vel caussa vixdum in iudicium deducta, quo tempore qualis futurus esset eius exitus nondum divinari poterat. Quamquam illud etiam probabilius est, siquidem Plato eum, qui accusationem pararet atque cogitaret, non illum,

qui eam iam instituisset, designare videtur. Mortuus autem Socrates est archonte Lachete Olymp. 95. 1. Unde probabile fit media vel extrema Olymp. 94. Menonem in lucem editum esse. Et certe nullo modo potuit ante Olymp. 92. 2. emitti, propterea quod p. 91. E. de Protagora sermo est tanquam haud ita pridem mortuo. conf. Prolegg. ad Euthydem. p. 63. Cui rationi nostrae haudquaquam officiunt quae p. 90. A. de Ismenia Thebano narrantur; ad quem locum de hac re in Commentariis exposuimus.

En igitur, satis certas nobis videmur notas reperisse temporis illius, quo liber scriptus et editus sit prorsus necesse est. Sequitur ut videamus, cum quibusnam aliis Platonis scriptis vel aetatis vel argumenti ratione habita proxime cohaerere iudicandus sit. Et Schleiermacheri quidem sententiam, qui Menonem a Gorgia et Theaeteto, quem utrumque argumenti cognatione attingat, proximum esse, longiore autem intervallo ad Protagoram eiusque comitem scilicet Lachetem respicere censuit, cur penitus improbemus, in superiore libri editione Prolegg. p. 37 sqq. copiose exposuimus. Quae nolumus hic repetere. Neque placet iterare quae ibidem maxime p. 48 sq. adversus Astium disputavimus, Menonem nostrum Platonicorum scriptorum numero omnino eximentem. Iam antea autem significatum est Platonem in eodem argumento tractando plus semel idque vario consilio versatum esse. Quod quis est qui longioribus temporum intervallis interiectis ita ab eo factum esse sibi persuadeat? Itaque illi dialogi omnes, in quibus de scientia virtutis parente et magistra disputatur, sicuti argumenti similitudine, ita etiam temporis communitate contineri videntur. Cohaerent igitur inter se atque tempore non multum diverso scripti sunt Charmides, Laches, Meno, Protagoras, Euthydemus, Euthyphro, qui libri hoc certe habent commune, quod in definiendis excutiendisque virtutis rationibus plus minusve versantur. Quod quidem argumentum Platoni, quo tempore adhuc doctrinae Socraticae fuit tenax, certas quasdam ob causas admodum placuisse paullo ante disputavimus. Dubium tamen est atque controversum, quonam ordine libri illi sese exceperint. Itaque res ex ipso eorum argumento et consilio diiudicanda est. De quo nonnihil disputabimus in Prolegomenis ad Euthyphronem.

Ceterum utiliter cum hoc dialogo conferetur disputatio Maximi Tyrii XVI. cuius argumentum est: *Εἰ αἱ μαθήσεις ἀναμνήσεις;* Eodem pertinet Plutarchi disputatio in Fragmento de Anima, edito in Fabricii Bibl. Gr. Vol. XII. p. 265.

Codices mss.

1) Bodlei. s. Clarkianus. 2) Coislin. *Γ*. 3) Vat. *Δ*. 4) Ven. *Ξ*. 5) Ven. *Σ*. 5) Vind. 1. 6) Vind. 2. 7 — 10) Paris. BCEF. 11 — 12) Vat. br. 13 — 18) Florent. a. b. c. n. o. x. 19) Ambros. Ex quibus Bodlei. et Vat. *Δ*. sicuti admirabiliter vel in apertis vitiis consentiunt, ita etiam omnium optimi censeri debent. Quamquam his prae ceteris non nimium est tribuendum, quum subinde manus criticorum correctrices experti sint.

Editiones Menonis peculiares

hae sunt:

Platonis Meno, Crito et Alcibiades uterque. Edidit I. E. Biester. Berolin. 1780. 8. Eundem librum deinde aliquoties edidit ibidem Phil. Buttmannus, secundum a. 1790. 8. tertium 1811. 8. quartum 1822. 8. Postrema editio omnium est praestantissima. Ad priores etiam symbolas quasdam contulerant Fr. Gedike, I. Gottlob Schneider, et L. Heindorf. Praeterea Fr. Aug. Wolf. de locis quibusdam Menonis exposuit in libro: Vermischte Aufsätze, Halle 1802. 8. p. 102. 113. 116. itemque C. L. Struve in Prolus. de Menone Platonis, quam tamen ipsi non vidimus.

Platonis Meno, ed. G. Stallbaum. Lips. 1827. 8. min. quam editionem utiliter cum hac nova comparaveris.

Germanicum hunc librum fecit Fr. Gedike. Berolin. 1781. cuius interpretationem Ullrich. emendatam refictamque denuo edidit 1822. additis multis et praeclaris observationibus. Schleiermacheri interpretationem reperias Operum Platonicor. Vol. II. T. I. p. 323 sqq. ed. 2.

M E N Ω N.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΜΕΝΩΝ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΠΑΙΣ ΜΕΝΩΝΟΣ, ΑΝΥΤΟΣ.

Ἔχεις μοι εἰπεῖν, ὦ Σώκρατες, ἆρα διδακτὸν ἡ ἀρετή; ἢ οὐ διδακτόν, ἀλλ' ἀσκητόν; ἢ οὔτε ἀσκητὸν οὔτε μαθητόν, ἀλλὰ φύσει παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώποις ἢ ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ; 70

P. 70. A. Ἔχεις μοι εἰπεῖν] Caret hic liber exordio, in quo Plato fere id agere solet, ut apparatum describat scenicum, hoc est, de personis, quas colloquentes induxit, de tempore, loco, opportunitate colloquii, aliisque id genus rebus exponat. Quam quidem exordii omissionem qui in hoc libro ideo maxime non sine stomacho reprehendit, quia iam in altera libri parte Anytus praeter omnem expectationem sic loquens inducatur, ut statim ab initio sermoni interfuisse existimandus sit, is parum sane aut, ut verius dicam, prorsus nihil vidit. Nam Anytus si iam a principio Socratis et Menonis disputationi operam dedisset, fieri profecto non posset, ut Socrates infra hominem compellaret his verbis: οὗτος γάρ, ὦ Ἄνυτε, πάλαι λέγει πρός με, ὅτι ἐπιθυμεῖ ταύτης τῆς σοφίας καὶ ἀρετῆς, ᾗ οἱ ἄνθρωποι τάς τε οἰκίας καὶ τὰς πόλεις οἰκοῦσιν κ. τ. λ. quibus addit: τοῦτ' ἔστιν, ὃ πάλαι ζητοῦμεν ἐγώ τε καὶ Μένων. Non assedisse Anytum inde a sermonis principio, declarant etiam illa: εἰς καλὸν ἡμῖν Ἄνυτος ὅδε παρεκαθέζετο. In hac igitur re, ego si quid video, nulla prorsus inest difficultas. Carere autem etiam alios nonnullos Platonis dialogos eiusmodi exordiorum ornamentis, inter alia Cratyli et Philebi exemplum testabitur, quorum librorum initium item viris doctis nimis abruptum visum est,

ΣΩ. Ὦ Μένων, πρὸ τοῦ μὲν Θετταλοὶ εὐδόκιμοι ἦσαν ἐν τοῖς Ἕλλησι καὶ ἐθαυμάζοντο ἐφ' B ἱππικῇ τε καὶ πλούτῳ, νῦν δέ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ ἐπὶ σοφίᾳ, καὶ οὐχ ἥκιστα οἱ τοῦ σοῦ ἑταίρου Ἀριστίππου πολῖται Λαρισαῖοι. τούτου δὲ ὑμῖν αἴτιός ἐστι Γοργίας. ἀφικόμενος γὰρ εἰς τὴν πόλιν ἐραστὰς ἐπὶ σοφίᾳ εἴληφεν Ἀλευαδῶν τε τοὺς πρώτους, ὧν ὁ σὸς ἐραστής ἐστιν Ἀρίστιππος, καὶ τῶν ἄλλων Θετταλῶν. καὶ δὴ καὶ τοῦτο τὸ ἔθος ὑμᾶς εἴθικεν,

P. 70. A. *πρὸ τοῦ μὲν Θ.*] Sic Vind. 1. 2, conf. Reiz. De accentus inclin. p. 15. Buttmann. ad Alcib. I. p. 125. Bosii Ellips. p. 548. Schweigh. Lexic. Polyb. p. 542. Scribebatur *προτοῦ*. Respondet nostrum vordem.

B. *πολῖται Λαρισσαῖοι*] V. *πολῖται τοῦ Λαρισσαίου*. Articulus *τοῦ* deest in Bodl. Coisl. Vat. *A*. Par. B. C. E. F. Ambr. Vat. b. r. Vind. 1. Flor. a. b. c. n. o. Praeterea multi *Λαρισαίου*, litera sibilante non iterata. Nominativum pluralem *Λαρισσαῖοι* tuentur Coisl, *Γ*. et Flor. x. v. ann.

Θετταλοὶ εὐδόκιμοι ἦσαν] Hoc sibi vult: Olim Thessali una re equestri et divitiarum possessione maxime clari erant; nunc ad has eorum laudes accessit etiam sapientiae existimatio, qua apud nos florent. Cavendum est enim ne Socratem putemus Thessalos nunc iudicare pristina illa laude spoliatos esse, quod certe ab historiae fide recederet, ut apparet ex Hipp. mai. p. 284. A. Legg. I. p. 625. D. Crit. §. 15. al. Frustra tamen esset, si quis *ἐθαυμάζοντο μόνον ἐφ' ἱππικῇ* corrigendum statueret, quod ne ferendum quidem censemus.

B. *πολῖται Λαρισαῖοι*] Articuli desiderium ante *Λαρισαῖοι* lenient fortasse haec: Apolog. Socr. p. 32. B. *καὶ ἔτυχεν ἡμῶν ἡ φυλὴ Ἀντιοχὶς πρυτανεύουσα*, ubi noli *Ἀντιοχὶς* tanquam glossema extrudere. Phaedon. p. 57. A. *τῶν πολιτῶν Φλιασίων*, ad quem locum vide quae disputavimus. Dein Buttmannus non video quo iure *ὑμῖν*, optimorum librorum lectionem, frigidum appellaverit. Non sine irrisione enim Socrates illud ipsum urget, quod apud Thessalos sapientiae studia per Gorgiam tanta incrementa ceperint. Absurdum est istud *ἡμῖν*.

εἰς τὴν πόλιν] Larissam, quam etiam illa aetate mansisse sedem Aleuadarum praeter alios docuit Wachsmuth Antiquitatt. Hellen. T. II. Vol. I. p. 106 sq. De nobili gente Aleuadarum praeter Valckenarium ad Herod. VII. 6. disputarunt nuper Boeckh. ad Pind. Pyth. X. p. 331. Meinecke Commentatt. Miscell. fasc. I. cap. V. Buttmann in libro: Abhandlungen der königl. Akadem. der Wissensch. zu Berlin. 1824. p. 171 sqq. a quibus demonstratum est eos artium et literarum studia utique fovisse nominatimque etiam Gorgiam in summo honore ha-

ἀφόβως τε καὶ μεγαλοπρεπῶς ἀποκρίνεσθαι, ἐάν τίς τι ἔρηται, ὥςπερ εἰκὸς τοὺς εἰδότας, ἅτε καὶ αὐτὸς C παρέχων αὑτὸν ἐρωτᾶν τῶν Ἑλλήνων τῷ βουλομένῳ ὅ τι ἄν τις βούληται, καὶ οὐδενὶ ὅτῳ οὐκ ἀποκρινόμενος. ἐνθάδε δέ, ὦ φίλε Μένων, τὸ ἐναντίον περιέστηκεν· ὥςπερ αὐχμός τις τῆς σοφίας γέγονε, καὶ κινδυνεύει ἐκ τῶνδε τῶν τόπων παρ' ὑμᾶς οἴχε- 71 σθαι ἡ σοφία. εἰ γοῦν τινὰ ἐθέλεις οὕτως ἐρέσθαι τῶν ἐνθάδε, οὐδεὶς ὅστις οὐ γελάσεται καὶ ἐρεῖ· Ὦ

ὑμῖν αἴτιος] Sic Bodl. Coisl. Vat. *A*. Ven. ΞΣ. Vind. 1. 2. Par. BC. Flor. a. b. c. o. x. Vat. b. r. Legebatur *ἡμῖν*, quod frustra defendit Buttm.

C. *αὐτὸς παρέχων*] *αὐτοῖς* Bodl. Vat. *A*. Par. BCEF. Flor. a. b. c. o. x. et a pr. m. Coisl. errore manifesto. Mox pro *ὅτῳ* Vat. r. *οὕτω*. In Ven. Σ. Vind. 2. *οὐκ* ante *ἀποκρινόμενος* deest.

P. 71. *εἰ γοῦν τινὰ ἐθέλεις*] *ἐθέλοις* Vat. r. Dein errore pervulgato *ἐρεσθαι* scribebatur. Recte Bodl. et Vat. *A*. *ἐρέσθαι*.

Εἰ δὲ μὴ ἐν τῷ νῦν βίῳ —] Editt. omnes: *Εἰ δὲ μὴ ἐν τῷ νῦν βίῳ λαβὼν οὐκ ᾔδει τοῦτο, δῆλον ὅτι ἐν ἄλλῳ τινὶ χρόνῳ εἶχε καὶ μεμαθήκει.* Emendationem nostram firmant Ven. Ξ. et Par. E. qui pro *ᾔδει* habent *ᾔδη*. Itaque uno commate illato concidit tota Buttmanni de his verbis disputatio, quam nunc repetere nolumus. Dein Par. E. *μεμαθήκει*, omisso augmento, quod recepit Bekkerus.

E. *Εἰ δὲ μὴ ἐν τῷ νῦν βίῳ λαβών, οὐκ ἤδη τοῦτο δῆλον, ὅτι —*] Ita nunc fidenter de coniectura mea scripsi olim in Commentariis critt. p. 382. proposita. Nam quod in editt. omnibus vulgatum est, *Εἰ δὲ μὴ ἐν τῷ νῦν βίῳ λαβὼν οὐκ ᾔδει τοῦτο, δῆλον ὅτι κ. τ. λ.*, id ne Buttmannus quidem, quantumvis se torserit, probabiliter explicare potuit. Legitur *ᾔδη* in Par. E. et Ven. Ξ. ut iam nihil nisi interpunctionem verborum mutaverimus. Tenendum est autem ad *εἰ δὲ μὴ λαβὼν* ex praegressis repetendum esse *ἔχει ταύτας τὰς δόξας*. Quod ne cui inusitatum videatur, comparanda sunt quae de hac loquendi forma ad Alcib. I. p. 110. C. exposuimus.

P. 86. *Εἰ οὖν ὃν ἂν ᾖ χρ. — ἀρ' οὖν τὸν ἀεὶ χρ.*] Repetitum *οὖν* in apodosi etsi tolerandum videbitur iis, qui meminerint, quantopere illud alibi in epanalepsi frequentetur, tamen quia *ἆρ' οὖν* pro *ἆρ' οὖν οὐκ* cum dubitatione aliqua usurpatur (v. ad Charm. p. 159. B.),

ΣΩ. Εἰ οὖν ὃν ἂν ᾖ χρόνον καὶ ὃν ἂν μὴ ᾖ ἄνθρωπος, ἐνέσονται αὐτῷ ἀληθεῖς δόξαι, αἳ ἐρωτήσει ἐπεγερθεῖσαι ἐπιστῆμαι γίγνονται, ἆρ' οὖν τὸν ἀεὶ χρόνον μεμαθηκυῖα ἔσται ἡ ψυχὴ αὐτοῦ; δῆλον γὰρ, ὅτι τὸν πάντα χρόνον ἔστιν, ἢ οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος.

MEN. Φαίνεται.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ ἀεὶ ἡ ἀλήθεια ἡμῖν τῶν ὄντων ἐστὶν ἐν τῇ ψυχῇ, ἀθάνατος ἂν ἡ ψυχὴ εἴη; ὥστε B θαῤῥοῦντα χρὴ ὃ μὴ τυγχάνεις ἐπιστάμενος νῦν, τοῦτο δ' ἐστὶν ὃ μὴ μεμνημένος, ἐπιχειρεῖν ζητεῖν καὶ ἀναμιμνήσκεσθαι.

MEN. Εὖ μοι δοκεῖς λέγειν, ὦ Σώκρατες, οὐκ οἶδ' ὅπως.

Pag. 86. *Εἰ οὖν ὃν ἂν ᾖ χρόνον καὶ ὃν ἂν μὴ ᾖ*] Vett. editt. *ὅταν ᾖ χρόνον*, quod verissime emendavit Cornarius et post eum Wolfius. Simile quid habet Ven. Σ. ex corr., apud quem est *ὃ ἂν ᾖ χρόνον*. Dein vulgo legebatur *ἢ καὶ ὃν ἂν μὴ ᾖ*, in quibus vere iudicavit Heindorfius *ἢ* moleste redundare. Omisi igitur cum Ven. Σ. Vind. 2. Flor. x.

αἳ ἐρωτήσει ἐπεγερθεῖσαι ἐπ.] Legebatur *ἐρωτήσεις*, quod prudenter correxit Wolfius, cuius rationem firmat Par. F. corr. Cornarius coniecerat *ἐρωτήσεσιν*, idque in Paris. E. superscriptum legitur. Ficinus: sciscitando excitatae.

equidem orationem multo et faciliorem et rectiorem fore arbitror, ubi *ἆρ' οὐ τὸν ἀεὶ χρ.* reposuerimus. Quod nos quidem tenebimus, donec similem illi verborum structuram aliquis monstraverit.

B. *ἀθάνατος ἂν ἡ ψυχὴ εἴη;*] Vide mihi argumentationem valde mirabilem. Animus, inquit, quoniam et in hac terrestri vita et apud inferos omnia vidit atque cognovit, perpetuo didicit omnia. Quodsi igitur in animis nostris semper inest *τῶν ὄντων ἡ ἀλήθεια*, consequens est, ut illi sint immortales. Itaque fidenter oportet verum investigare conari et in rerum olim perceptarum redire memoriam. Nimirum prima hic nobis videmur deprehendere Platonicae idearum doctrinae initia, quae certe longe alia evasit, ex quo philosophus animos hominum voluit esse cum ipso deo in vita anteacta fuisse coniunctos, quem locum postea in Phaedro et Phaedone explicavit subtilius.

ΣΩ. Καὶ γὰρ ἐγὼ ἐμοί, ὦ Μένων. καὶ τὰ μέν γε ἄλλα οὐκ ἂν πάνυ ὑπὲρ τοῦ λόγου διισχυρισαίμην· ὅτι δ' οἰόμενοι δεῖν ζητεῖν ἃ μή τις οἶδε, βελτίους ἂν εἶμεν καὶ ἀνδρικώτεροι καὶ ἧττον ἀργοὶ ἢ εἰ οἰοίμεθα, ἃ μὴ ἐπιστάμεθα, μηδὲ δυνατὸν εἶναι εὑρεῖν μηδὲ δεῖν ζητεῖν, περὶ τούτου πάνυ ἂν διαμαχοίμην, εἰ οἷός τε εἴην, καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ. C

MEN. Καὶ τοῦτο μέν γε δοκεῖς μοι εὖ λέγειν, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Βούλει οὖν, ἐπειδὴ ὁμονοοῦμεν, ὅτι ζητητέον περὶ οὗ μή τις οἶδεν, ἐπιχειρήσωμεν κοινῇ ζητεῖν, τί ποτ' ἔστιν ἀρετή;

MEN. Πάνυ μὲν οὖν. οὐ μέντοι, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ἔγωγε ἐκεῖνο ἂν ἥδιστα, ὅπερ ἠρόμην τὸ πρῶτον, καὶ σκεψαίμην καὶ ἀκούσαιμι, πότερον ὡς διδακτῷ ὄντι αὐτῷ δεῖ ἐπιχειρεῖν, ἢ ὡς φύσει ἢ ὡς

B. *βελτίους ἂν εἶμεν*] V. εἴημεν, invitis Bodl. Coisl. Vat. *Δ*. Flor. a. et pr. Par. E. Alii *ἦμεν* habent, quod et ipsum *εἶμεν* verum esse testatur.

ἢ εἰ οἰοίμεθα] Vulgo *οἰόμεθα*, quod iam Stephanus vidit in optativum mutari oportere. Et praebuerunt eum modum Coisl. Ven. *ΞΣ*. Vind. 2. Par. BCEF. Ambr. Vat. b. Flor. a. b. c. x.

C. *ἀλλ' ἔγωγε ἐκεῖνο ἂν ἥδιστα*] Sincerissima scriptura in Bodl. Vat. *Δ*. Vind. 1. 2. Ven. *Σ*. Par. BCEF. Ambr. Vat. b.

καὶ τὰ μέν γε ἄλλα —] Ipse Socrates hanc rei explicandae rationem ait sibi non usquequaque certam et exploratam videri; hoc unum igitur tenet, quod statuerat, animum rerum notitias iam in vita superiore acceptas in hanc terram secum attulisse, eoque ipso fieri, ut de iis rebus, quas nondum cognitas habeamus, quaerere ac disputare possimus. Simillimus locus est Phaedon. p. 114. D. ubi Socrates item etsi explicandae sententiae suae rationem non pertinaciter defendendam arbitratur, tamen rem ipsam tuendam tenendamque censet.

D. *ἢ ὡς τίνι ποτὲ τρόπῳ — ἀρετῆς*] Debebat dicere sic: *ἢ ὡς τίνι π. τρ. παραγιγνομένῳ*. Quod quo magis perspicue enuntiaretur, transiit ad genitivum adiecta subiecti mentione. Neutrum *αὐτῷ* referas ad. *ἀρετήν*, ut p. 73. C. al.

E. *εἰ μή τι οὖν, ἀλλὰ σμικρόν γέ μοι*] Recte Gedikius: „si nihil aliud a te impetrare queam, at certe remittas paullulum imperii tui frena. Eadem

τίνι ποτὲ τρόπῳ παραγιγνομένης τοῖς ἀνθρώποις τῆς ἀρετῆς. D

ΣΩ. Ἀλλ' εἰ μὲν ἐγὼ ἦρχον, ὦ Μένων, μὴ μόνον ἐμαυτοῦ ἀλλὰ καὶ σοῦ, οὐκ ἂν ἐσκεψάμεθα πρότερον, εἴτε διδακτὸν εἴτε οὐ διδακτὸν ἡ ἀρετή, πρὶν ὅ τι ἔστι πρῶτον ἐζητήσαμεν αὐτό. ἐπειδὴ δὲ σὺ σαυτοῦ μὲν οὐδ' ἐπιχειρεῖς ἄρχειν, ἵνα δὴ ἐλεύθερος ᾖς, ἐμοῦ δὲ ἐπιχειρεῖς τε ἄρχειν καὶ ἄρχεις, συγχωρήσομαί σοι· τί γὰρ χρὴ ποιεῖν; ἔοικεν οὖν σκεπτέον εἶναι, ποιόν τί ἐστιν ὃ μήπω ἴσμεν ὅ τι E ἔστιν. εἰ μή τι οὖν, ἀλλὰ σμικρόν γέ μοι τῆς ἀρχῆς χάλασον, καὶ συγχώρησον ἐξ ὑποθέσεως αὐτὸ σκοπεῖσθαι, εἴτε διδακτόν ἐστιν εἴτε ὁπωσοῦν. λέγω δὲ τὸ ἐξ ὑποθέσεως ὧδε, ὥσπερ οἱ γεωμέτραι πολλάκις σκοποῦνται, ἐπειδάν τις ἔρηται αὐτούς, οἷον περὶ χωρίου, εἰ οἷόν τε ἐς τόνδε τὸν κύκλον τόδε τὸ χωρίον τρίγωνον ἐνταθῆναι, εἴποι ἄν τις ὅτι Οὔπω οἶδα, εἰ 87

r. Flor. a. b. c. o. hunc in modum temerata est: *ἂν λέγω γε ἐκεῖνο κ. τ. λ.* unde rursus patet, quam caute vel optimorum plurimorumque librorum auctoritate confidendum sit.

D. *ἢ ὡς τίνι ποτὲ τρόπῳ*] V. *τινὶ*, quod e Flor. n. correximus.

ἐζητήσαμεν αὐτό] Hunc ordinem verborum tuentur Bodl. Coisl. Vat. *A.* Ven. *ΞΣ.* Vind. 1. 2. Par. C. Ambr. Vat. b. r. Flor. x. Olim scribebatur *αὐτὸ ἐζητήσαμεν.*

breviloquentia est De Rep. VI. p. 509. C. *μηδαμῶς γε παύσῃ, εἰ μή τι, ἀλλὰ τὴν περὶ τὸν ἥλιον ὁμοιότητα αὖ διεξίων.* Est autem disputationis cohaerentia et nexus hic. Quum Meno de ipsa virtutis vi et natura disputari nolit atque illud tantum scire cupiat, utrum virtutis disciplina sit necne; Socrates ita precibus eius concedendum arbitratur, ut certe aliquid de virtutis natura ponant eoque concesso videant, numquid doctrina ad virtutem comparandam valeat. Quod quidem Socrates vocat *ἐξ ὑποθέσεως σκοπεῖσθαι.* Quo facilius autem Meno perspiciat, quid rei sit, Socrates exemplum hypotheticae demonstrationis affert ex geometria depromtum.

οἷον περὶ χωρίου] H. e. veluti de area aliqua, s. spatio. Quod moneo, quia fuit, qui *χωρίον* nollet ita intelligi, sed figuram esse contenderet. Quod ex hoc ipso libro prorsus refutari potest.

P. 87. *τόδε τὸ χωρίον τρίγωνον ἐνταθῆναι*] Interpretantur: hoc triangulum. At vere id dicendum fuit *τόδε τὸ τρίγωνον χωρίον.* Nam

ἔστι τοῦτο τοιοῦτον, ἀλλ' ὥσπερ μέν τινα ὑπόθεσιν προὔργου οἶμαι ἔχειν πρὸς τὸ πρᾶγμα τοιάνδε· εἰ

P. 87. A. *τοῦτο τὸ χωρίον τοιοῦτον*] *τοιοῦτον* om.

ne Wexio quidem credimus in Iahnii nostri Annalibus a. 1830. Vol. I. fasc. 2. p. 190 sqq. affirmanti *τόδε τὸ χωρίον τρίγωνον* utique esse hoc triangulum, dieses Dreieck, idque auctoritate Euclidis I. *ὁρ.* 15. 20. II. *ὁρ. ν.* evincere conanti. Euclidem enim qui accuratius inspexerint, ii nobis potius suffragabuntur. Sed nolumus longi esse. Non igitur fert loquendi consuetudo, ut dicatur *τὸ χωρίον τρίγωνον*, eo quidem sensu, ut adiectivi et substantivi notio in unum coalescat. Quid igitur? qualis tandem est verborum iunctura? Nempe in omnibus eiusmodi locis praedicatum non proxime cum nomine cohaeret, sed connectendum est cum verbo. Veluti hoc loco verba in hunc modum iungenda sunt: *εἰ οἷόν τε τόδε τὸ χωρίον εἰς τόνδε τὸν κύκλον ἐνταθῆναι τρίγωνον*, i. e. *ὡς τρίγωνον s. ὥστε τρίγωνον εἶναι.* Itaque hoc quaeritur ab Socrate: num potest haec area tanquam triangularis, h. e. in triangulum redacta, huic circulo inscribi? Dicitur autem *τόδε τὸ χωρίον* haud dubie de quadrato antea a Socrate in arena descripto. Ex quo iam perspicuum hoc quaeri: num haec area quadrati in triangulum redacta ita possit circulo dato inscribi, ut extremi eius vertices undique tangant circuli peripheriam. Id enim *ἐγγράφειν* significare, ex Euclide Elem. IV. clarum est atque evidens. Quae verborum interpretatio si vera est, consequitur, ut eorum omnium sententiae de hoc loco reiiciendae sint, qui aliam esse eorum constructionem existimarunt. Eo multum sane lucrati sumus: novimus enim nunc, quid illud sit, de quo quaeratur.

προὔργου οἶμαι ἔχειν] Dicitur hoc eodem modo, quo supra p. 84. B. et De Rep. VI. p. 498. D. *προὔργου ποιεῖν.*

εἰ μέν ἐστι τοῦτο τὸ χωρίον τοιοῦτον, οἷον—] Non constat sibi verborum constructio, quod certissimo argumento est locum aliqua labe esse contaminatum. Nam accusativus *παρατείναντα*, quia verbum *παραλείπειν* hoc quidem sensu active usitatum non est, haudquaquam habet unde pendeat. Itaque olim *παρατείνουσαν* vel *παρατείναντι* legendum conieci, quam tamen coniecturam nunc repudiandam censeo, leniore etiam et fortasse probabiliore usurus vulneris remedio. Corrigendum enim arbitror *παρατείναν*, quod quia insolentius cum *χωρίον* iungitur, facile potuit ab iis in *παρατείναντα* depravari, qui *ἐλλείπειν* active positum existimavissent. Iam hac emendatione probata omnia sese habent rectissime. Est enim verborum consecutio haec: *εἰ μέν ἐστι τοῦτο τὸ χωρίον τοιοῦτον, ὥστε αὐτὸ* (id enim est *οἷον*) *παρατείναν παρὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτοῦ* (vel *αὐτοῦ*, quod tamen non necessario requiritur) *ἐλλείπειν τοιούτῳ χωρίῳ, οἷον ἂν αὐτὸ τὸ παρατεταμένον ᾖ κ. τ. λ.* si haec figura est eiusmodi, ut quum iuxta datam eius basin se extenderit, tali spatio minor sit, quale est illud, quod extensione fuerit ortum etc. *Παρατείνειν* enim proprie est datam lineam ulterius pro-

μέν ἐστί τοῦτο τὸ χωρίον τοιοῦτον, οἷον παρὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτοῦ γραμμὴν παρατείναντα ἐλλείπειν

Ven. Ξ. Dein *ἐλιπεῖν* Vat. *Δ*. Ven. Σ. Vind. 2. et a pr. m. Bodl.

ducere. Quod nunc dicitur intransitive de ipsa figura, quae iuxta datam lineam ulterius porrigitur; unde facile est ad intelligendum, qui fiat, ut verbum hic simul etiam de figurae applicatione accipiendum sit, quae alibi verbo *προσιτθέναι* denotatur; ut De Republ. VII. p. 527. A. Ne quis autem intransitivum verbi usum moleste ferat, conferat is p. 85. B. *ἀπὸ τῆς ἐκ γωνίας εἰς γωνίαν τετνούσης τοῦ τετράποδος* al. Neque quidquam difficultatis habet dictio *ἐλλείπειν τοιούτῳ χωρίῳ*. Dicitur enim figura *ἐλλείπειν χωρίῳ τινί*, quum aliqua parte minor est quam alia quaepiam, quacum comparatur vel etiam, quam ipsa integra. Id quod Mollweidius luculenter demonstravit ex Euclide VI. propos. 27. 28. 29. Porro τὸ *παρατεταμένον* dubitari non potest quin intelligatur figura, quae per protensionem lineae exorta est et datae figurae lateri adiecta. Observandum vero diligentissime illud est, quod miror ab omnibus loci interpretibus neglectum esse, non *οἷόν ἐστι* a Socrate dici, sed *οἷον ἂν ᾖ*, qualecunque fuerit; quo ipso significatur, non certam aliquam aream monstrari, qua altera figura deminuenda sit, sed in incerto relinqui, qualis sit eius magnitudo. Atque his ita expositis facile erit universi loci declarare sententiam. Cogita enim Socratem iuxta quadratum antea designatum nunc circulum in arena descripsisse ac deinde Menonem interrogare, possitne illud in triangulum redactum circulo sic inscribi, ut extremi trianguli vertices undique tangant peripheriam: tum quadrati lateri apponere aliam quadrati figuram eaque designata respondere, si liceat prius illud quadratum area alterius qualicunque deminuere, futurum esse, ut illud in triangulum redactum in circulo possit inscribi. Quocirca si rem ad vivum resecueris, Socratem videbis nihil nisi hoc significare, quadratum illud ita demum tanquam triangulum circulo inseri posse, si aliqua sui parte deminuatur. Quod qui fieri sic ab eo potuerit, facile intelligetur, ubi prioris quadrati magnitudinem eam fuisse sumserimus, quae ad circuli ambitum comparata statim unicuique manifestum reddere potuerit, demta demum aliqua illius parte illud locum habere, de quo esset interrogatum. Pro eo igitur, quod simpliciter dici potuit: si qua parte fuerit deminutum, Socrates, morem geometrarum ludibundus imitatus, hunc potius in modum disputat: si quadrato amplificato tantum de eius spatio detraxeris, quantumcunque amplificatione accesserit, tum vero aliud quid consecuturum mihi videtur, ac si id fieri plane non possit. Itaque liquidum est nihil hic proponi, quod ex interioribus mathesis penetralibus sit depromtum; quod quum neglectum sit ab interpretibus, accidit iis, quod nimium frequenter accidisse novimus, ut lusu Socratis non animadverso gravitatis suae atque severitatis poenas darent gravissimas. Nempe hoc certe confitendum omnibus est, Socratem vel sic effecisse,

τοιούτῳ χωρίῳ, οἷον ἂν αὐτὸ τὸ παρατεταμένον ᾖ, ἄλλο τι συμβαίνειν μοι δοκεῖ, καὶ ἄλλο αὖ, εἰ ἀδύνατόν ἐστι ταῦτα παθεῖν. ὑποθέμενος οὖν ἐθέλω εἰ-
B πεῖν σοι τὸ συμβαῖνον περὶ τῆς ἐντάσεως αὐτοῦ εἰς τὸν κύκλον, εἴτε ἀδύνατον εἴτε μή. Οὕτω δὴ καὶ περὶ ἀρετῆς ἡμεῖς, ἐπειδὴ οὐκ ἴσμεν οὔθ' ὅ τί ἐστιν οὔθ' ὁποῖόν τι, ὑποθέμενοι αὐτὸ σκοπῶμεν εἴτε διδακτὸν εἴτε οὐ διδακτόν ἐστιν, ὧδε λέγοντες· εἰ ποῖόν τί ἐστι τῶν περὶ τὴν ψυχὴν ὄντων ἀρετή, διδακτὸν ἂν εἴη ἢ οὐ διδακτόν; πρῶτον μὲν εἰ ἔστιν ἀλλοῖον ἢ οἷον ἐπιστήμη, ἆρα διδακτὸν ἢ οὔ; ἢ ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, ἀναμνηστόν; διαφερέτω δὲ μηδὲν ἡμῖν ὀπο-
C τέρῳ ἂν τῷ ὀνόματι χρώμεθα. ἀλλ' ἆρα διδακτόν;

B. εἰ ποῖόν τί ἐστι τῶν π.] V. ὁποῖον, quod e Bodl. Coisl. Vat. *A*. Ven. ΞΣ. Vind. 1. 2. Flor. a. c. x. mutatum. Schleiermacherus legi volebat: εἰ ὁποῖόν τί ἐστιν ἢ οὐκ ἔστι τῶν π. Mox Struvius requirebat: ἆρα διδακτὸν ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν ἀναμνηστόν, ἢ οὔ; v. infra comment.

quod efficere voluit, ut Menoni perspicuum redderet, quid esset ex hypothesi disputare.

B. ὑποθέμενοι αὐτό] Sc. ὅ τί ἐστιν καὶ ὁποῖόν τι. Deinde Struvius pro εἴτε οὐ διδακτὸν requirebat εἴτε μὴ διδακτόν. Sed eodem modo paullo ante: οὐκ ἂν ἐσκεψάμεθα πρότερον εἴτε διδακτὸν εἴτε οὐ διδακτόν. Nempe negatio cum altero διδακτὸν in unum coniungenda est neque ad totam enuntiati partem referenda. v. Hermann. in Censur. Medeae Elmsl. p. 344. ed. Lips. et ad Oed. Col. v. 596. Matthiae Gr. Gr. §. 608. p. 1440. edit. tert. Ceterum Astius De Vita et Scriptis Plat. p. 406. nescio quo iure statuerit totum hunc locum expressum esse ex Protag. p. 361. A. Ego enim imitationis vestigium nullum prorsus video.

εἰ ποῖόν τί ἐστι τ.] Ne quis ποιόν τι corrigendum putet, Hipp. mai. p. 288. A. εἰ τί ἐστιν αὐτὸ τὸ καλόν, ταῦτ' ἂν εἴη καλά; Xen. Mem. I. 4, 15. ὅταν τί ποιήσωσι, νομιεῖς αὐτοὺς σοῦ φροντίζειν; al.

ἆρα διδακτὸν ἢ οὔ, ἢ — ἀναμνηστόν;] Posterius ἢ non est interrogativum, sed verba ἢ ἀναμνηστὸν hoc modo interpretanda sunt: vel, ut eo utamur vocabulo, quo paullo ante declaravimus id, quod *discere* vocamus, num recordatione quadam continetur? Itaque nihili est quod coniecit Struvius: ἆρα διδακτόν, ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν ἀναμνηστόν, ἢ οὔ; Neque ego iam voculas ἢ οὔ pro suspectis habuerim, siquidem plena oratio haec fuerit: ἢ ἀναμνηστὸν ἢ οὔ;

C. ἀλλ' ἆρα διδακτόν;]

ἢ τοῦτό γε παντὶ δῆλον, ὅτι οὐδὲν ἄλλο διδάσκεται ἄνθρωπος ἢ ἐπιστήμην;

MEN. Ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Εἰ δέ γ' ἐστὶν ἐπιστήμη τις ἡ ἀρετή, δῆλον, ὅτι διδακτὸν ἂν εἴη.

MEN. Πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Τούτου μὲν ἄρα ταχὺ ἀπηλλάγμεθα, ὅτι τοιοῦδε μὲν ὄντος διδακτόν, τοιοῦδε δ', οὔ.

MEN. Πάνυ γε.

ΣΩ. Τὸ δὴ μετὰ τοῦτο, ὡς ἔοικε, δεῖ σκέψασθαι, πότερόν ἐστιν ἐπιστήμη ἡ ἀρετὴ ἢ ἀλλοῖον ἐπιστήμης.

C. *ὅτι τοιοῦδε μὲν ὄντος* —] Vulgo *μὴ τοιοῦδε δέ, οὔ*. Recte tamen *μὴ* deest in Bodl. Coisl. Vat. *A*. Par. BCEF. Ambr. Vat. b. r. Vind. 1, Flor. a. b. c. o., quod unde natum sit, infra docuimus.

ὡς ἔοικε, δεῖ σκέψασθαι] *διασκέψασθαι* pro *δεῖ σκέψασθαι* Ven. *Σ*. Vind. 2.

Nihil nostra referat, inquit, utro utamur nomine; sed quaeramus possitne doceri: nam sive hoc sive illo utamur vocabulo, res tamen ipsa ad idem redit.

Τούτου μὲν ἄρα ταχὺ ἀπηλλάγμεθα] H. e. Hoc igitur quaerendi negotio paucis defuncti sumus. Dicitur enim *ἀπαλλάττεσθαί τινος πράγματος* sic, ut molestiae et laboris notionem adiunctam habeat. v. ad Hipp. mai. p. 291. B. Facile autem apparet Socratem iocose ita loqui, siquidem Meno antea p. 86. E. quaerendi laborem fastidiverat. Dein *ὄντος* pro *οὔσης* dictum praedicato est accommodatum, ut p. 79. D. E. Pro *τοιοῦδε δ' οὔ* vulgo scribebatur *μὴ τοιοῦδε δ' οὔ*. Verum acute vidit Buttmannus Socratem cavere sedulo, ne distinguat inter *ἐπιστήμην* et *οὐκ ἐπιστήμην*, cuius loco posuerit *ἀλλοῖον ἐπιστήμης*, ideoque hic quoque non *μὴ τοιοῦδε* dicere sed bis *τοιοῦδε*, quo in utroque membro species notionis positivae conservetur.

Τὸ δὴ μετὰ τοῦτο —] Inest in his verbis notio voculae *δέ*, quam ob praegressum *μὲν* Struvius post *Τὸ* inserendam putabat. Quocirca mutatione haudquaquam opus. Demonstraturus autem Socrates virtutem esse scientiam iam hac utitur argumentorum conclusione. Virtus, inquit, est bonum; bonum item est utile; nulla autem potest esse utilitas sine intelligentia et prudentia; ergo virtus est scientia. Quam quidem argumentationem ad ludendum sophistarum discipulum comparatam esse in prolegomenis disputavimus.

MEN. Ἔμοιγε δοκεῖ τοῦτο μετὰ τοῦτο σκεπτέον εἶναι.

D *ΣΩ.* Τί δὲ δή; ἄλλο τι ἢ ἀγαθὸν αὐτὸ φαμεν εἶναι, τὴν ἀρετήν, καὶ αὕτη ἡ ὑπόθεσις μένει ἡμῖν, ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι.

MEN. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ μέν τί ἐστιν ἀγαθὸν καὶ ἄλλο χωριζόμενον ἐπιστήμης, τάχ' ἂν εἴη ἡ ἀρετὴ οὐκ ἐπιστήμη τις· εἰ δὲ μηδέν ἐστιν ἀγαθόν, ὃ οὐκ ἐπιστήμη περιέχει, ἐπιστήμην ἄν τιν' αὐτὸ ὑποπτεύοντες εἶναι ὀρθῶς ὑποπτεύοιμεν;

MEN. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Καὶ μὴν ἀρετῇ γ' ἐσμὲν ἀγαθοί;

MEN. Ναί.

E *ΣΩ.* Εἰ δὲ ἀγαθοί, ὠφέλιμοι· πάντα γὰρ τἀγαθὰ ὠφέλιμα. οὐχί;

D. ἄλλο τι ἢ ἀγαθόν] ἢ Bekkerus rursus extrusit invitis libris omnibus. v. ad p. 83. B.

ἐπιστήμην ἄν τιν' αὐτὸ ὑποπτ.] Plurimi τι: sed τιν' cum Stephano Ven. Ξ. Flor. n. et rec. Par. F. Praeterea vulgo ὑποπτ. αὐτό, praeter fidem librorum Bodl. Coisl. Vat. Δ. Ven. ΞΣ. Vind. 1. 2. Par. BCF. Ambr. Vat. b. r. Flor. a. b. c. o. x.

E. πάντα γὰρ τἀγαθὰ] ἀγαθὰ Bodl. τὰ γὰρ ἀγαθὰ Vat. Δ.

D. αὐτό φαμεν εἶναι, τὴν ἀρετήν,] Huius appositionis exempla bene multa consignavimus ad Gorg. p. 501. A, Remp. IX. p. 583. E. Cratyl. p. 417. C. Euthyd. p. 271. C. Hipp. mai. p. 294. B. Lachet. v. 183. C. Mox verba: εἰ μὲν καὶ ἄλλο χωριζόμενον ἀρετῆς, hoc sensu accipias: si quod etiam aliud bonum est ab scientia seiunctum, fortasse virtus non fuerit scientia. Secus olim locum explicui. Neque nunc puto fore, qui corrigendum censeant ἀγαθὸν ἄλλο καὶ χωριζόμενον ἀρετῆς.

E. καθ' ἕκαστον ἀναλαμβάνοντες] H. e. singula, quae utilia censentur, in disceptationem vocantes; iedes einzeln vornehmend. Apol. Socr. p. 22. B. ἀναλαμβάνων — αὐτῶν τὰ ποιήματα. Polit. p. 261. C. τὸ μὲν παραλείπωμεν, τὸ δὲ ἀναλάβωμεν. Ad καθ' ἕκαστον compares De Rep. IV. p. 436. B. καθ' ἕκαστον αὐτῶν πράττομεν, et quae collegit Schaefer. ad Dionys. De Compos. Verbor. p. 358 et 44. Dein δή post πλοῦτος cum irrisione dicitur ut Lat. scili-

MEN. Ναί.

ΣΩ. Καὶ ἡ ἀρετὴ δὴ ὠφέλιμόν ἐστιν;

MEN. Ἀνάγκη ἐκ τῶν ὡμολογημένων.

ΣΩ. Σκεψώμεθα δὴ καθ' ἕκαστον ἀναλαμβάνοντες, ποῖά ἐστιν ἃ ἡμᾶς ὠφελεῖ. ὑγίεια, φαμέν, καὶ ἰσχὺς καὶ κάλλος καὶ πλοῦτος δή· ταῦτα λέγομεν καὶ τὰ τοιαῦτα ὠφέλιμα. οὐχί;

MEN. Ναί.

ΣΩ. Ταὐτὰ δὲ ταῦτά φαμεν ἐνίοτε καὶ βλάπτειν. 88
ἢ σὺ ἄλλως φῂς ἢ οὕτως;

MEN. Οὔκ, ἀλλ' οὕτως.

ΣΩ. Σκόπει δή, ὅταν τί ἑκάστου τούτων ἡγῆται, ὠφελεῖ ἡμᾶς, καὶ ὅταν τί, βλάπτει; ἆρ' οὐχ ὅταν μὲν ὀρθὴ χρῆσις, ὠφελεῖ, ὅταν δὲ μή, βλάπτει;

MEN. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἔτι τοίνυν καὶ τὰ κατὰ τὴν ψυχὴν σκε-

P. 88. *Ταὐτὰ δὲ ταῦτα φ.*] δὲ cum Buttmanno ex Coisl. revocavi. Scribebatur δή. Dein ἢ οὕτως om. Ven. Σ. Vind. 2. Vat. b. *Σκόπει δε* Ven. Ξ.

καὶ τὰ κατὰ ψυχὴν σκ.] τα om. Vat. *A.* pr. Mox *ἀνδρείαν* scribunt Vat. b. Ambr. Vind. 1. 2. Flor. x. et vero etiam Bodl. de quo silet Bekkerus. Vulgo hic quoque *ἀνδρίαν*. Dein pro *εὐμαθίαν* Ambr. Vat. r. Vind. 1. 2. *εὐμάθειαν* scriptum habent.

cet, de quo verbo monuisse satis est. Fuit autem haec de bonis externis pervulgata opinio. Ita Legg. I. p. 631. B. II. 661. A. Euthydem. p. 279. A. item *ὑγίεια, κάλλος, ἰσχὺς* et *πλοῦτος* recensentur. Gorg. p. 451. E. autem memoratur *τὸ ὑγιαίνειν, καλὸν γενέσθαι καὶ πλουτεῖν*. Quippe his locis omnibus respicitur ad celebratissimum illud scolion Simonidis vel Epicharmi: *Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνατῷ, Δεύτερον δὲ καλὸν φυὰν γενέσθαι, Τὸ τρίτον δὲ πλουτεῖν ἀδόλως, καὶ τὸ τέταρτον ἥβᾶν μετὰ τῶν φίλων*, de quo v. Iacobs ad Antholog. Gr. T. I. p. 208 seq.

P. 88. *Ταὐτὰ δὲ ταῦτά φαμεν*] Ipsa argumentationis series postulat, ut cum Buttmanno ex cod. Coisl. scribatur *δὲ* pro vulg. *δή*. Nam hoc servato unusquisque iam antea idem esse affirmatum opinabitur: quod tamen secus habet. Mox de formula *σωφροσύνην τε καλεῖς*, v. supra ad p. 75. E. — *καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα*, et quae reliqua sunt eiusmodi omnia.

ψώμεθα. σωφροσύνην τι καλεῖς καὶ δικαιοσύνην καὶ
ἀνδρείαν καὶ εὐμάθειαν καὶ μνήμην καὶ μεγαλοπρέ-
πειαν καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα;

B *MEN.* Ἔγωγε.

ΣΩ. Σκόπει δὴ τούτων ἄττα σοι δοκεῖ μὴ ἐπι-
στήμη εἶναι, ἀλλ' ἄλλο ἐπιστήμης, εἰ οὐχὶ ποτὲ μὲν
βλάπτει, ποτὲ δὲ ὠφελεῖ· οἷον ἀνδρεία, εἰ μὴ ἔστι
φρόνησις ἡ ἀνδρεία ἀλλ' οἷον θάρρος τι· οὐχὶ ὅταν
μὲν ἄνευ νοῦ θαρρῇ ἄνθρωπος, βλάπτεται, ὅταν δὲ
σὺν νῷ, ὠφελεῖται;

MEN. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ σωφροσύνη ὡσαύτως καὶ εὐ-
μάθεια· μετὰ μὲν νοῦ καὶ μανθανόμενα καὶ καταρ-
τυόμενα ὠφέλιμα, ἄνευ δὲ νοῦ βλαβερά;

MEN. Πάνυ σφόδρα.

C *ΣΩ.* Οὐκοῦν συλλήβδην πάντα τὰ τῆς ψυχῆς
ἐπιχειρήματα καὶ καρτερήματα ἡγουμένης μὲν φρονή-
σεως εἰς εὐδαιμονίαν τελευτᾷ, ἀφρουσύνης δ' εἰς τοὐ-
ναντίον;

MEN. Ἔοικεν.

B. *εἰ οὐχὶ ποτὲ μὲν βλ.*] Sic veterem lectionem *ἢ οὐχὶ* corrigendam vidit Heindorfius, cuius coniecturam firmavit Vind. 1. rec. Pro *τότε* plurimi iique optimi libri *τότε*, errore late disseminato. Dein bis *ἀνδρεία* pro *ἀνδρία* praebuerunt Bodl. Vind. 1. 2. Flor. x. Coisl. Vat. *Δ*. Ven. *ΞΣ*.

οὐχὶ ὅταν μὲν ἀν.] *οὐχὶ* Bekkerus e Vat. *Δ*. pro *οὐχ* posuit.

D. *καὶ τἆλλα*] Sic Vat. *Δ*. Ven. *ΞΣ*. Vind. 1. 2. Par. F.

B. *εἰ οὐχὶ ποτὲ μὲν βλάπτει*] Recte iudicavit Heindorfius *ἢ*, quod in codd. perscriptum est, ante negandi particulam ita non usurpari solere. Itaque ex cod. Vind. recepi quod vir doctus coniectura assecutus erat, *εἰ οὐχὶ ποτὲ μ.* Buttmannus tamen *ἢ* malebat inducii: quod certe non fecisset, si codicis illius scripturam cognitam habuisset.

Οὐκοῦν καὶ σωφροσύνη ὡσαύτως καὶ εὐμαθία· μετὰ μ. ν.] Ita haec nunc primum correxi. Nam vulgo post *εὐμαθία* deerat interpunctio. Intelligitur autem post *ὡσαύτως* verbum *ἔχει*, cuius ellipsis exempla dedimus ad Protagor. p. 312. D. Itaque quae sequuntur epexegesi inserviunt.

C. *εἰς εὐδαιμονίαν τε-*

ΣΩ. Εἰ ἄρα ἀρετὴ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ τί ἐστι καὶ ἀναγκαῖον αὐτῷ ὠφελίμῳ εἶναι, φρόνησιν αὐτὸ δεῖ εἶναι, ἐπειδήπερ πάντα τὰ κατὰ τὴν ψυχὴν αὐτὰ μὲν καθ' αὑτὰ οὔτε ὠφέλιμα οὔτε βλαβερά ἐστι, προσγενομένης δὲ φρονήσεως ἢ ἀφροσύνης βλαβερά τε D καὶ ὠφέλιμα γίγνεται. κατὰ δὴ τοῦτον τὸν λόγον ὠφελιμόν γε οὖσαν τὴν ἀρετὴν φρόνησιν δεῖ τιν' εἶναι.

ΜΕΝ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Καὶ μὲν δὴ καὶ τἆλλα, ἃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, πλοῦτόν τε καὶ τὰ τοιαῦτα, τοτὲ μὲν ἀγαθά, τοτὲ δὲ βλαβερὰ εἶναι, ἆρ' οὐχ ὥσπερ τῇ ἄλλῃ ψυχῇ ἡ φρόνησις ἡγουμένη ὠφέλιμα τὰ τῆς ψυχῆς ἐποίει, ἡ δὲ ἀφροσύνη βλαβερά, οὕτως αὖ καὶ τούτοις ἡ ψυχὴ ὀρθῶς μὲν χρωμένη καὶ ἡγουμένη ὠφέλιμα αὐτὰ E ποιεῖ, μὴ ὀρθῶς δὲ βλαβερά;

ΜΕΝ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ὀρθῶς δέ γε ἡ ἔμφρων ἡγεῖται, ἡμαρτημένως δ' ἡ ἄφρων;

ΜΕΝ. Ἔστι ταῦτα.

Vat b. r. Flor. x. quam crasin veram rectamque esse vel ex eo apparet, quod ea in libris Platonis quidem toties cum τὰ ἄλλα permutata est, ut h. l. Nam si scriptum olim fuisset τἆλλα, non est verisimile futurum fuisse ut ea permutatio innumeris locis admitteretur. Semel de hac re monuisse satis erit: neque enim alibi hanc scripturae discrepantiam mentione dignam iudicavimus.

E. Ὀρθῶς δέ γε ἡ ἔμφρων ἡγ.] Bodl. Vat. Δ. ὀρθῶς λέγε εἰ ἔμφρ. ἡγ.

λευτᾷ] Loquendi genus attigi ad Sympos. p. 181. E.

αὐτῷ ὠφελίμῳ εἶναι] Int. τῷ ἐν τῇ ψυχῇ ὄντι.

D. Καὶ μὲν δὴ καὶ τἆλλα —] Principalis enuntiati pars haec est: καὶ μὲν δὴ τἆλλα ἆρ' οὐχ ἡ ψυχὴ, ὀρθῶς αὐτοῖς χρωμένη καὶ ἡγουμένη, ὠφέλιμα αὐτὰ ποιεῖ, μὴ ὀρθῶς δὲ βλαβερά; unde periodi structura paullo impeditior facili negotio explicari poterit. Dicitur autem ἡ φρόνησις ἡγεῖσθαι τῇ ἄλλῃ ψυχῇ, h. e. reliquae animae, quae opponitur τῇ φρονήσει, in quo non est cur haereamus. Denique quod ἐποίει, imperfectum, ponitur, fit hoc propterea, quod respicitur ad superiora: de quo usu loquendi v. ad Criton. p. 47. B. D. Apol. p. 79. C. Phaedon. p. 72. A.

ΣΩ. Οὐκοῦν οὕτω δὴ κατὰ πάντων εἰπεῖν ἔστι τῷ ἀνθρώπῳ τὰ μὲν ἄλλα πάντα εἰς τὴν ψυχὴν ἀνηρτῆσθαι, τὰ δὲ τῆς ψυχῆς αὐτῆς εἰς φρόνησιν,
89 εἰ μέλλει ἀγαθὰ εἶναι· καὶ τούτῳ τῷ λόγῳ φρόνησις ἂν εἴη τὸ ὠφέλιμον. φαμὲν δὲ τὴν ἀρετὴν ὠφέλιμον εἶναι;

MEN. Πάνυ γε.

ΣΩ. Φρόνησιν ἄρα φαμὲν ἀρετὴν εἶναι, ἤτοι ξύμπασαν ἢ μέρος τι;

MEN. Δοκεῖ μοι καλῶς λέγεσθαι, ὦ Σώκρατες, τὰ λεγόμενα.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει, οὐκ ἂν εἶεν φύσει οἱ ἀγαθοί.

MEN. Οὔ μοι δοκεῖ.

P. 89. *Φρόνησιν ἄρα φαμὲν*] *καὶ φρόνησιν* Ven. Σ. Vind. 2. probante Buttmanno.

οὐκ ἂν εἶεν φύσει οἱ ἀγαθοί] Flor. x. *οἱ ἀγαθοὶ ἀγαθοί*: quo non opus.

E. *κατὰ πάντων εἰπεῖν ἔστιν*] in universum dicere licet. — *εἰς ψυχὴν ἀνηρτῆσθαι*, ex animo esse suspensa.

P. 89. *ἤτοι ξύμπασαν ἢ μέρος τι.*] Vide quam caute hic addat *ἢ μέρος τι*. Neque enim virtus una sapientia absolvitur, quanquam Socrates censebat virtutem non posse sapientia carere. Dein quod Struvius scribendum censuit *οὐκ ἂν εἶεν φύσει οἱ ἀγαθοὶ ἀγαθοί*, id etsi in cod. Flor. x. repertum est, tamen nunc non ita necessarium putamus, ut invitis ceteris libris omnibus recipiendum iudicaverimus. Enimvero talibus in locis praedicatum facillime ex subiecti notione apud animum intelligitur. Quocirca verisimile existimamus additum *ἀγαθοὶ* esse a grammatico aliquo, qui orationem supplere vellet. Eadem structurae forma paullo post recurrit: *εἰ φύσει οἱ ἀγαθοὶ ἐγίγνοντο*, et *ἐπειδὴ οὐ φύσει οἱ ἀγαθοὶ γίγνονται*. ubi nulla est codicum discrepantia. Protag. p. 344. D. *τῷ κακῷ οὐκ ἐγχωρεῖ γενέσθαι* sc. *κακῷ*. Euthyphr. p. 3. B. *τοὺς ἀρχαίους θεοὺς οὐ νομίζειν* sc. *θεούς*.

B. *ἡμεῖς ἂν παραλαβόντες —*] nos illos in disciplinam receptos tanquam in acropoli thesauri instar custodiremus. Usum verbi *παραλαμβάνειν* attigimus ad Phaedon. p. 82. D. Solebant nimirum res pretiosissimae in arce Athenarum asservari; de qua re Buttmannus laudavit Boeckhium De Oecon. Att.

ΣΩ. Καὶ γὰρ ἂν που καὶ τόδ' ἦν. εἰ φύσει οἱ ἀγαθοὶ ἐγίγνοντο, ἦσάν που ἂν ἡμῖν, οἳ ἐγίγνωσκον τῶν νέων τοὺς ἀγαθοὺς τὰς φύσεις, οὓς ἡμεῖς ἂν παραλαβόντες ἐκείνων ἀποφηνάντων ἐφυλάττομεν ἐν ἀκροπόλει, κατασημηνάμενοι πολὺ μᾶλλον ἢ τὸ χρυσίον, ἵνα μηδεὶς αὐτοὺς διέφθειρεν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἀφίκοιντο εἰς τὴν ἡλικίαν, χρήσιμοι γίγνοιντο ταῖς πόλεσιν. B

ΜΕΝ. Εἰκός γέ τοι, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἐπειδὴ οὐ φύσει οἱ ἀγαθοὶ ἀγαθοὶ γίγνονται, ἆρα μαθήσει;

ΜΕΝ. Δοκεῖ μοι ἤδη ἀναγκαῖον εἶναι. καὶ δῆλον, ὦ Σώκρατες, κατὰ τὴν ὑπόθεσιν, εἴπερ ἐπιστήμη ἐστὶν ἀρετή, ὅτι διδακτόν ἐστιν. C

ΣΩ. Ἴσως νὴ Δία· ἀλλὰ μὴ τοῦτο οὐ καλῶς ὡμολογήσαμεν;

B. τοὺς ἀγαθοὺς τὰς φύσεις] τῇ φύσει Coisl.

ἐφυλάττομεν ἐν ἀκροπόλει] Ven. ΞΣ. Viud. 2. post ἐφυλάττομεν repetunt ἂν particulam, quod placuit Buttmanno, nec

II. p. 203. Confer eundem etiam T. I. p. 473.

ἵνα μ. α. διέφθειρεν] V. ad Symp. p. 181. E. Transitur autem deinde structura mutata ad usum optativi, quod propter antegressum ἀφίκοιντο ita factum esse verissime iudicavit Buttmannus.

Ἆρ' οὖν ἐπειδὴ οὐ φ. — ἆρα μαθήσει] Fuit qui Ἀλλ' οὖν scribendum contenderet. Sed simillimam habes repetitionem Euthyd. p. 286. B. ἆλλ' ἆρα, ὅταν ἐγὼ — λέγω, ἆρα τότε ἀντιλέγομεν; De Rep. VIII. p. 565. E. ἆρ' οὖν οὕτω — ἆρα τῷ τοιούτῳ κ. τ. λ. Cratyl. p. 429. C. ἆρα ὅτι ψευδῆ λέγειν τὸ παράπαν οὐκ ἔστιν, ἆρα τοῦτό σου δύναται ὁ λόγος. Nec abludit Phaedon. p. 68. C. οὐκοῦν καὶ ἡ σωφροσύνη, ἣν καὶ οἱ πολλοὶ ὀνομάζουσιν — ἆρ' οὐ τούτοις μόνοις προσήκει κ. τ. λ.

C. ἀλλὰ μὴ τοῦτο οὐ καλῶς ὡμ.] In his μὴ interrogandi vim et potestatem habet, οὐ vero referendum est ad καλῶς. Lysid. p. 213. D. ἆρα μὴ — οὐκ ὀρθῶς ἐζητοῦμεν; Sic etiam post metuendi verba μὴ accipiendum, de qua re ad h. l. copiosius exposuimus in editione Lipsiensi. Nimirum interrogationem locum habere luculenter demonstrant talia, quale est Plat. Hipp. mai. p. 296. A. φοβοῦμαι, τί ποτ' αὖ λέγομεν. Aoristum ὡμολογήσαμεν Buttmannus censet ideo huic loco esse consentaneum, quia agatur de re praeterita quidem, sed quae non firma maneat. De μὲν

MEN. *Καὶ μὴν ἐδόκει μὲν ἄρτι καλῶς λέγεσθαι.*

ΣΩ. *Ἀλλὰ μὴ οὐκ ἐν τῷ ἄρτι μόνον δέῃ αὐτὸ δοκεῖν καλῶς λέγεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ νῦν καὶ ἐν τῷ ἔπειτα, εἰ μέλλει τι αὐτοῦ ὑγιὲς εἶναι.*

D *MEN.* *Τί οὖν δή; πρὸς τί βλέπων δυσχεραίνεις αὐτό, καὶ ἀπιστεῖς, μὴ οὐκ ἐπιστήμη ᾖ ἡ ἀρετή;*

ΣΩ. *Ἐγώ σοι ἐρῶ, ὦ Μένων. τὸ μὲν γὰρ διδακτὸν αὐτὸ εἶναι, εἴπερ ἐπιστήμη ἐστίν, οὐκ ἀνατίθεμαι μὴ οὐ καλῶς λέγεσθαι· ὅτι δ' οὐκ ἔστιν ἐπιστήμη, σκέψαι ἐάν σοι δοκῶ εἰκότως ἀπιστεῖν. τόδε γάρ μοι εἰπέ. εἰ ἔστι διδακτὸν ὁτιοῦν πρᾶγμα, μὴ μόνον ἀρετή, οὐκ ἀναγκαῖον αὐτοῦ καὶ διδασκάλους καὶ μαθητὰς εἶναι;*

vero mihi displiceret, si plus a melioribus libris commendationis haberet. v. ad Lachet. p. 183. A,

E. *εἴ τινες εἶεν αὐτῆς*] V. *αὐτῆς εἶεν*, praeter fidem librorum manu scriptorum.

οὓς ἂν οἶωμαι] Bodl. Coisl. Vat. *A*, Par. BCEF. Ambr.

post *ἐδόκει*, cui non subiectum est *δέ*, v. ad Phaedon. p. 58. A. Criton. p. 43. D.

D. *ἀπιστεῖς, μὴ οὐκ ἐπιστήμη ᾖ*] De hac constructione dictum ad Phaedon. p. 70. A. Deinde *ἀνατίθεσθαι*, metaphora a calculorum ludo petita, est sententiam mutare vel retractare; qui usus verbi est frequentissimus: vide, si tanti est, Gorg. p. 461. D. 462. A. Prot. p. 354. E. Charm. p. 164. D. Phaed. p. 87. A. Postremo loco eadem est prorsus verborum constructio: *οὐκ ἀνατίθεμαι μὴ οὐχὶ — πάνυ ἱκανῶς ἀποδέδειχθαι.* ubi v. ann. conf. Matth. Gramm. §. 534. 7. In proximis quod sententia ex *ἀπιστεῖν* suspensa negandi particulam insertam habet, eadem est structura huius verbi De Rep. VIII. p. 555. A. conf. Matth. Gr. §. 534. ann. 5. n. 6.

οὔ μήτε διδάσκαλοι — εἶεν] Optativi usus, sicuti vere monuit Struvius, inde repetendus est, quod relativum condicionis facit indicium. Nam *οὔ* idem est quod *εἴ τινος*. Contulit ille Lysid. p. 214. D. Charmid. p. 171. E. Hipp. mai. p. 284. B. Phaedr. p. 267. D. quae legentibus ipsis comparanda relinquimus. Sic etiam infra p. 96. B. C. conf. p. 92. C. Deinde non video, cur Buttmannus pro *μὴ διδακτὸν εἶναι* legendum indicaverit *μηδὲ διδακτὸν εἶναι*. Quod etsi elegans est, tamen quod in libris perscriptum extat, non minus recte dicitur.

E. *πάντα ποιῶν οὐ δύναμαι*] quamvis omnia

MEN. Ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Οὐκοῦν τοὐναντίον αὖ, οὐ μήτε διδάσκαλοι μήτε μαθηταὶ εἶεν, καλῶς ἂν αὐτὸ εἰκάζοντες εἰκάζοιμεν μὴ διδακτὸν εἶναι; E

MEN. Ἔστι ταῦτα. ἀλλ' ἀρετῆς διδάσκαλοι οὐ δοκοῦσί σοι εἶναι;

ΣΩ. Πολλάκις γοῦν ζητῶν, εἴ τινες εἶεν αὐτῆς διδάσκαλοι, πάντα ποιῶν οὐ δύναμαι εὑρεῖν. καίτοι μετὰ πολλῶν γε ζητῶ, καὶ τούτων μάλιστα, οὓς ἂν οἰῶμαι ἐμπειροτάτους εἶναι τοῦ πράγματος. καὶ δὴ καὶ νῦν, ὦ Μένων, εἰς καλὸν ἡμῖν αὐτὸς ὅδε παρεκαθέζετο, ᾧ μεταδῶμεν τῆς ζητήσεως. εἰκότως δ' αὖ

Vat. b. r. Flor. a. b. c. o. n. x. Vett. editt. οἵους.

εἰς καλὸν ἡμῖν αὐτὸς ὅδε παρ.] Flor. x. ὁ Ἄνυτος ὅδε παρ. v. ann. Dein Bodl. et Vat. *A.* εἰκότως δ' ἂν μεταδ. ἄν, geminato ἄν, quod probat Buttmannus, cui αὖ otiosum videtur. Num igitur αὐτῷ legendum?

tentem, tamen reperire non possum.

εἰς καλὸν ἡμῖν αὐτὸς ὅδε παρεκαθέζετο] Servavi nunc hoc quidem loco librorum scripturam, pro qua Struvius Ἄνυτος ὅδε reponendum censuit. Quod non fecimus, quo illam pro vera rectaque probemus, sed quod eius defensionem suscepit gravissimam Buttmannus. Is enim αὐτὸς monuit commode sic accipi posse, ut intelligatur vir gravissimus, et ad id, quod quaeratur, diiudicandum aptissimus. Quamquam fateor ita αὐτὸς multo gravius dici quam pro ipsius rei condicione. Nam eo modo Anytus prope unus esse significatur, cui haec causa iudicanda committi debeat. Et quidni Socrates statim indicet, quis sit ille ipse, quem optimum controversae rei arbitrum fore opinetur? Itaque nobis quidem etiamnum verissima videtur Struvii coniectura, nunc codicis auctoritate firmata, qua iam hic Ἄνυτος reponendum censuit. Idem vero in proximis sine ulla cunctatione reduximus, ubi ne Buttmannus quidem propagatae in libris scripturae patrocinium suscipere ausus est. De confusione horum vocabulorum dixit Boissonadius ad Marinum p. 88. iam a Buttmanno laudatus. — εἰς καλόν, opportune, ut sexcenties. Dein vere Buttmannus iudicavit αὖ post εἰκότως otiosum esse. Nec tamen particulae ἄν repetitio hic placet. Itaque vide an scribendum sit: εἰκότως δ' αὐτῷ μεταδ. ἄν, quod certe elegans videbitur, ubi antea Anyti nomen fuerit restitutum.

90 μεταδοῖμεν ἄν. Ἄνυτος γὰρ ὅδε πρῶτον μέν ἐστι πατρὸς πλουσίου τε καὶ σοφοῦ Ἀνθεμίωνος, ὃς ἐγένετο πλούσιος οὐκ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου οὐδὲ δόντος τινός, ὥσπερ ὁ νῦν νεωστὶ εἰληφὼς τὰ Πολυκράτους χρήματα Ἰσμηνίας ὁ Θηβαῖος, ἀλλὰ τῇ αὐτοῦ σοφίᾳ κτησάμενος καὶ ἐπιμελείᾳ, ἔπειτα καὶ τὰ ἄλλα οὐχ ὑπερήφανος δοκῶν εἶναι πολίτης οὐδὲ ὀγκώδης τε καὶ ἐπαχθής, ἀλλὰ κόσμιος καὶ εὐσταλὴς ἀνήρ· ἔπειτα
B τοῦτον εὖ ἔθρεψε καὶ ἐπαίδευσεν, ὡς δοκεῖ Ἀθηναίων τῷ πλήθει· αἱροῦνται γοῦν αὐτὸν ἐπὶ τὰς μεγίστας ἀρχάς. δίκαιον δὴ μετὰ τοιούτων ζητεῖν ἀρετῆς πέρι διδασκάλους, εἴτ' εἰσὶν εἴτε μή, καὶ οἵ τινες. Σὺ οὖν ἡμῖν, ὦ Ἄνυτε, συζήτησον ἐμοί τε καὶ τῷ σαυτοῦ ξένῳ Μένωνι τῷδε, περὶ τούτου τοῦ πράγματος, τίνες ἂν εἶεν διδάσκαλοι. ὧδε δὲ σκέψαι. εἰ

P. 90. ἔθρεψεν καὶ ἐπαίδευσεν] Ven. Σ. Vind. 2. ἔθρε-

P. 90. *Ἄνυτος γὰρ ὅδε πρῶτον μέν ἐστι* —] De Anyto nemo doctius exposuit quam Luzacius in annotatione ad Orationem de Socrate Cive p. 132. Patrem eius Anthemionem non aliunde cognitum habemus. Quae vero ei hoc loco laudes impertiuntur, eas ideo maxime commemorari existimamus, ut filii notetur insolentia atque superbia, qui hoc nomine a parentis virtutibus maxime degeneraverat. Ita si haec acceperis, certe Platonis elegantiam et urbanitatem in iis haudquaquam desiderabis.

νεωστὶ εἰληφὼς τὰ Πολυκράτου χρ.] Ismenias Thebanus, qui hoc loco perstringitur, commemoratur item De Rep. I. p. 336. A. *οἶμαι αὐτὸ (τοῦτο τὸ ῥῆμα) Περιάνδρου εἶναι ἢ Περδίκκου ἢ Ξέρξου ἢ Ἰσμηνίου τοῦ Θηβαίου, ἤ τινος ἄλλου μέγα οἰομένου δύνασθαι πλουσίου ἀνδρός.* Narrat autem Xenophon Hell. III. 5, 1. eum inter principes Thebarum, Corinthi et Argorum fuisse, qui quinquaginta argenti talentis a Persis corrupti fuerint, ut Lacedaemoniis in ipsa Graecia bellum conflarent. Quod factum sit necesse est Olymp. 96. 1. vel. 2. Itaque Boeckhius in Min. p. 46. et Schleiermacherus ad hanc ipsam rem respici existimarunt. Sed huic sententiae recte adversatus est Buttmannus. Is enim verissime iudicavit summam pecuniae ab Ismenia acceptae certe non tantam fuisse, ut ideo inter ditissimos aetatis illius homines numerari potuerit. Nisi forte statuere voluerimus, eum praeter illam portionem clam etiam alia munera a Persis accepisse: de quo tamen nihil aliunde constat. conf. etiam Plut. Artax. p. 1021. D. Lysandr. p. 448. E. Pausan. III. 9. Quod autem Buttmanni sententiam

βουλοίμεθα Μένωνα τόνδε ἀγαθὸν ἰατρὸν γενέσθαι, παρὰ τίνας ἂν αὐτὸν πέμποιμεν διδασκάλους; ἆρ' οὐ παρὰ τοὺς ἰατρούς;

ΑΝ. Πάνυ γε. C

ΣΩ. Τί δ' εἰ σκυτοτόμον ἀγαθὸν βουλοίμεθα γενέσθαι, ἆρ' οὐ παρὰ τοὺς σκυτοτόμους;

ΑΝ. Ναί.

ΣΩ. Καὶ τἆλλα οὕτως;

ΑΝ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ὧδε δή, μοι πάλιν περὶ τῶν αὐτῶν εἰπέ. παρὰ τοὺς ἰατρούς, φαμέν, πέμποντες τόνδε καλῶς ἂν ἐπέμπομεν, βουλόμενοι ἰατρὸν γενέσθαι; ἆρ' ὅταν

ψευδ πατὴρ δηλαδὴ καὶ ἐπ. ex glossemate, quod Vind. 1. in marg. adscriptum habet. Dein Vat. *Δ. αἱροῦνται γὰρ αὐτὸν ἐπ.* male.

vel maxime confirmat, scriptus est Meno Platonicus, si quid video, non post Olymp. 96. 1., quod necessarium esset, si Boeckhii et Schleiermacheri coniectura firmo niteretur fundamento, sed aliquanto ante Olymp. 95. 1., de qua re in Prolegomenis disputavimus. Itaque fatendum est ignorare nos, ad quodnam Ismeniae facinus nunc respiciatur. Ceterum *τὰ Πολυκράτους χρήματα* haud dubie commemorantur ideo quia Samii illius tyranni divitiae per universam Graeciam maxime celebratae fuerunt, ut earum mentio tanquam per proverbium fieri potuerit.

B. *ὡς δοκεῖ Ἀθηναίων τῷ πλήθει*] H. e. plebi Atheniensium; quae solemnis est loquendi formula; v. ad Apolog. Socr. p. 21. A. Fuerat autem Anytus inter strenuos fortesque tyrannidis adversarios et post reditum cum exulibus inter audaces triginta virorum oppugnatores; unde in civitate factus potens, popularis, vir denique tum temporis primarius: qua de re docte exposuit Luzac. De Socr. Cive p. 132 sq.

ἀρετῆς πέρι διδασκάλους] Lachet. p. 186. B. C. *ὅτι διδάσκαλός μοι οὐ γέγονε τούτου πέρι.* Menex. p. 235. D. *διδάσκαλος οὖσα περὶ ῥητορικῆς.* ubi v. ann. Sic etiam *μαθητὴς* cum *περὶ* iunctum est Lachet. p. 186. E. *μαθητὴς οὐδενὸς περὶ τῶν τοιούτων γεγονέναι.* Enimvero sicuti dicitur *διδάσκειν* et *μανθάνειν περί τινος*; ita etiam *διδάσκαλος* et *μαθητὴς* eo modo potuit per linguae leges construi. Quocirca quae olim ad hunc locum commentatus sum, ea iam scripta nollem. Mox item, commate post *τούτου τοῦ πράγματος* deleto, iungam: *τίνες ἂν εἶεν διδάσκαλοι περὶ τούτου τοῦ πράγματος.*

D τοῦτο λέγωμεν, τόδε λέγομεν, ὅτι παρὰ τούτους πέμποντες αὐτὸν σωφρονοῖμεν ἂν τοὺς ἀντιποιουμένους τε τῆς τέχνης μᾶλλον ἢ τοὺς μή, καὶ τοὺς μισθὸν πραττομένους ἐπ' αὐτῷ τούτῳ, ἀποφήναντας αὐτοὺς διδασκάλους τοῦ βουλομένου ἰέναι τε καὶ μανθάνειν; ἆρ' οὐ πρὸς ταῦτα βλέψαντες καλῶς ἂν πέμποιμεν;

ΑΝ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ περὶ αὐλήσεως καὶ τῶν ἄλλων
E τὰ αὐτὰ ταῦτα; πολλὴ ἄνοιά ἐστι βουλομένους αὐλητήν τινα ποιῆσαι παρὰ μὲν τοὺς ὑπισχνουμένους

D. *ΑΝ. Ναί.*] *ναὶ* om. Ven. *Σ.* Vind. 2. errore frequenti. Mox Ven. *ΞΣ.* Vind. 2. *καὶ τῶν ἄλλων τὰ τοιαῦτα.*

E. *τούτου τοῦ μαθήματος*] *τοῦ* om. Steph. sine auctoritate codicum manu scriptorum.

D. *παρὰ τούτους π. — τοὺς ἀντιποιουμένους*] Continent verba *τοὺς ἀντιποιουμένους — μανθάνειν* epexegesin pronominis *τούτους*, notos illos; ideoque hunc in modum explicanda sunt: hoc est ad eos potius, qui artem sibi vindicent eamque profiteantur, quam qui id non faciant, quique pro eo mercedem exigant, sese magistros cuique profitentes, qui itare ad ipsos atque discere velit. In transcursu observabis *ἰέναι* hic dici de discipulis magistrum adeuntibus et frequentantibus, quod alibi dicitur *φοιτᾶν*.

E. *ζητοῦντα μανθάνειν*] Expectabas *ζητοῦντας*. Sed potest *ζητοῦντα* stare, quoniam *βουλομένους* universe dictum est, ut nunc inferatur numerus singularis, quasi *βουλόμενόν τινα* praecessisset. Malumus tamen cum Buttmanno accusativum ad *πράγματα παρέχειν* referre, ad quod vir doctus mente repetendum sit *πέμποντες αὐτόν*. Quanquam omnium optimum fuerit eum sic explicare, ut ad *ἄλλοις δέ τισι πράγματα παρέχειν* ex antegresso *μὴ ἐθέλειν* repetatur *ἐθέλειν* h. e. *ἐπιθυμεῖν*: quo facto subiectum *αὐτὸν* ad *πράγματα παρέχειν* facile intelligitur, ut deinde recte *ζητοῦντα* inferatur.

E. *μή τ' ἔστιν αὐτῶν μαθ.*] Transit a relativo ad demonstrativum, quod ita factum est paene necessitate quadam, quoniam relativi usus in altero enuntiati membro vix locum habet. Creberrimam autem esse hanc orationis conversionem iam Gorg. p. 452. D. De Rep. III. p. 395. D. VI. p. 505. E. al. annotavimus.

καὶ ἀμαθία γε πρός.] Plus est *ἀμαθία* quam *ἄλογία*. Haec enim tribuitur ei, qui de re quapiam non recte iudicat ac sinistre statuit, quod vel eruditissimo homini potest accidere, siquidem de omnibus rebus subtiliter recteque iudicandi facul-

διδάξειν τὴν τέχνην καὶ μισθὸν πραττομένους μὴ ἐθέλειν πέμπειν, ἄλλοις δέ τισι πράγματα παρέχειν, ζητοῦντα μανθάνειν παρὰ τούτων, οἳ μήτε προσποιοῦνται διδάσκαλοι εἶναι, μήτ' ἔστιν αὐτῶν μαθητὴς μηδεὶς τούτου τοῦ μαθήματος, ὃ ἡμεῖς ἀξιοῦμεν μανθάνειν παρ' αὐτῶν ὃν ἂν πέμπωμεν. οὐ πολλή σοι δοκεῖ ἀλογία εἶναι;

ΑΝ. Ναὶ μὰ Δία ἔμοιγε, καὶ ἀμαθία γε πρός.

ΣΩ. Καλῶς λέγεις. νῦν τοίνυν ἔξεστί σε μετ' 91
ἐμοῦ κοινῇ βουλεύεσθαι περὶ τοῦ ξένου τουτουΐ Μένωνος. οὗτος γάρ, ὦ Ἄνυτε, πάλαι λέγει πρός με,

P. 91. ἔξεστί σε μετ' ἐμοῦ κ. β.] Vulgo scribitur σοι, quod etiam Bekkerus et Buttmannus servarunt. Ego vero obsequutus sum codicibus Bodl. Vat. *A.* Par. BCEF. Ambros. Vat. b. Vind. 1. Flor. a. b. c. Unde σοι natum sit, docet Vat. *A.* qui σοι superscriptum habet.

tas nemini mortalium data est. Ἀμαθία autem non tantum indocilitatem notat, sed gens Graecorum humanissima eo vocabulo voluit designari eorum ingenium atque indolem, qui ad doctrinam et humanitatem essent quasi hebetes et obtusi ideoque liberalioris eruditionis expertes. Fieri enim ita solet, ut homines stupidi et inertes omnem disciplinam et institutionem frustrentur nec per eam vel emendentur vel augeantur: ad quorum similitudinem qui sese ultro componunt, hi et ipsi propemodum maiore iure in τῶν ἀμαθῶν numerum referuntur, quam quos ipsa natura ad vecordiae et inertiae crimen subeundum destinavisse videtur. Exposuerunt de usu vocabuli Hemsterhus. ad Arist. Plut. p. 385. Wolf. ad Demosthen. Lept. p. 99. et Buttmann. ad h. l. De καὶ — γε πρὸς v. ad Remp. VIII. p. 559. A.

σε μετ' ἐμοῦ κ. β.] Fidenter reposui σε accusativum, quem plurimi optimique codices pro vulgato σοι obtulerunt. Etsi enim ἔξεστι alibi cum dativo personae construi solet, tamen nihil impedit, quominus subiectum referamus ad infinitivum, quod frequentissime addito post dativum subiecti participio fieri solet. v. Zeunius ad Xenoph. Mem. II. 6, 26. Matthiae ad Eurip. Men. 1227. Elmleius ad Eurip. Heracl. 693. Bornem. ad Xenoph. An. I. 2, 1. et quae ipse dedi ad Euthyphron. p. 5. A. Lachet. p. 186. D. Remp. IX. p. 586. E. Itaque verba interpretamur sic fere: Nunc igitur licet te mecum communiter consultare de hoc hospite tuo Menone, h. e. res permittunt, ut tu etc. Constat enim eandam constructionis rationem etiam Latinis scriptoribus fuisse usurpatam.

P. 91. νῦν τοίνυν ἔξεστί

ὅτι ἐπιθυμεῖ ταύτης τῆς σοφίας καὶ ἀρετῆς, ᾗ οἱ ἄνθρωποι τάς τε οἰκίας καὶ τὰς πόλεις καλῶς διοικοῦσι, καὶ τοὺς γονέας τοὺς αὑτῶν θεραπεύουσι, καὶ πολίτας καὶ ξένους ὑποδέξασθαί τε καὶ ἀποπέμψαι
B ἐπίστανται ἀξίως ἀνδρὸς ἀγαθοῦ. ταύτην οὖν τὴν ἀρετὴν σκόπει, παρὰ τίνας ἂν πέμποντες αὐτὸν ὀρθῶς πέμποιμεν. ᾗ δῆλον δὴ κατὰ τὸν ἄρτι λόγον, ὅτι παρὰ τούτους τοὺς ὑπισχνουμένους ἀρετῆς διδασκάλους εἶναι καὶ ἀποφήναντας αὑτοὺς κοινοὺς τῶν Ἑλλήνων τῷ βουλομένῳ μανθάνειν, μισθὸν τούτου ταξαμένους τε καὶ πραττομένους;

ΑΝ. Καὶ τίνας λέγεις τούτους, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Οἶσθα δήπου καὶ σὺ, ὅτι οὗτοί εἰσιν οἵους
C οἱ ἄνθρωποι καλοῦσι σοφιστάς.

ΑΝ. Ἡράκλεις, εὐφήμει, ὦ Σώκρατες. μηδένα τῶν συγγενῶν, μήτε οἰκείων μήτε φίλων, μήτε ἀστῶν μήτε ξένων, τοιαύτη μανία λάβοι, ὥστε παρὰ τού-

C. *μήτε ἀστῶν μήτε ξένων*] *ἀστὸν* et *ξένον* Bodl. Vat. *A.* Flor. x. Dein Bodl. *ἐπεὶ οὖ τοί γε φ.*

D. *ᾗ Φειδίαν τε, ὃς οὕτω*] Editt. *ᾗ Φειδίαν γε*, quod

ᾗ οἱ ἄνθρωποι τάςτε οἰκίας] V. p. 71. E. ibique annot.

B. *ταύτην οὖν τὴν ἀρετὴν σκόπει*] Accusativus aut absolute positus est aut ex structurae mutatione explicandus: quod utrumque fere eodem redire putamus. Mox *μισθὸν τάττεσθαι* est constituere institutionis pretium, quod ipsis sit persolvendum.

ὅτι οὗτοί εἰσιν οἵους οἱ ἄνθρ.] H. e. *ὅτι οὗτοί εἰσι τοιοῦτοι, οἵους κ. τ. λ.*

C. *εὐφήμει, ὦ Σ. μηδένα τῶν συγγ.*] Anytus sophistas execratur tanquam pestem ac perniciem civitatis. Quod in homine, qui a sordidi opificii humilitate ad summos in republica honores evectus erat, nequaquam mirum accidere debet. Nam quum ipse olim fortasse opportunitate cum iis conversandi caruisset, quo nomine eum Socrates deinceps deludit urbanissime, postea temporis, ubi summis honoribus erat ornatus, cum oratoribus atque viris civilibus sibi faciendum statuit, qui sophistas variis de causis contemnebant atque insectabantur. Ita Callicles in Gorgia Platonis p. 520. A. *ΣΩ. οὐκοῦν ἀκούεις τοιαῦτα λεγόντων τῶν φασκόντων παιδεύειν ἀνθρώπους εἰς ἀρετήν; ΚΑΛ.* ἔγωγε. *ἀλλὰ τί ἂν λέγοις ἀνθρώπων περὶ οὐδενὸς ἀξίων;* ubi conf. proximam Socratis disputationem. Et De Rep. VI. p. 493. A. sophistae appellantur *ἀντίτεχνοι τῶν πολιτικῶν.*

τους ἐλθόντα λωβηθῆναι! ἐπεὶ οὗτοί γε φανερά ἐστι λώβη τε καὶ διαφθορὰ τῶν συγγιγνομένων.

ΣΩ. Πῶς λέγεις, ὦ Ἄνυτε; οὗτοι ἄρα μόνοι τῶν ἀντιποιουμένων τι ἐπίστασθαι εὐεργετεῖν τοσοῦτον τῶν ἄλλων διαφέρουσιν, ὅσον οὐ μόνον οὐκ ὠφελοῦσιν, ὥσπερ οἱ ἄλλοι, ὅ τι ἄν τις αὐτοῖς παραδῷ, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐναντίον διαφθείρουσι; καὶ τούτων φα- D
νερῶς χρήματα ἀξιοῦσι πράττεσθαι; ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ ἔχω, ὅπως σοι πιστεύσω· οἶδα γὰρ ἄνδρα ἕνα Πρωταγόραν πλείω χρήματα κτησάμενον ἀπὸ ταύτης τῆς σοφίας ἢ Φειδίαν τε, ὃς οὕτω περιφανῶς καλὰ ἔργα εἰργάζετο, καὶ ἄλλους δέκα τῶν ἀνδριαντοποιῶν. καίτοι τέρας λέγεις, εἰ οἱ μὲν τὰ ὑποδήματα ἐργα- ζόμενοι τὰ παλαιὰ καὶ τὰ ἱμάτια ἐξακούμενοι οὐκ ἂν δύναιντο λαθεῖν τριάκονθ' ἡμέρας μοχθηρότερα E
ἀποδιδόντες ἢ παρέλαβον τὰ ἱμάτιά τε καὶ ὑποδήματα, ἀλλ' εἰ τοιαῦτα ποιοῖεν, ταχὺ ἂν τῷ λιμῷ ἀποθάνοιεν, Πρωταγόρας δὲ ἄρα ὅλην τὴν Ἑλλάδα

suadente Heindorfio e Flor. x. correximus.

E. *τὰ ἱμάτιά τε καὶ ὑποδήματα*] καὶ τὰ ὑποδήματα Coisl. Ambr. Vat. r.

Adde quae Prolegg. ad Euthydem. p. 61 sqq. de hac re explicavimus.

φανερά ἐστι λώβη] Verbum praedicato accommodatum, ut p. 79. E. al. v. ad Gorg. p. 502. C. et Matth. Gr. §. 305.

D. *καὶ τούτων φανερῶς χρήματα ἀξ. πρ.*] Habes genitivum pretii, ad cuius usum illustrandum Buttmannus contulit Demosth. Midian. p. 529. ed. Reisk. *χρήματα δὲ οὐ προσήκειν τῶν τοιούτων - λαμβάνειν.* Multa id genus suppeditabit Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 665.

D. *ἄνδρα ἕνα Πρωταγόραν*] Protag. p. 328. B. 349. A. *σὺ δὲ καὶ αὐτὸς ἀγαθὸς εἶ καὶ ἄλλους οἷός τ' εἶ ποιεῖν ἀγαθούς, καὶ οὕτω πεπίστευκας σαυτῷ, ὥστε καὶ ἄλλων ταύτην τὴν ἀρετὴν ἀποκρυπτομένων οὐ γ' ἀναφανδὸν σαυτὸν ὑποκηρυξάμενος εἰς πάντας τοὺς Ἕλληνας, σοφιστὴς ἐπονομάσας, σεαυτὸν ἀπέφηνας παιδεύσεως καὶ ἀρετῆς διδάσκαλον, πρῶτος τούτου μισθὸν ἀξιώσας ἄρνυσθαι.* ubi v. ann. Dein quod vulgo scribebatur *ἢ Φειδίαν τε*, acute Heindorfius pro *γε* vidit requiri *τε*, propterea quod sequitur *καὶ ἄλλους*. Itaque unum Flor. sequi non dubitavimus.

E. *ταχὺ ἂν τῷ λιμῷ ἀποθάνοιεν*] Observabis usum articuli, qui sic explicandus est, ut intelligatur fames, quae tunc oriatur necesse est. Aristoph. Pac. v. 483. *ὑπὸ τοῦ γε λιμοῦ νὴ Δί' ἐξολωλότες.* Plat. Symp.

ἐλάνθανε διαφθείρων τοὺς συγγιγνομένους καὶ μοχθηροτέρους ἀποπέμπων ἢ παρελάμβανε πλέον ἢ τετταράκοντα ἔτη. οἶμαι γὰρ αὐτὸν ἀποθανεῖν ἐγγὺς καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονότα, τετταράκοντα δὲ ἐν τῇ τέχνῃ ὄντα· καὶ ἐν ἅπαντι τῷ χρόνῳ τούτῳ ἔτι εἰς τὴν ἡμέραν ταυτηνὶ εὐδοκιμῶν οὐδὲν πέπαυται. καὶ οὐ μόνον Πρωταγόρας, ἀλλὰ καὶ ἄλλοι πάμπολ-
92 λοι, οἱ μὲν πρότερον γεγονότες ἐκείνου, οἱ δὲ καὶ νῦν ἔτι ὄντες. πότερον δὴ οὖν φῶμεν κατὰ τὸν σὸν λόγον, εἰδότας αὐτοὺς ἐξαπατᾶν καὶ λωβᾶσθαι τοὺς νέους, ἢ λεληθέναι καὶ ἑαυτούς; καὶ οὕτω μαίνεσθαι ἀξιώσομεν τούτους, οὓς ἔνιοί φασι σοφωτάτους ἀνθρώπων εἶναι;

ΑΝ. Πολλοῦ γε δέουσι μαίνεσθαι, ὦ Σώκρα-

ἐγγὺς καὶ ἑβδομήκοντα] καὶ additum e Bodl. Vat. *Δ.* Ven. *Σ.* Vind. 1. 2. Par. BCEF. Ambr. Vat. b. r. Flor. a. b. c. n. x.

P. 92. πρότερον γεγονότες] V. πρότεροι, quod e Bodl. Vat. *Δ.* Par. BCEF. Ambr. Vat. b. Vind. 1. Flor. a. b. c. o. x. mutatum.

p. 191. A. ἀπέθνησκον ὑπὸ τοῦ λιμοῦ. ubi vel invitis libris melioribus articulum tenuimus. Ibid. p. 207. B. καὶ αὐτὰ τῷ λιμῷ παρατεινόμενα. Xenoph. Anab. I. 5, 5. ubi v. Krüger. Eodem modo dicitur ὑπὸ τῆς ἡδονῆς apud Aristoph. Arv. 1284. Plut. 753. ὑπὸ τοῦ δέους Acharn. v. 300. Equitt. v. 231. al. ὑπὸ τῆς ὀργῆς Lys. 505. et quae sunt id genus alia memorata ab Hermanno ad Aristoph. Nubb. v. 834. qui easdem dictiones etiam sine articulo frequentari multorum exemplorum enumeratione planissime demonstravit. De usu particularum δὲ ἄρα diximus ad Apol. Socr. p. 34. C. Phaed. p. 68. A. et 80. C.

πλέον ἢ τετταράκοντα ἔτη] Ne quis πλείω requirat. Graeci enim, ut Latini plus et amplius, πλέον ita usurpare consueverunt; quanquam interdum etiam πλείω pro adverbio in talibus quidem locis posuerunt; de qua re v. ad Menexen. p. 235. B.

οἶμαι γὰρ αὐτὸν ἀποθ.] Grandis aetate loquens inducitur Protagoras in dialogo cognomine p. 318. B. mortuus autem videtur esse a. Chr. n. a. 410. de qua re vide Prolegg. ad Euthydem. p. 63 sq. Itaque ex hoc loco apparet certissime scriptum esse hunc dialogum post Olymp. XCII. 3. De dictione ἐν τέχνῃ εἶναι v. Protag. p. 319. C. περὶ μὲν οὖν ὧν οἴονται ἐν τέχνῃ εἶναι, οὕτω διαπράττονται. conf. ad Phaedon. p. 59. A. Illud καὶ autem ante ἑβδομήκοντα sic interpretandum: vel septuagenarium, ut mirandum

τες, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον οἱ τούτοις διδόντες ἀργύριον τῶν νέων· τούτων δ' ἔτι μᾶλλον οἱ τούτοις ἐπιτρέποντες, οἱ προσήκοντες· πολὺ δὲ μάλιστα πάντων B
αἱ πόλεις, ἐῶσαι αὐτοὺς εἰσαφικνεῖσθαι καὶ οὐκ ἐξελαύνουσαι, εἴτε τις ξένος ἐπιχειρεῖ τοιοῦτόν τι ποιεῖν, εἴτε ἀστός.

ΣΩ. Πότερον δέ, ὦ Ἄνυτε, ἠδίκηκέ τίς σε τῶν σοφιστῶν, ἢ τί οὕτως αὐτοῖς χαλεπὸς εἶ;

ΑΝ. Οὐδὲ μὰ Δία ἔγωγε συγγέγονα πώποτε αὐτῶν οὐδενί, οὐδ' ἂν ἄλλον ἐάσαιμι τῶν ἐμῶν οὐδένα.

ΣΩ. Ἄπειρος ἄρ' εἶ παντάπασι τῶν ἀνδρῶν;

ΑΝ. Καὶ εἴην γε.

ἀξιώσομεν τούτους] ἀξιώσωμεν Bodl. Coisl. Ven. Σ. Vind. 2, Par. BCF. Ambr. male. Dein ἀνθρώπων om. Vat. A.

οἱ προσήκοντες] Om. Flor. x.

B. Καὶ εἴην γε.] Pro εἴην Vat. r. habet πάνυ.

sit eo magis, si disciplinae eius ratio a nemine fuerit perspecta.

P. 92. καὶ οὕτω μαίνεσθαι ἀξιώσομεν] Quod est in libris bene multis iisque partim optimis, ἀξιώσωμεν, id etsi Buttmanno propter antegressum φῶμεν placuit unice, tamen nobis quidem acceptum referri videtur iis, qui post coniunctivum futuro non esse locum opinarentur. Quo iudicio quantopere falsi fuerint, docet vel unus ille locus Euripidis Ion. 73. εἴπωμεν ἢ σιγῶμεν; ἢ τί δράσομεν; de quo dixit Hermannus ad Viger. p. 742. Futurum hunc habet censum: atque ita revera istos furere statuemus? quo significatur secus certe rem sese habere oportere.

οἱ τούτοις ἐπιτρέποντες] Intell. αὐτούς, ellipsi in hoc maxime verbo perquam usitata, v. Lysid. p. 210. B. Alcibiad. I. p. 117. C. D. Symp. p. 213. E. Gorg. p. 512. D. De Rep. VIII. p. 551. C. al. Dein οἱ προσήκοντες per appositionem adiectum. Eandem orationis formam habes Apolog. p. 34. B. quem locum qui comparaverint, ii glossematis suspicionem procul habebunt.

B. Καὶ εἴην γε.] Optat Anytus, ut ne unquam notitiam sophistarum adipiscatur, quo ipso significat concedere se quod Socrates antea ei opposuerat. Quocirca optativus non idem est quod ἔστω, quae Buttmanni fuit sententia. Neque opus est correctione Heindorfii καὶ ἀεὶ εἴην γε. Germanice dixeris: und mögeich es auch sein.

C ΣΩ. Πῶς οὖν ἄν, ὦ δαιμόνιε, εἰδείης περὶ τούτου τοῦ πράγματος, εἴτε τι ἀγαθὸν ἔχει ἐν ἑαυτῷ εἴτε φλαῦρον, οὐ παντάπασιν ἄπειρος εἶης;

ΑΝ. Ῥᾳδίως. τούτους γοῦν οἶδα οἵ εἰσιν, εἴτ' ὂν ἄπειρος αὐτῶν ἐμὶ εἴτε μή.

ΣΩ. Μάντις εἶ ἴσως, ὦ Ἄνυτε, ἐπεὶ ὅπως γε ἄλλως οἶσθα τούτων πέρι, ἐξ ὧν αὐτὸς λέγεις θαυμάζοιμ' ἄν. ἀλλὰ γὰρ οὐ τούτους ἐζητοῦμεν, τίνες εἰσί, παρ' οὓς ἂν Μένων ἀφικόμενος μοχθηρὸς γέ-
D νοιτο· οὗτοι μὲν γάρ, εἰ σὺ βούλει, ἔστωσαν οἱ σοφισταί· ἀλλὰ δὴ ἐκείνους εἰπὲ ἡμῖν, καὶ τὸν πατρικὸν τόνδε ἑταῖρον εὐεργέτησον, φράσας αὐτῷ, παρὰ

C. ἔχει ἐν ἑαυτῷ] ἐν- om. Vat. Δ. Ven. Σ. Vind. 1. 2. Par. BCF. Ambr. Vat. b. Flor. a. b. c. o.

οἶδα οἵ εἰσιν] Wolfius coni. οἷοί εἰσι, quod ex Coisl. recepit Bekkerus. Habet etiam Flor. x. sed v. infra ann.

C. οὗ παντάπασιν ἄπ. εἶης;] V. ad p. 89. C. Nihil autem habet insolentiae εἰδέναι cum περὶ et genitivo iunctum, de qua constructione supra diximus ad p. 71. B.

οἶδα οἵ εἰσιν] Wolfius οἷοί εἰσιν coniectabat, propterea quod non qui sint, sed quales, interrogetur. Sed ὅς in talibus non caret vi sua atque potestate, siquidem indicat ipsam naturam atque indolem eius, de quo sermo est. Nos dicimus: von diesen wenigstens weiss ich wohl, wer sie sind; i. e. ich kenne sie durch und durch. Supra p. 80. D. καὶ νῦν περὶ ἀρετῆς, ὃ ἔστιν, ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδα. ubi nemo scripserit οἷόν ἐστιν. De Rep. IV. p. 444. A. τὸν μὲν δίκαιον καὶ ἄνδρα καὶ πόλιν καὶ δικαιοσύνην, ὃ τυγχάνει ἐν αὐτοῖς ὄν, τὶ φαῖμεν εὑρηκέναι, οὐκ ἂν πάνυ τι — δόξαιμεν ψεύδεσθαι. Ibid. VI. p. 504. A. ξυνεβιβάζομεν δικαιοσύνης τε πέρι καὶ σωφροσύνης καὶ ἀνδρείας καὶ σοφίας, ὃ ἕκαστον εἴη. Ibid. VIII. p. 559 A. προελώμεθα δή τι παράδειγμα ἑκατέρων, αἵ εἰσιν. Phaedr. p. 243. D. ἴωσπερ ἂν ἡς ὅς εἶ. ubi v. ann. couf. Hermann. ad Sophocl. Aiac. 1238. Fritzsche Quaest. Luc. p. 141. Matthiae Gr. §. 485. qui talibus in locis ὅς idem quod τίς esse arbitratur, et Bernhardy. Synt. p. 291. qui non satis accurate ὅς qualitatem denotare statuit.

D. ἐκείνους εἰπὲ ἡμῖν — παρὰ τίνας ἀφ.] Exspectabas παρ' οὓς ἀφικ. Recte tamen Buttmannus iudicavit propter intercapedinem istam verborum καὶ — εὐεργέτησον deinceps inferri φράσας αὐτῷ, παρὰ τίνας ἀφ. Neque tamen viro egregio assentior de eo, quod

τίνας ἀφικόμενος ἐν τοσαύτῃ πόλει τὴν ἀρετήν, ἣν νῦν δὴ ἐγὼ διῆλθον, γένοιτ' ἂν ἄξιος λόγου.

AN. Τί δὲ αὐτῷ οὐ σὺ ἔφρασας;

ΣΩ. Ἀλλ' οὐς μὲν ἐγὼ ᾤμην διδασκάλους τούτων εἶναι εἶπον, ἀλλὰ τυγχάνω οὐδὲν λέγων, ὡς σὺ φῄς· καὶ ἴσως τι λέγεις. ἀλλὰ σὺ δὲ ἐν τῷ μέρει Ε αὐτῷ εἰπέ, παρὰ τίνας ἔλθῃ Ἀθηναίων. εἰπὲ ὄνομα ὅτου βούλει.

AN. Τί δὲ ἑνὸς ἀνθρώπου ὄνομα δεῖ ἀκοῦσαι; ὅτῳ γὰρ ἂν ἐντύχῃ Ἀθηναίων τῶν καλῶν κἀγαθῶν, οὐδεὶς ἔσιν, ὃς οὐ βελτίω αὐτὸν ποιήσει ἢ οἱ σοφισταί, ἐάνπερ ἐθέλῃ πείθεσθαι.

D. *Τί δὲ αὐτῷ οὐ σὺ ἔφρ.*] *δαὶ* Bodl. Vat. *Δ.* ut solent. *καὶ ἴσως τι λέγεις*] Haec olim Anyto tribuebantur.

E. *ἀλλὰ σὺ δὲ ἐν τῷ μ.*] Pro *δὴ* scripsi *δὲ* e Bodl. Coisl. Vat. *Δ.* Ven. *Σ.* Vind. 1. 2. Par. BCEF. Ambr. Vat. b. r. Flor. a. b. c. o. x. v. ann.

φράσας dictum censet pro aptiore scilicet *φράζων*, idque per attractionem quandam, qua participium in communionem eius temporis venerit, unde aptum suspensumque sit. Nempe imperativo haud dubie dicendum fuit *φράσον*, unde aoristus participii qua causa et ratione nitatur omnibus erit perspicuum.

καὶ ἴσως τι λέγεις] Haec ante Bekkerum perperam Anyto tribuebantur. Veram rationem monstravit interpretatio Marsilii. Sententia Socratis haec est: ac fortasse est aliquid quod dicis (fortasse recte iudicas) me nihil dixisse et a vero aberrasse.

E. *ἀλλὰ σὺ δὲ ἐν τῷ μέρει*] Hoc nunc ex codd. revocavi pro vulg. *ἀλλὰ σὺ δὴ ἐν τ. μ.* Poterat etiam hunc in modum scribi: *σὺ δὲ ἀλλ' ἐν τῷ μ.* Aristoph. Nubb. v. 1372. *σὺ δὲ ἀλλὰ τούτων λέξον τι τῶν νεωτέρων*, cuiusmodi exempla collegit Heindorf. ad Sophist. p. 235. D. *σὺ δὲ ἀλλ' εἰπὲ πρῶτον καὶ δίελε ἡμῖν κ. τ. λ.* Dein *ἐν τῷ μέρει* est vicissim tuo loco, quod articulum habet, ubi de certo et praestituto ordine cogitari licet; eodem caret, ubi omnino est per vices, veluti Sophist. p. 252. B. Theaet. p. 179. E. Cratyl. p. 410. D. et innumeris aliis locis. conf. Hermann. ad Lucian. De Hist. Conscr. p. 7 sqq. Coniunctivum deliberativum tertiae personae in oratione aliunde suspensa ne quis miretur, alia eius exempla, eaque certissima, indicavimus ad Phaedon. p. 115. C. Sympos. p. 194. D. alia suppeditabit Matthiae Gr. §. 516. 3.

τῶν καλῶν κἀγαθῶν] Intelligit eos, qui honoribus publicis funguntur. v. ad Remp. VIII. p. 569. A.

ΣΩ. Πότερον δὲ οὗτοι οἱ καλοὶ κἀγαθοὶ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου ἐγένοντο τοιοῦτοι, παρ' οὐδενὸς μαθόντες, ὅμως μέντοι ἄλλους διδάσκειν οἷοί τε ὄντες ταῦτα, ἃ αὐτοὶ οὐκ ἔμαθον;

93 ΑΝ. Καὶ τούτους ἔγωγε ἀξιῶ παρὰ τῶν προτέρων μαθεῖν, ὄντων καλῶν κἀγαθῶν. ἢ οὐ δοκοῦσί σοι πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ γεγονέναι ἐν τῇδε τῇ πόλει ἄνδρες;

ΣΩ. Ἔμοιγε, ὦ Ἄνυτε, καὶ εἶναι δοκοῦσιν ἐνθάδε ἀγαθοὶ τὰ πολιτικά, καὶ γεγονέναι ἔτι οὐχ ἧττον ἢ εἶναι. ἀλλὰ μῶν καὶ διδάσκαλοι ἀγαθοὶ γεγόνασι τῆς αὐτῶν ἀρετῆς; τοῦτο γάρ ἐστι, περὶ οὗ ὁ λόγος ἡμῖν τυγχάνει ὤν, οὐκ εἰ εἰσὶν ἀγαθοὶ ἢ
B μὴ ἄνδρες ἐνθάδε, οὐδ' εἰ γεγόνασιν ἐν τῷ πρόσθεν, ἀλλ' εἰ διδακτόν ἐστιν ἀρετὴ πάλαι σκοποῦμεν. τοῦτο δὲ σκοποῦντες τόδε σκοποῦμεν, ἆρα οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες καὶ τῶν νῦν καὶ τῶν πρότερον ταύτην τὴν ἀρε-

P. 93. B. καὶ τῶν νῦν καὶ τῶν πρότερον] προτέρων Bodl. Coisl. Vat. *A*. Ven. ΞΣ. Vind. 1. 2. Vat. b. r. Flor. x.

P. 93. παρὰ τῶν προτέρων μαθεῖν ὄντων κ.] a superioribus didicisse, ut qui fuerint s. quum fuerint καλοὶ κἀγαθοί. Hoc Buttmanno visum est nimis indefinite dici, siquidem non omnes illi superiores boni fuisse iudicari possint. Itaque legendum censet: παρὰ τῶν πρότερον, ut in unum coeant: παρὰ τῶν πρότερον ὄντων κ. κ. Cui rationi officit magnopere interpositum istud μαθεῖν. Itaque ea mutatione nihil profecto lucramur. Nec video cur in loco expeditissimo haereamus. Quum enim οἱ πρότεροι intelligantur qui τῶν καλῶν κἀγαθῶν duces et magistri fuerunt, Anytus illos omnes bonos fuisse utique statuit, ideoque simpliciter addit quum probi et honesti fuerint. Ita si haec acceperis, nec illud necessarium iudicabis, quod olim pro ὄντων legendum coniecimus τῶν.

καὶ γεγονέναι ἔτι οὐχ ἧττον] et insuper extitisse non minus quam esse. Proxima οὐκ εἰ εἰσὶν ἀγαθοί, sic accipienda sunt: οὐ περὶ τούτου, εἰ εἰσὶν ἀγ.

B. τοῦτο δὲ σκοπ. τόδε σκοποῦμεν] P. 90. C. ἀρ' οὖν ὅταν τοῦτο λέγωμεν, τόδε λέγομεν ὅτι κ. τ. κ. Genitivus καὶ τῶν νῦν καὶ τῶν πρότερον pendet ex οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες, num qui boni viri et inter maiores et inter aequales nostros extiterunt, virtutem illam, qua ipsi fuerint insignes, etiam aliis impertire potue-

τήν, ἣν αὐτοὶ ἀγαθοὶ ἦσαν, ἠπίσταντο καὶ ἄλλῳ παραδοῦναι, ἢ οὐ παραδοτὸν τοῦτο ἀνθρώπῳ οὐδὲ παραληπτὸν ἄλλῳ παρ' ἄλλου; τοῦτ' ἔστιν, ὃ πάλαι ζητοῦμεν ἐγώ τε καὶ Μένων. ὧδε οὖν σκόπει ἐκ τοῦ σαυτοῦ λόγου. Θεμιστοκλέα οὐκ ἀγαθὸν ἂν φαίης ἄνδρα γεγονέναι;

ΑΝ. Ἔγωγε, πάντων γε μάλιστα. C

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ διδάσκαλον ἀγαθόν, εἴπερ τις ἄλλος τῆς αὑτοῦ ἀρετῆς διδάσκαλος ἦν, κἀκεῖνον εἶναι;

ΑΝ. Οἶμαι ἔγωγε, εἴπερ ἐβούλετό γε.

ΣΩ. Ἀλλ' οἴει, οὐκ ἂν ἐβουλήθη ἄλλους τέ τινας καλοὺς κἀγαθοὺς γενέσθαι, μάλιστα δέ που τὸν υἱὸν τὸν αὑτοῦ; ἢ οἴει αὐτὸν φθονεῖν αὐτῷ καὶ ἐξεπίτηδες οὐ παραδιδόναι τὴν ἀρετήν, ἣν αὐτὸς D ἀγαθὸς ἦν; ἢ οὐκ ἀκήκοας, ὅτι Θεμιστοκλῆς Κλεόφαντον τὸν υἱὸν ἱππέα μὲν ἐδιδάξατο ἀγαθόν; ἐπέ-

D. ἢ ταῦτα οὐκ ἀκήκοας] V. ἦ, quod correctum e Vat. Δ. Ven. Σ. Vind. 2. Par. CF. Ambr. Vat. δ. r. Ceterum locum excerpsit scriptor dialogi De Virtute §. 4 — 32.

rint. Eadem res in disceptationem vocatur Protagor. p. 319. E. sqq. μὴ τοίνυν ἔτι τὸ κοινὸν τῆς πόλεως οὕτως ἔχει, ἀλλ' ἰδίᾳ ἡμῖν οἱ σοφώτατοι καὶ ἄριστοι τῶν πολιτῶν ταύτην τὴν ἀρετὴν ἣν ἔχουσιν οὐχ οἷοί τε ἄλλοις παραδιδόναι. κ. τ. λ. Ibid. p. 325. E. Sed utrumque locum qui accurate contulerint, argumentum non uno eodemque modo tractatum esse facile largientur.

C. διδάσκαλος ἦν, κἀκεῖνον εἶναι;] In his καὶ ante ἐκεῖνον repetitum est propter verba interiecta εἴπερ τις ἄλλος — ἦν, de quo iam olim monuimus. Mox οἴει rectae interpositum orationi vel praemissum non rari usus esse docebunt quae scripsimus ad Cratyl. p. 438. B. Rempubl. VI. p. 486. C. X. p. 600. C. ubi item: ἀλλ' οἴει, ὦ Γλαύκων, οὐκ ἄρα ἂν πολλοὺς ἑταίρους ἐποιήσατο;

ἄλλους τέ τινας — μάλιστα δὲ] Frustra Struvius μάλιστά τέ που requirebat. v. ad Cratyl. p. 406. C. Deinde infinitivus φθονεῖν indicat actionem praeterito tempore durantem, ut declarari recte queat per ὅτι ἐφθόνει, de quo nuper rursus monui ad Symp. p. 172. B. Sic etiam mox E. ἆρ' οὖν — οἴομεθα βούλεσθαι αὐτόν, i. e. ὅτι ἐβούλετο.

D. ἱππέα μὲν ἐδιδάξατο] H. e. ἐδιδάξατο, ὥστε αὐτὸν ἱππέα γενέσθαι. Mox p. 94. B. τούτους μέντοι — ἱππέας μὲν ἐδίδαξεν. De Rep. IV. p. 421. E. χείρους δημιουργοὺς διδάξεται. Infra p. 94. B. Constructionem

μενε γοῦν ἐπὶ τῶν ἵππων ὀρθὸς ἑστηκώς, καὶ ἠκόντιζεν ἀπὸ τῶν ἵππων ὀρθός, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ θαυμαστὰ εἰργάζετο, ἃ ἐκεῖνος αὐτὸν ἐπαιδεύσατο, καὶ ἐποίησε σοφὸν ὅσα διδασκάλων ἀγαθῶν εἶχετο. ἦ ταῦτα οὐκ ἀκήκοας τῶν πρεσβυτέρων;

ΑΝ. Ἀκήκοα.

ΣΩ. Οὐκ ἂν ἄρα τήν γε φύσιν τοῦ υἱέος αὐτοῦ ἠτιάσατ' ἄν τις εἶναι κακήν.

E *ΑΝ.* Ἴσως οὐκ ἄν.

ΣΩ. Τί δὲ τόδε; ὡς Κλεόφαντος ὁ Θεμιστοκλέους ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ σοφὸς ἐγένετο ἅπερ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ἤδη του ἀκήκοας ἢ νεωτέρου ἢ πρεσβυτέρου;

ΑΝ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν ταῦτα μὲν οἰόμεθα βούλεσθαι αὐτὸν τὸν αὐτοῦ υἱὸν παιδεῦσαι, ἣν δὲ αὐτὸς σοφίαν ἦν σοφός, οὐδὲν τῶν γειτόνων βελτίω ποιῆσαι, εἴπερ ἦν γε διδακτὸν ἡ ἀρετή;

ΑΝ. Ἴσως μὰ Δί' οὔ.

E. *Τί δὲ τόδε; ὡς Κλ.*] *δὴ* Bodl. Vat. *A.*
ἐν τοῖς ἀρίστοις τῶν πρότερον] *ἄριστον* Bodl. Vat. *A.* quod recepit Bekker. comprobante Buttmanno.
P. 94. *ἀγαθὸν γεγονέναι;*] *ἀγαθὸν εἶναί τε καὶ γεγονέναι* Coisl.
τὸν υἱὸν τὸν αὐτοῦ] *τὸν αὐτοῦ υἱὸν* Ven. ΞΣ. Vind. 2. *τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν A.* Vat. b.

illustravit Matthiae Gr. §. 421. 2. Exscripsit haec auctor incertus dialogi de virtute §. 32.

ὅσα διδασκάλων ἀγαθῶν εἶχετο] V. ad Protagor. p. 319. E.

Οὐκ ἂν ἄρα — ἠτιάσατ' ἄν] Pervulgatum est *ἄν* etiam indicativo iunctum iterari, de qua re v. Hermann. D. Particula *ἄν* p. 188.

P. 94. *τούτῳ γάρ που καὶ συγγέγονας —*] Ex verbis *ὁρᾷς οἷός ἐστιν* satis certo colligas Lysimachum, quo tempore colloquium habetur, adhuc vivum fingi. Quod quo iure ita fiat, tanto minus licet diiudicare, quod de tempore habiti sermonis nihil novimus. Lysimachus autem hic una cum Melesia, Thucydidis filio, in Lachete loquens inducitur, ad quem librum de eo quantum satis est exposuimus. De Periclis filiis

ΣΩ. Οὕτος μὲν δή σοι τοιοῦτος διδάσκαλος ἀρετῆς, ὃν καὶ σὺ ὁμολογεῖς ἐν τοῖς ἀρίστοις τῶν 94
προτέρων εἶναι· ἄλλον δὲ δὴ σκεψώμεθα, Ἀριστείδην τὸν Λυσιμάχου. ἢ τοῦτον οὐχ ὁμολογεῖς ἀγαθὸν γεγονέναι;

ΑΝ. Ἔγωγε, πάντως δήπου.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ οὗτος τὸν υἱὸν τὸν αὑτοῦ Λυσίμαχον, ὅσα μὲν διδασκάλων εἴχετο, κάλλιστα Ἀθηναίων ἐπαίδευσεν, ἄνδρα δὲ βελτίω δοκεῖ σοι ὁτουοῦν πεποιηκέναι; τούτῳ γάρ που καὶ συγγέγονας, καὶ ὁρᾷς, οἷός ἐστιν. Εἰ δὲ βούλει, Περικλέα, οὕτω μεγαλοπρεπῶς σοφὸν ἄνδρα, οἶσθ' ὅτι δύο υἱεῖς B
ἔθρεψε, Πάραλον καὶ Ξάνθιππον;

ΑΝ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Τούτους μέντοι, ὡς οἶσθα καὶ σύ, ἱππέας μὲν ἐδίδαξεν οὐδενὸς χείρους Ἀθηναίων, καὶ μουσικὴν καὶ ἀγωνίαν καὶ τἆλλα ἐπαίδευσεν, ὅσα τέχνης ἔχεται, οὐδενὸς χείρους· ἀγαθοὺς δὲ ἄρα ἄνδρας οὐκ ἐβούλετο ποιῆσαι; δοκῶ μέν, ἐβούλετο, ἀλλὰ μὴ οὐκ ἦ διδακτόν. Ἵνα δὲ μὴ ὀλίγους οἴῃ καὶ τοὺς φαυλοτάτους Ἀθηναίων ἀδυνάτους γεγονέναι τοῦτο C

καὶ συγγέγονας] Sic Coisl. Vat. A. Ven. Ξ. Vat. r. Vind. 1. Flor. b. x. Vett. editt. καὶ σὺ συγγέγονας. Alii libri καὶ σὺ γέγονας.

B. οὐδενὸς χείρους Ἀθηναίων] Ἀθηναίων οὐδενός Coisl. ἀγαθοὺς δὲ ἄρα ἄνδρας] Sic Bodl. Coisl. Vat. A. Ven. ΞΣ. Vind. 1. 2. Flor. a. b. c. o. Par. BC. Vat. b. r. Vett. editt. ἀρα.

legas Protagor. p. 319. extr. Alcibiad. I. p. 118. D. E. Plut. Pericl. 36. Uterque vivo adhuc patre per pestilentiae filius saevitiam de medio ablatus est, teste Xenoph. Mem. III. 5. Valer. Max. V. 10. ext. 1. Aelian. V. H. IX. 6. Plut. Pericl. c. 36.

B. δοκῶ μέν, ἐβούλετο] Saepenumero οἶμαι μέν, οἶμαι δέ, δοκῶ μέν, δοκῶ δέ, rectae orationi praemissum reperias, cuius generis exempla ad Gorg. p. 460. A. adscripsimus, Nunc addimus De Rep. V. p. 473. D. δοκῶ δέ, σὲ δὲ τῷ ἀνθρώπων γένει. VI. p. 507. D. οἶμαι δέ γε, οὐδ' ἄλλαις — προσδεῖ οὐδενός. X. p. 608. D. Sophist. p. 231. D. Lysid. p. 206. C. 218. E. Lachet. p. 184. B.

μὴ ὀλίγους — καὶ τοὺς φαυλοτάτους Ἀθ.] Haesit in his verbis Schleiermacher

τὸ πρᾶγμα, ἐνθυμήθητι, ὅτι Θουκυδίδης αὖ δύο υἱεῖς ἔθρεψε, Μελησίαν καὶ Στέφανον, καὶ τούτους ἐπαίδευσε τά τε ἄλλα εὖ, καὶ ἐπάλαισαν κάλλιστα Ἀθηναίων. τὸν μὲν γὰρ Ξανθίᾳ ἔδωκε, τὸν δὲ Εὐδώρῳ· οὗτοι δέ που ἐδόκουν τῶν τότε κάλλιστα παλαίειν. ἢ οὐ μέμνησαι;

ΑΝ. Ἔγωγε, ἀκοῇ.

ΣΩ. Οὐκοῦν δῆλον, ὅτι οὗτος οὐκ ἄν ποτε, οὗ

C. *τὸν δὲ Εὐδώρῳ*] Sic Bodl. Vat. *Δ*. Ven. *Σ*. Vind. I. 2. Flor. x. ut iam Cornarius emendandum vidit. Olim erat *Εὐο-*

rus, qui Aristidem et Themistoclem miratur inter vilissimos homines numerari. Ego vero non nimis premenda haec esse arbitror; dicta sunt enim universe, neque sic, ut virorum clarissimorum ratio ducatur, quorum mentio antea facta est. Observabis autem *ἀδυνάτους* cum accusativo *τοῦτο τὸ πρᾶγμα* iunctum. Politic. p. 295. B. *τοῦτο δυνατὸς ὤν*. Hipp. min. p. 367. E. *δυνατώτατός γε ἀμφότερα*. Parmenid. in. *εἴ του δέῃ τῶν τῇδε, ὧν ἡμεῖς δυνατοί*, ubi pluribus de hoc structurae genere disputabimus.

C. *Θουκυδίδης αὖ δύο υἱεῖς —*] Hic Periclis fuit acerrimus in re publica adversarius, de quo Plutarch. Vit. Per. c. 6. c. 8. c. 11. ad quem locum nuper Sintenis p. 117 sq. de eo disputavit. Pari autem usus est atque ille in filiis educandis infelicitate, siquidem Stephanus et Melesias luctando tantum aliquid valuerunt. Nempe pater dum nimis sollicitus de eorum valetudine fuit, illi sese totos corporis exercitationibus dediderunt atque contemta humanitatis et doctrinae laude pingues luctatores exstiterunt. Discant hoc exemplo rei gymnasticae praecones, ne apud Graecos quidem artem istam semper bonum habuisse eventum, atque eos, qui illa vel maxime excellerent, si carerent eruditione et doctrina, vulgo ab omnibus fuisse despicatui habitos. Ceterum de forma orationis haec: *ἐπαίδευσε τά τε ἄλλα πάντα καὶ ἐπάλαισαν κάλλιστα*, ubi expectes potius *καὶ δὴ καὶ τοῦτο, ὅτι ἐπάλαισαν κ.*, dictum est ad Criton. p. 52. C. Sympos. p. 220. A.

D. *Ἔγωγε, ἀκοῇ*] Ad *ἀκοῇ* per synesin quandam ex praecedenti *μέμνησαι* intelligendum relinquitur *οἶδα* vel *ἀκήκοα*: quod ipsum in Flor. x. scriptum extat, nec tamen invitis ceteris libris omnibus recipiendum est.

Οὐκοῦν δῆλον, ὅτι οὗτος —] Etsi facile alicui placeat, quod in Dialogo De Virt. 6. ubi haec omnia exscripta leguntur, memoriae proditum est *οἱ μέν — οἱ δέ*; tamen quoniam *ἴσν τινι δαπανᾶσθαι* non minus recte dicitur quam *δαπανᾶσθαι εἴς τι*, Platonicorum codicum scripturam servandam censemus, quam iniuria sprevit Buttmannus. Est autem principalis enuntiati pars haec; *ἆρ᾽ οὗτος οὐκ ἄν ποτε ταῦτα μὲν ἐδίδαξε*

μὲν ἔδει δαπανώμενον διδάσκειν, ταῦτα μὲν ἐδίδαξε D
τοὺς παῖδας τοὺς αὑτοῦ, οὗ δὲ οὐδὲν ἔδει ἀναλώσαντα
ἀγαθοὺς ἄνδρας ποιῆσαι, ταῦτα δὲ οὐκ ἐδίδαξεν,
εἰ διδακτὸν ἦν. ἀλλὰ γὰρ ἴσως ὁ Θουκυδίδης φαῦ-
λος ἦν, καὶ οὐκ ἦσαν αὐτῷ πλεῖστοι φίλοι Ἀθη-
ναίων καὶ τῶν συμμάχων; καὶ οἰκίας μεγάλης ἦν καὶ
ἐδύνατο μέγα ἐν τῇ πόλει καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις Ἕλλη-
σιν, ὥστε εἴπερ ἦν τοῦτο διδακτόν, ἐξευρεῖν ἂν ὅστις

δώρῳ.

D. πλεῖστοι φίλοι Ἀθηναίων] φίλοι om. Bodl. Vat. *A*.

(in iis instituendos curavit) οὗ ἔδει δαπανώμενον διδάσκειν (h. e. ἔδει δαπανᾶσθαι, ὥστε διδάσκειν αὐτούς), ταῦτα δὲ οὐκ ἐδίδαξεν, οὗ οὐδὲν ἔδει ἀναλώσαντα ἀγ. ποιῆσαι — (h. e. οὗ οὐδὲν ἔδει ἀναλῶσαι, ὥστε αὐτοὺς ἀγ. ποιῆσαι) eum nunquam commissurum fuisse, ut in iis quidem rebus eos instituendos curaret, in quibus quo erudirentur sumtus facere oporteret; in illis non curaret, quae quo magis boni existerent, nihil sumtuum requirerent. Itaque primum quidem perspicuum est prius illud οὐκ utrique enuntiati membro esse commune, de quo iam Heindorfius ad Gorg. p. 225. prudenter monuit. Deinde observandum est ἔδει bis sic adhiberi, ut potius ad notionem participio comprehensam quam ad infinitivum pertineat. Nimirum solet participium interdum ita poni, ut principalem contineat notionem. Prorsus eiusdem generis exempla ad Euthyd. p. 282. E. adscripsimus. Tum duplex μὲν et δὲ ad Apolog. Socr. p. 28. E. attigimus; illustravit copiose Buttmann. Excurs. X. ad Demosth. Midian. p. 129. Denique quod εἰ διδακτὸν ἦν post ταῦτα infertur, id etsi Buttmannum adeo commovit, ut pro altero ταῦτα ex personato Aeschine τοῦτο reponendum iudicaverit, tamen qui meminerit formularum τι ἔστι ταῦτα, τοῦτο ἀγαθόν ἐστιν, aliarumque similium, is facile largietur potuisse hic quoque post numerum pluralem praedicatum iam sic inferri, ut res in universum significetur. Ac si verum quaerimus, τοῦτο δὲ post pluralem ταῦτα μὲν per concinnitatis leges inferri haudquaquam potuit.

καὶ οἰκίας μεγάλης ἦν] Καὶ etsi in principio interrogationis haud raro ita usurpatur, ut sit at vero, atqui, tamen talibus in locis, qualis hic est, eo modo dici haudquaquam potuit. Itaque Struvius ὃς καὶ οἰκίας μ. ἦν legendum censuit. Alius reposuerit fortasse καὶ μὲν οἰκίας μ. Ficinus: Quin imo et ampla familia ortus. Me tamen si audis, nihil demes vel addes. Nam καὶ vi et potestate augendi pollet, ut sit adeo: quum igitur ad universam referatur sententiam, res eodem redit ac si καὶ μήν scriptum esset. Nam etiam vel adeo fortius pronuntiatum in hac verborum oppositione idem est quod imo etiam.

ἔμελλεν αὐτοῦ τοὺς υἱεῖς ἀγαθοὺς ποιήσειν, ἢ τῶν
E ἐπιχωρίων τις ἢ τῶν ξένων, εἰ αὐτὸς μὴ ἐσχόλαζε
διὰ τὴν τῆς πόλεως ἐπιμέλειαν. ἀλλὰ γάρ, ὦ ἑταῖρε
Ἄνυτε, μὴ οὐκ ἦ διδακτὸν ἀρετή.

ΑΝ. Ὦ Σώκρατες, ῥᾳδίως μοι δοκεῖς κακῶς λέ-
γειν ἀνθρώπους. ἐγὼ μὲν οὖν ἄν σοι συμβουλεύσαιμι,
εἰ ἐθέλεις ἐμοὶ πείθεσθαι, εὐλαβεῖσθαι· ὡς ἴσως
μὲν καὶ ἐν ἄλλῃ πόλει ῥᾷόν ἐστι κακῶς ποιεῖν ἀν-
θρώπους ἢ εὖ, ἐν τῇδε δὲ καὶ πάνυ. οἶμαι δὲ σὲ
καὶ αὐτὸν εἰδέναι.

95 *ΣΩ.* Ὦ Μένων, Ἄνυτος μέν μοι δοκεῖ χαλε-
παίνειν. καὶ οὐδὲν θαυμάζω· οἴεται γάρ με πρῶτον
μὲν κακηγορεῖν τούτους τοὺς ἄνδρας, ἔπειτα ἡγεῖται
καὶ αὐτὸς εἶναι εἷς τούτων. ἀλλ' οὗτος μὲν ἐάν ποτε
γνῷ, οἷόν ἐστι τὸ κακῶς λέγειν, παύσεται χαλεπαί-

εἰ δὲ ἐθέλεις ἐμοὶ π.] θέλεις Vat. *A*.

E. ῥᾷόν ἐστι κακῶς ποιεῖν ἀνθρ.] Pro scriptura codd. ῥᾴδιον Buttmannus suadente Heindorfio ad Phaedon. p. 66. ῥᾷον correxit, quod etiam Bekkero probatum est. Dein ἢ εὖ om. Vat. r.

ἢ τῶν ἐπιχωρίων τις] Appositio relativo accommodata. v. ad Apol. p. 41. A. Hipp. mai. p. 281. C. Phaedon. p. 66. E. al.

E. κακῶς λέγειν ἀνθρώπους] Id fortasse ipse senserat Anytus: unde hic Socrati succensens non ita obscure comminatur se oblata opportunitate acceptam iniuriam ulturum. Satis memorabilis hic locus est, ex quo quae fuerint Anyto causae odii in Socratem suscepti, verisimiliter coniicere liceat. Quod enim hic viros civiles verae virtutis ornamentis spoliaverat, id fieri non potuit quin animum hominis superbi ac fastuosi exacerbaret.

ῥᾷόν ἐστι κακῶς ποιεῖν] Recte Buttmannus, Schleiermacherus, Bekkerus, alii, pro librorum lectione ῥᾴδιον comparativum reponendum esse censuerunt. Nam aliter vix stare poterit istud ἢ εὖ, quod ob id ipsum in Vat. abiectum esse video. Nisi forte interpretari volueris: etiam in alia quavis civitate facile est hominibus vel male vel bene facere et cum iis agere pro arbitrio. Quod tamen habet cur displicere debeat. Neque obscurum est, cur ῥᾴδιον sit invectum. Nempe comparativus non videbatur commode coire cum ἐν τῇδε δὲ καὶ πάνυ. In quo tamen nihil inest difficultatis, modo repetas integram sententiam ῥᾷόν ἐστι κακῶς ποιεῖν

νων, νῦν δὲ ἀγνοεῖ· σὺ δέ μοι εἰπέ, οὐ καὶ παρ' ὑμῖν εἰσὶ καλοὶ κἀγαθοὶ ἄνδρες;

MEN. Πάνυ γε.

ΣΩ. Τί οὖν; ἐθέλουσιν οὗτοι παρέχειν αὑτοὺς B διδασκάλους τοῖς νέοις καὶ ὁμολογεῖν διδάσκαλοί τε εἶναι ἢ διδακτὸν ἀρετήν;

MEN. Οὐ μὰ τὸν Δία, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ τοτὲ μὲν ἂν αὐτῶν ἀκούσαις ὡς διδακτόν, τοτὲ δὲ ὡς οὔ.

ΣΩ. Φῶμεν οὖν τούτους διδασκάλους εἶναι τούτου τοῦ πράγματος, οἷς μηδὲ αὐτὸ τοῦτο ὁμολογεῖται;

MEN. Οὔ μοι δοκεῖ, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Τί δὲ δή; οἱ σοφισταί σοι οὗτοι, οἵπερ μόνοι ἐπαγγέλλονται, δοκοῦσι διδάσκαλοι εἶναι ἀρετῆς;

P. 95. *οὐ καὶ παρ' ὑμῖν*] Sic Bodl. Coisl. Vat. *A.* Ven. *Ξ.* Ambr. Vat. b. r. Vind 1. Flor. x. Vett. editt. *ἡμῖν.*

B. *ἢ διδακτὸν ἀρετή*] Pro *ἢ* Bekkerus de coniectura. Fr. A. Wolfii dedit *καί.* sed v. infra ann.

Τί δὲ δή; οἱ σοφ.] *δαὶ* Bodl. Vat. *A.* ut solent.

ἀνθρώπους ἢ εὖ. Nisi forte ad *καὶ πάνυ* malueris intelligere *ῥᾴδιον*, ut positivus ex comparativo assumatur: quod ipsum tale est, ut facile tolerari queat.

P. 95. *καὶ παρ' ὑμῖν*] in Thessalia.

B. *διδάσκαλοί τε εἶναι ἢ δ. ἀρ.*] Leve anacoluthon, siquidem post *τε* non *καὶ* sed *ἢ* infertur. Sed quanta Graeci hac in re usi sint libertate, vel ea demonstrabunt quae collegit Aug. Matthiae Gr. §. 626. Nec desunt alia exempla istius *ἤ* sic apud Platonem post *τε* subiecti. v. Ion. p. 535. D. Theaetet. p. 143. C. Recte Ullricus verba interpretatur sic: num isti apud vos se profitentur adolescentium magistros esse, aut certe, si hoc non faciunt, illud tamen dicunt, quod superiore disputatione (p. 89. C. D.) eodem redire demonstratum est, posse eam doceri? Ad eandem normam exigendi sunt etiam ii loci, quos ad Ionem indicavimus.

οἷς μηδὲ αὐτὸ τοῦτο —] H. e. *εἰ αὐτοῖς μηδὲ αὐτὸ τ.* Neque enim *οὐδὲ* scriptum est, quod alium verborum sensum efficeret. Est autem *αὐτὸ τοῦτο* id ipsum, in quo rei cardo versatur. — *μόνοι ἐπαγγέλλονται*, sc. *διδάσκαλοι ἀρετῆς εἶναι.*

C *MEN.* Καὶ Γοργίου μάλιστα, ὦ Σώκρατες, ταῦτα ἄγαμαι, ὅτι οὐκ ἄν ποτε αὐτοῦ τοῦτο ἀκούσαις ὑπισχνουμένου, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων καταγελᾷ, ὅταν ἀκούσῃ ὑπισχνουμένων· ἀλλὰ λέγειν οἴεται δεῖν ποιεῖν δεινούς.

ΣΩ. Οὐδ' ἄρα σοὶ δοκοῦσιν οἱ σοφισταὶ διδάσκαλοι εἶναι;

MEN. Οὐκ ἔχω λέγειν, ὦ Σώκρατες. καὶ γὰρ αὐτὸς ὅπερ οἱ πολλοὶ πέπονθα· τοτὲ μέν μοι δοκοῦσι, τοτὲ δὲ οὔ.

ΣΩ. Οἶσθα δέ, ὅτι οὐ μόνον σοί τε καὶ τοῖς
D ἄλλοις τοῖς πολιτικοῖς τοῦτο δοκεῖ τοτὲ μὲν εἶναι διδακτόν, τοτὲ δ' οὔ, ἀλλὰ καὶ Θέογνιν τὸν ποιητὴν οἶσθ' ὅτι ταὐτὰ ταῦτα λέγει;

MEN. Ἐν ποίοις ἔπεσιν;

D. *οἶσθ' ὅτι ταὐτὰ ταῦτα λ.*] *ταὐτὰ* addunt Bodl. Coisl. Vat. D. Ven. ΞΣ. Vind. 1. 2. Par. BC. Vat. b. r. Flor. a. b. c. o. x. ed. Bas. 2. et in marg. Steph.; omittunt Ald. Bas. 1. et Steph.

συμμίσγῃς, ἀπ.] Libri corruente metro *συμμιγῇς*, quod

C. *Γοργίου μάλιστα — ταῦτα ἄγαμαι*] und am Gorgias bewundere ich dieses am meisten. Pendet genitivus ex pronomine *ταῦτα*. Apol. Socr. in. *μάλιστα δὲ αὐτῶν ἓν ἐθαύμασα.* Protagor. p. 329. C. *ὃ δὲ ἐθαύμασά σου λέγοντος.* Theaet. p. 161. B. *ὃ δὲ θαυμάζω τοῦ ἑταίρου σου.* De Rep. II. p. 367. D. *τοῦτ' αὐτὸ ἐπαίνεσον δικαιοσύνης.* Ibid. p. 376. A. *ὃ καὶ ἄξιον θαυμάσαι τοῦ θρίου.* Menex. p. 240. D. *τοῦτο δὴ ἄξιον ἐπαινεῖν τῶν ἀνδρῶν.* Xenoph. Mem. I. 1, 12. *πρῶτον μὲν αὐτῶν ἐσκόπει, πότερά ποτε νομίσαντες κ. τ. λ.* Id. Agesil. VIII. 4. *ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο ἐπαινῶ Ἀγησιλάου τὸ ὑπεριδεῖν.* Sed alia multa id genus coegerunt Fr. Ellendt. ad Arrian. Expeditt. IV. 19, 9. Matthiae Gr. §. 317. Ceterum hic locus facete urbaneque Gorgiae ridet inconstantiam, qui quum re vera cum Protagora in hac re consentiret, tamen virtutis magister i. e. sophista, haberi nollet. De re v. Foss. De Gorgia Leont. p. 41. et supra ad p. 71. E.

ὅπερ οἱ πολλοὶ πέπονθα· τοτὲ μέν μοι —] V. ad Sympos. p. 198. C. Apolog. p. 22. A. Supra p. 74. A. *πάλιν — ταὐτὸν τοῦτο πεπόνθαμεν· πολλὰς αὖ εὑρήκαμεν ἀρετὰς μίαν ζητοῦντες.*

D. *ἀλλὰ καὶ Θέογνιν τὸν ποιητὴν οἶσθ' ὅτι τ. τ. λ.*] Poterat simpliciter hunc in modum pergere: *ἀλλὰ καὶ Θέογνις*

ΣΩ. Ἐν τοῖς ἐλεγείοις, οὗ λέγει
καὶ παρὰ τοῖσιν πῖνε καὶ ἔσθιε, καὶ μετὰ τοῖσιν
ἵζε, καὶ ἄνδανε τοῖς, ὧν μεγάλη δύναμις.
ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλὰ διδάξεαι· ἢν δὲ κακοῖσιν
συμμίσγῃς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον.
οἶσθ' ὅτι ἐν τούτοις μὲν ὡς διδακτοῦ οὔσης τῆς ἀρε- E
τῆς λέγει;

ΜΕΝ. Φαίνεταί γε.

ΣΩ. Ἐν ἄλλοις δέ γε ὀλίγον μεταβάς,
εἰ δ' ἦν ποιητόν, φησί, καὶ ἔνθετον ἀνδρὶ νόημα,
λέγει πως, ὅτι
πολλοὺς ἂν μισθοὺς καὶ μεγάλους ἔφερον
οἱ δυνάμενοι τοῦτο ποιεῖν, καὶ
οὔ ποτ' ἂν ἐξ ἀγαθοῦ πατρὸς ἔγεντο κακός,
πειθόμενος μύθοισι σαόφροσιν. ἀλλὰ διδάσκων 96
οὔ ποτε ποιήσεις τὸν κακὸν ἄνδρ' ἀγαθόν.

correxit Bekker, quem v. ad Theognid. v. 35. *συμίσγῃς* habet unus codex Xenoph. Mem. I. 2, 20. Et certa est scriptura Theogn. v. 1165. ed. Bkk. *τοῖς ἀγαθοῖς σύμισγε.* Igitur cum Buttmanno Bekkeri rationem sequuti sumus.

E. *Ἔγεντο κακός*] Libri *ἐγένετο.*

ταὐτὰ ταὐτὰ λέγει. Nunc repetito *οἶσθ' ὅτι*, quod est assensionem expectantis, constructionis rationem paullulum inflexit. De isto *οἶσθ' ὅτι* dictum ad Phaedon. p. 72. A. Gorg. p. 486. A. Deinde *ἐν ποίοις ἔπεσιν* cum admiratione quadam dicitur: quod si sensisset Schleiermacherus hanc interrogationem non erat iudicaturus minus Platonicam. Sic *ποῖος* dicitur Hipp. mai. p. 285. D. ubi v. ann.

καὶ παρὰ τοῖσιν πῖνε] V. Theognidea v. 33 sqq. ed. Bekker. Leguntur versiculi etiam apud Xenoph. Mem. I. 2, 20.

E. *ὀλίγον μεταβάς*] Theognid. v. 435. ed. Bekker. Bekkerus *καταβὰς* corrigendum censet. Sed *μεταβαίνειν* est transire ad aliam sententiam. Post *ποιητὸν* in editt. Theogn. interponitur *τι* postulante metro. Apud Platonem tamen quia verba afferuntur liberius, vocula recte potuit omitti.

λέγει πως, ὅτι] Haec per anacoluthiam quandam interponuntur. Sed nimirum abrupto sermonis filo nunc mirationem suam significans denuo redorditur orationem sic: dicit nescio quo modo, multam magnamque retulisse mercedem eos etc. Nam *πως* illud est nescio quo modo, ut Cratyl. p. 428. C. Phaedr. p. 235. C. al.

ἐννοεῖς, ὅτι αὐτὸς αὐτῷ πάλιν περὶ τῶν αὐτῶν τἀναντία λέγει;

MEN. Φαίνεται.

ΣΩ. Ἔχεις οὖν εἰπεῖν ἄλλου ὁτουοῦν πράγματος, οὗ οἱ μὲν φάσκοντες διδάσκαλοι εἶναι οὐχ ὅπως ἄλλων διδάσκαλοι ὁμολογοῦνται, ἀλλ' οὐδὲ αὐτοὶ
B ἐπίστασθαι, ἀλλὰ πονηροὶ εἶναι περὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ πρᾶγμα, οὗ φασὶ διδάσκαλοι εἶναι, οἱ δὲ ὁμολογούμενοι αὐτοὶ καλοὶ κἀγαθοὶ τοτὲ μέν φασιν αὐτὸ διδακτὸν εἶναι, τοτὲ δὲ οὔ; τοὺς οὖν οὕτω τεταραγμένους περὶ ὁτουοῦν φαίης ἂν σὺ κυρίως διδασκάλους εἶναι;

MEN. Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ μήτε οἱ σοφισταὶ μήτε οἱ αὐτοὶ καλοὶ κἀγαθοὶ ὄντες διδάσκαλοί εἰσι τοῦ πράγματος, δῆλον, ὅτι οὐκ ἂν ἄλλοι γε;

MEN. Οὔ μοι δοκεῖ.

P. 96. C. *τοῦτο μηδὲ διδ. εἶναι*] Vulgo *τοῦτο διδακτὸν μὴ εἶναι*. Bodl. Coisl. Vat. *A*. Par. BCEF. Ambr. Vat. b. r. Vind. 1. Flor. a. b. c. o. *τοῦτο μήτε δ. εἶναι*. Sed verum est *μηδέ*, quod restituit Bekkerus. Nec vero probanda Buttmanni sententia est, qui ex hoc loco collegit etiam supra p. 89. D. reponendum esse *μηδὲ διδακτὸν εἶναι*. Quanquam enim *μηδὲ* hoc loco sedem habet

P. 96. *ἄλλου ὁτουοῦν πράγματος, οὗ —*] Explicanda haec sunt ex anacoluthia aut, si mavis, ex duarum constructionum confusione. Poterat enim dici aut *ἔχεις οὖν εἰπεῖν ἄλλου ὁτουοῦν πράγματος διδασκάλους, οἳ φάσκοντες μὲν διδάσκαλοι εἶναι κ. τ. λ.* aut *ἔχεις οὖν εἰπεῖν ἄλλο ὁτιοῦν πρᾶγμα, οὗ οἱ μὲν φ.* Quod utrumque in unum mixtum conflatumque est. conf. Krüger. De Attractione p. 226. — *οὐχ ὅπως* est non modo non; v. Matthiae Gr. §. 623. Buttmann. Gr. §. 137. Totius loci sententiam sic declarasse iuvabit: Nostine ullam aliam rem, cuius qui se magistros profitentur, ii non modo non aliorum magistri esse censeantur, sed ne ipsi quidem eam iudicentur recte didicisse, verum in illa ipsa re, quam profitentur, sese turpiter dare? aut quam qui vulgo putantur ipsi in ea excellere, tamen modo doceri posse aiant, modo doceri posse negent? atque homines adeo iudicio suo fluctuantes censebis cuiusquam rei maxime esse magistros?

ΣΩ. Εἰ δέ γε μὴ διδάσκαλοι, οὐδὲ μαθηταί;

MEN. Δοκεῖ μοι ἔχειν ὡς λέγεις.

ΣΩ. Ὡμολογήκαμεν δέ γε, πράγματος οὗ μήτε διδάσκαλοι μήτε μαθηταὶ εἶεν, τοῦτο μηδὲ διδακτὸν C εἶναι;

MEN. Ὡμολογήκαμεν.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἀρετῆς οὐδαμοῦ φαίνονται διδάσκαλοι;

MEN. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Εἰ δέ γε μὴ διδάσκαλοι, οὐδὲ μαθηταί;

MEN. Φαίνεται οὕτως.

ΣΩ. Ἀρετὴ ἄρα οὐκ ἂν εἴη διδακτόν;

MEN. Οὐκ ἔοικεν, εἴπερ ὀρθῶς ἡμεῖς ἐσκέμμε- D θα. ὥστε καὶ θαυμάζω δή, ὦ Σώκρατες, πότερόν ποτε οὐδ' εἰσὶν ἀγαθοὶ ἄνδρες, ἢ τίς ἂν εἴη τρόπος τῆς γενέσεως τῶν ἀγαθῶν γιγνομένων.

certissimam, tamen nihil prohibet, quominus in superioribus, ad quae hic sane respicitur, simplex *μὴ* pro vero rectoque habeatur.

D. *ὀρθῶς ἡμεῖς ἐσκέμμεθα*] Sic Bodl. Coisl. Vat. *A.* Ven. *ΞΣ.* Vind. 1. 2. Par. BC. Ambr. Vat. b. r. Flor. a. b. c. o. x. Vett. editt. *ἐσκεψάμεθα.*

τῶν ἀγαθῶν γιγνομένων] *γιγνομένων* om. Coisl.

B. *πράγματος, οὗ μήτε διδάσκαλοι — εἶεν, τοῦτο —*] De optativo v. ad p. 89. C. Habemus vero hic attractionem inversam, de qua v. Matthiae Gr. §. 474. C. Buttmann. §. 151. 4. Rost. §. 99. 9. ann. 7. Krüger. De Attractione p. 225. et nostra ad Lysid. p. 221. B. Similis ratio est De Rep. VII. p. 520. D. ubi addita etiam praepositio aliqua.

D. *πότερόν ποτε οὐδ' εἰσὶν*] Cavendum magnopere est, ne *ἤ* praecedenti *πότερον* respondere existimetur. Nam *ἤ* hic significat aut. Enimvero *πότερον* non raro sic solum ponitur, quanquam id negavit Heindorfius ad Phaedon. p. 98 sq. Sed ipse Plato Protagor. p. 359. C. *πότερον οἱ μὲν δειλοὶ ἐπὶ τὰ θαῤῥαλέα ἔρχονται, οἱ δὲ ἀνδρεῖοι ἐπὶ τὰ δειλά*; Leg. I. p. 626. C. *πότερ' οὖν δὴ πόλεσι μὲν πρὸς πόλεις ὀρθὸν τοῦτ' ἐστί, κώμῃ δὲ πρὸς κώμην ἕτερον*; Lysid. p. 205. A. *πότερον, ἦν δ' ἐγώ, καὶ τὸ ἐρᾶν ἕκαστος εἰ οὗ λέγει ὅδε*; ubi non subiicitur *ἤ*. Alcibiad. I. p. 107. A. *πότερον οὖν, ὅταν περὶ γραμμάτων Ἀθηναῖοι βουλεύωνται, πῶς ἂν ὀρθῶς γράφοιεν, τότε ἀναστήσει αὐτοῖς συμβουλεύσων*; Alia dabit Bor-

ΣΩ. *Κινδυνεύομεν, ὦ Μένων, ἐγώ τε καὶ σὺ φαῦλοί τινες εἶναι ἄνδρες, καὶ σέ τε Γοργίας οὐχ ἱκανῶς πεπαιδευκέναι καὶ ἐμὲ Πρόδικος. παντὸς μᾶλλον οὖν προσεκτέον τὸν νοῦν ἡμῖν αὐτοῖς, καὶ ζητητέον, ὅστις ἡμᾶς ἑνί γέ τῳ τρόπῳ βελτίους ποιήσει*
E *(λέγω δὲ ταῦτα ἀποβλέψας πρὸς τὴν ἄρτι ζήτησιν· ὡς ἡμᾶς ἔλαθε καταγελάστως, ὅτι οὐ μόνον ἐπιστήμης ἡγουμένης ὀρθῶς τε καὶ εὖ τοῖς ἀνθρώποις πράττεται τὰ πράγματα), ἢ [εἰ μὴ τοῦτο δοίημεν, ὡς οὐ μόνον ἐπιστήμης ἀλλὰ καὶ ἄλλου τινός,] ἴσως καὶ διαφεύγειν ἡμᾶς τὸ γνῶναι, τίνα ποτὲ τρόπον γίγνονται οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες.*

ΜΕΝ. Πῶς τοῦτο λέγεις, ὦ Σώκρατες;

καὶ σέ τε Γοργίας] τε om. Vat. *A*.

ἑνί γέ τῳ τρόπῳ] Sic Flor. c. Vind. 2. Vulgo *ἑνί γε τῷ τρ.*

E. *εἰ μὴ τοῦτο δοίημεν — ἄλλου τινός*] Desunt haec verba in Bodl. Coisl Vat. *A*. Ven. *ΞΣ*. Vind. 1. 2. Flor. a. b. c. o. x. Par. BCF. Ambr. Vat. b. r. et pr. Par. E. Nec expressit

nemannus in Dissertat. de gemina Cyropaed. et Tyrii. Max. recens. p. 40. ad Xenoph. Mem. IV. 4, 7. et Wunder. ad Sophocl. Antig. v. 284. Itaque locus sic explicandus videtur: itaque iam mirabundus dubito, utrum tandem nereperiantur quidem boni viri (an seeus statuendum sit), aut quae esse possit ratio, qua boni viri existant, si quidem fiant *γιγνομένων*).

καὶ σέ τε Γοργίας — πεπαιδευκέναι] Intell. *κινδυνεύει*. Solet autem Socrates ita non sine cavillatione quadam se profiteri Prodici discipulum, ut Charmid. p. 163. D. Protagor. p. 341. A. Cratyl. p. 384. C.

ὅστις ἡμᾶς ἑνί γέ τῳ τρόπῳ —] qui certe una aliqua ratione nos meliores sit redditurus. Sic *ἑνί γέ τῳ τροπῳ* dictum Phaedr. p. 242. B. ubi v. Heindorf. Proxima quomodo vel emendanda vel interpretanda essent, unus omnium optime perspexit Car. Fr. Hermann. ad Lucian. De Histor. Script. p. 42. Is enim ejectis illis insiticiis, *εἰ μὴ τοῦτο δοίημεν — ἄλλου τινός*, quae iam Ullricus et Buttmannus ejicienda viderant, verba *λέγω δὲ ταῦτα ἀποβλέψας — πράττεται τὰ πράγματα* inclusit parenthesi: quo facto constructio verborum sanequam recta oritur atque perspicua. Nam post *ἤ*, alioquin, iam facile ex praecedenti *προσεκτέον καὶ ζητητέον* intelligitur *ἀναγκαῖόν ἐστιν*, ex quo ipso infinitivus *διαφεύγειν* pendere existimandus est. Genus loquendi adtigimus ad Gorg. q. 492. D. Criton. p. 51. B. ubi post verbalia in *τέον* in

ΣΩ. Ὧδε· ὅτι μὲν τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας δεῖ ὠφελίμους εἶναι, ὀρθῶς ὡμολογήκαμεν τοῦτό γε, ὅτι οὐκ ἂν ἄλλως ἔχοι. ἦ γάρ;

MEN. Ναί. 97

ΣΩ. Καὶ ὅτι γε ὠφέλιμοι ἔσονται, ἂν ὀρθῶς ἡμῖν ἡγῶνται τῶν πραγμάτων, καὶ τοῦτό που καλῶς ὡμολογοῦμεν;

MEN. Ναί.

ΣΩ. Ὅτι δ' οὐκ ἔστιν ὀρθῶς ἡγεῖσθαι, ἐὰν μὴ φρόνιμος ᾖ, τοῦτο ὁμοιοί ἐσμεν οὐκ ὀρθῶς ὡμολογηκόσι.

MEN. Πῶς δὴ ὀρθῶς λέγεις;

ea Ficinus. Ex glossemate illa nata esse tam est certum quam quod est certissimum. v. infra commentar. Dein καὶ post Ἴσως om. Par. C. Ambr. διαφεύγει Flor. a. c. x., sed verus est infinitivus.

ὅτι μὲν τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας] Vett. editt. τοὺς μέν, quod mutatum e Bodl. Coisl. Vat. Δ. Ven. ΞΣ. Vind. 2. Par. BCF. Ambr. Vat. b. t. Flor. a. b. c. o. x.

altero membro item δεῖν vel simile verbum aliquod supplendum, et ad Remp. VI. p. 490. A. ubi exempla infinitivi sic post ἦ illati bene multa congessimus. quibus nunc addimus Phaedr. p. 271. E. Parmenid. p. 160. D. De Rep. VII. p. 525. B. Tim. p. 52. C. Atque idem usus post ἀλλὰ observatus a nobis est Euthydem. p. 266. C.

P. ὅτι μὲν τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας δ.] Hic quia non boni viri opponuntur aliis, sed tota enuntiatio respondet proximis illis, Ὅτι δὲ οὐκ ἔστιν ὀρθῶς ἡγεῖσθαι κ. τ. λ. apertum est, cur μὲν post ὅτι, neque post τοὺς ponendum fuerit.

P. 97. ἐὰν μὴ φρόνιμος ᾖ] In talibus vulgo τις supplere solent: quod quo iure ita fiat, ex annotatione ad p. 79. B. perspicuum erit. Non audiendus est Buttmannus, qui ὁ ἡγούμενος intelligit. Est autem hoc loco φρόνιμος is, qui certam exploratamque rei cuiuspiam scientiam tenet, i. e. εἰδώς.

Πῶς δὴ ὀρθῶς λέγεις;] H. e. τὸ ὀρθῶς, quo sensu istuc recte dicis, sive quid sibi vult tuum istud recte, quo nunc ipsum usus es? Nam ὀρθῶς nunc materialiter, quod dicunt, accipiendum. Ne vero articulum τὸ requiras, quem fuit qui aegre desideraret, secutus praecepta Matthiae Gr. §. 280. p. 731. ed. 3., etiam sine eo singula nomina memorari compertum habemus. Sophocl. Antigon. v. 565. ἀλλ' ἦ δε μέντοι μὴ λέγε. ubi Schol. recte interpretatur τὸ ἦδε. Ita si haec acceperis, neque cum Cornario δὴ in μὴ convertendum putabis neque audies Gedikium ante ὀρθῶς negationem οὐκ inculcantem.

ΣΩ. Ἐγὼ ἐρῶ. εἴ τις εἰδὼς τὴν ὁδὸν τὴν εἰς Λάρισσαν ἢ ὅποι βούλει ἄλλοσε, ῥαδίζοι καὶ ἄλλοις ἡγοῖτο, ἄλλο τι ὀρθῶς ἂν καὶ εὖ ἡγοῖτο;

MEN. Πάνυ γε.

B ΣΩ. Τί δ' εἴ τις ὀρθῶς μὲν δοξάζων ἥτις ἐστὶν ἡ ὁδός, ἐληλυθὼς δὲ μή, μηδ' ἐπιστάμενος, οὐ καὶ οὗτος ἂν ὀρθῶς ἡγοῖτο;

MEN. Πάνυ γε.

ΣΩ. Καὶ ἕως γ' ἂν που ὀρθὴν δόξαν ἔχῃ περὶ ὧν ὁ ἕτερος ἐπιστήμην, οὐδὲν χείρων ἡγεμὼν ἔσται, οἰόμενος μὲν ἀληθῆ, φρονῶν δὲ μή, τοῦ τοῦτο φρονοῦντος.

MEN. Οὐδὲν γάρ.

P. 97. εἴ τις εἰδὼς τὴν ὁδὸν —] Bodl. Coisl. Vat. *A*. Vind. 2. Par. BCEF. Ambr. Vat. b. r. Flor. a. b. c. o. *εἰ* omittunt. Post ἄλλοσε recte omittunt *εἰ* Coisl. Vat. *A*. Ven. ΞΣ. Par. BCF. Ambr. Vat. b. r. Vind. 1. Flor. a. b. c. o. x. vid. infra commentar.

ἄλλο τι ὀρθῶς ἂν] ἢ vulgo post ἄλλο τι interpositum spernunt Bodl. Coisl. Vat. *A*. Par. BCEF. Ambr. Vat. b. r. Vind. 1. Flor. a. b. c. o. x. igitur cum Bekkero extrusimus.

Ἐγὼ ἐρῶ. εἴ τις εἰδὼς τὴν ὁδόν] Mira est in hoc loco scripturae discrepantia. Olim enim *εἰ* bis scribebatur, siquidem alterum post ἄλλοσε, alterum ante τὶς εἰδὼς erat interpositum; nunc utrumque valde sublestae fidei est, quum et priore et posteriore loco in plurimis iisque partim optimis libris desideretur. Quocirca Winckelmannus Praefat. ad Euthydem. p. XIV. illud utrobique delendum censuit tanquam ex supplemento grammatici alicuius invectum. Neque ea ratio per se est improbabilis, modo ne ipsa loquendi consuetudo ei nonnihil officeret. Nam primum quidem offensionem illud habet, quod τὶς sic in principio collocatum linguae legibus prorsus adversatur. Quod enim Winckelmannus, ut tollatur hic scrupulus, Hermannum ad Vigerum p. 730. conferri iubet, non reputavit ab hoc illud τὶς illustrari, quod interrogationi inservit atque ecquis vertendum est. Deinde etiam optativus sic libere positus multum habet dubitationis, siquidem haec forma enuntiati hypothetici ea tantum lege et condicione usurpatur, de qua ad Cratylum p. 421. et alibi explicavimus. Itaque ego in ea sum opinione, ut *εἰ* ante τὶς εἰδὼς per errorem omissum fuisse putem, unde extiterunt qui voculam post ἄλλοσε inveherent. Quod enim Winckelmannus librarios ait nimis prodigos

ΣΩ. Δύξα ἄρα ἀληθὴς πρὸς ὀρθότητα πράξεως οὐδὲν χείρων ἡγεμὼν φρονήσεως. καὶ τοῦτό ἐστιν, ὃ νῦν δὴ παρελείπομεν ἐν τῇ περὶ τῆς ἀρετῆς σκέψει, ὁποῖόν τι εἴη, λέγοντες, ὅτι φρόνησις μόνον ἡγεῖται τοῦ ὀρθῶς πράττειν· τὸ δὲ ἄρα καὶ δόξα ἦν ἀληθής.

MEN. Ἔοικέ γε.

ΣΩ. Οὐδὲν ἄρα ἧττον ὠφέλιμόν ἐστιν ὀρθὴ δόξα ἐπιστήμης.

MEN. Τοσούτῳ γε, ὦ Σώκρατες, ὅτι ὁ μὲν τὴν ἐπιστήμην ἔχων ἀεὶ ἂν ἐπιτυγχάνοι, ὁ δὲ τὴν ὀρθὴν δόξαν τοτὲ μὲν ἂν τυγχάνοι, τοτὲ δ' οὔ.

ΣΩ. Πῶς λέγεις; ὁ ἀεὶ ἔχων ὀρθὴν δόξαν οὐκ ἀεὶ τυγχάνοι, ἕωσπερ ὀρθὰ δοξάζοι;

B. ὀρθῶς μὲν δοξάζων] μὲν εἴη δοξάζων Ven. ΣΣ. Vind. 2. male.

C. Ἔοικέ γε.] γε om. Steph. invitis codd.

τοτὲ μὲν ἂν τυγχάνοι] Vett. edilt. ἐπιτυγχάνοι, quod ex Bodl. Coisl. Vat. Δ. Ven. Σ. Vind. 2. Par. BCEF. Ambr. Vat. b. Flor. a. b. c. o. x. mutatum. Ceterum Bodl. hic et in proximis αἰεὶ scriptum habet.

ἕωσπερ ὀρθὰ δοξάζοι] Vett. edilt. ἕωσπερ ἂν ὀρθ. δ. Sed ἂν om. Bodl. Coisl. Vat. Δ. et ceteri omnes praeter unum

condicionalis particulae fuisse, eodem certe iure licebit contendere eos haud raro etiam illius fuisse negligentes: id quod ex parte testimoniorum ab ipso allatorum iam alibi demonstravisse videmur. v. ad Euthydem. p. 300. A. Cratyl. p. 405. D. al. Ceterum hoc rei exemplum etsi veram scientiae naturam non accurate illustrat, tamen Menonis Thessali ingenio satis esse accommodatum nobis plane persuasimus.

B. μηδ' ἐπιστάμενος] Int. ἡγοῖτο. Glossema redolet quod est in Venett. et Vind. εἴη δοξάζων.

οἰόμενος μὲν ἀληθῆ] In his οἴεσθαι de opinione, φρονεῖν de veri scientia intelligendum. Dein τοῦτο post ἀληθῆ illatum neminem morabitur, siquidem in universum τὸ ἀληθὲς cogitandum est.

C. τὸ δὲ ἄρα καὶ δύξα ἦν ἀληθής] quum tamen esset etiam vera opinio sc. dux recte agendi. Formulam illustravi ad Symp. p. 198. D. et Remp. II. p. 357. A. De discrimine, quod inter δόξαν et ἐπιστήμην intercedit v. De Rep. VI. p. 506. C sqq.

ὃ ἀεὶ ἔχων ὀρθὴν δόξαν οὐκ ἀεὶ τυγχάνοι] Prorsus convenit in hunc locum, quod primus Reisigius de particula ἄν p. 123 sqq. et p. 132 sq. docuit, optativum per se so-

MEN. Ἀνάγκη μοι φαίνεται, ὥστε θαυμάζω,
D ὦ Σώκρατες, τούτου οὕτως ἔχοντος, ὅ τι δήποτε πολὺ τιμιωτέρα ἡ ἐπιστήμη τῆς ὀρθῆς δόξης, καὶ δι' ὅ τι τὸ μὲν ἕτερον, τὸ δὲ ἕτερόν ἐστιν αὐτῶν.

ΣΩ. Οἶσθα οὖν δι' ὅ τι θαυμάζεις, ἢ ἐγώ σοι εἴπω;

MEN. Πάνυ γ' εἰπέ.

ΣΩ. Ὅτι τοῖς Δαιδάλου ἀγάλμασιν οὐ προσέσχηκας τὸν νοῦν· ἴσως δὲ οὐδ' ἔστι παρ' ὑμῖν.

MEN. Πρὸς τί δὲ δὴ τοῦτο λέγεις;

ΣΩ. Ὅτι καὶ ταῦτα, ἐὰν μὲν μὴ δεδεμένα ᾖ, ἀποδιδράσκει καὶ δραπετεύει, ἐὰν δὲ δεδεμένα, παραμένει.

E *MEN.* Τί οὖν δή;

Ven. Ξ. Contra Flor. x. addit voculam in praecedentibus, quae sic scripta praebet: *ἀεὶ ἂν τυγχάνοις ὥςπερ ἂν ὀρθά*. Et requiri *ἄν* ad sensum Struvius censuit, qui praeterea dein reponendum suspicatus est: *ἕωςπερ ἂν ὀρθὰ δοξάζῃ*.

D, *δι' ὅ τι θαυμάζεις*] *Θαυμάζοις* Bodl. Coisl. Vat. *Δ*.

lum usurpari, sicubi res ex alius personae mente cogitanda sit, quod fit maxime in interrogationibus. Nam locus haud dubie sic interpretandus est; Quid ais? qui semper habet rectam opinionem, is ex tua sententia non semper voti sui compos fiet, quamdiu recte opinetur? Itaque Struvio *οὐκ ἂν ἀεὶ τυγχάνοι* corrigenti coniecturae suae lubenter gratiam habemus. Quemadmodum autem hoc loco *ἄν* invitis codicibus suscipi nolumus, ita in proximis idem adversantibus illis restituendum esse paene persuasum habemus. Non enim soloecum est *ἕωςπερ ἂν ὀρθὰ δοξάζοι*, sed ex coniunctivi in optativum conversione explicandum; quod quid sibi velit, ex annotatione ad Phaedonem p. 101. D. perspicitur. Hoc unum nobis obstat, quod librorum illud exhibentium tanta est paucitas et exigua sane auctoritas.

D, *δι' ὅ τι τὸ μὲν ἕτερον — αὐτῶν*] H. e. cur diversa sit recta opinio et scientia. Cuius rei causam Socrates deinceps eleganti allegoria ex eo repetit, quod scientia semper sit eadem atque immutabilis, opinio autem incerta et instabilis habeatur.

Δαιδάλου ἀγάλμασιν] Finxit enim Daedalus *τὰ σκέλη* simulacrorum non *σύμπoδα* sive *συμβεβηκότα*, quod pristini artifices fecerant, sed *διαβεβηκότα*: unde statuae eius narrabantur incedere potuisse. Scholiastes

ΣΩ. Τῶν ἐκείνου ποιημάτων λελυμένον μὲν ἐκτῆσθαι οὐ πολλῆς τινὸς ἄξιόν ἐστι τιμῆς, ὥσπερ δραπέτην ἄνθρωπον — οὐ γὰρ παραμένει —, δεδεμένον δὲ πολλοῦ ἄξιον· πάνυ γὰρ καλὰ τὰ ἔργα ἐστί. πρὸς τί οὖν δὴ λέγω ταῦτα; πρὸς τὰς δόξας τὰς ἀληθεῖς. καὶ γὰρ αἱ δόξαι αἱ ἀληθεῖς, ὅσον μὲν ἂν χρόνον παραμένωσι, καλὸν τὸ χρῆμα, καὶ πάντα τἀγαθὰ ἐργάζονται· πολὺν δὲ χρόνον οὐκ ἐθέλουσι 98 *παραμένειν, ἀλλὰ δραπετεύουσιν ἐκ τῆς ψυχῆς τοῦ ἀνθρώπου, ὥστε οὐ πολλοῦ ἄξιαί εἰσιν, ἕως ἄν τις αὐτὰς δήσῃ αἰτίας λογισμῷ. τοῦτο δ' ἐστίν, ὦ Μένων ἑταῖρε, ἀνάμνησις, ὡς ἐν τοῖς πρόσθεν ἡμῖν ὡμολόγηται. ἐπειδὰν δὲ δεθῶσι, πρῶτον μὲν ἐπιστῆμαι γίγνονται, ἔπειτα μόνιμοι. καὶ διὰ ταῦτα δὴ τιμιώτερον ἐπιστήμη ὀρθῆς δόξης ἐστί, καὶ διαφέρει δεσμῷ ἐπιστήμη ὀρθῆς δόξης.*

Ven. Σ. Vind. 2. Par. BCH. Ambr. Vat. b. Flor. a. d. o. *Θαυμάζοι* Par. F.

E. *καὶ πάντα τἀγαθὰ ἐρ.*] Excripsit hunc locum Stob. Eclogg. Eth. p. 362. ed. Heeren.

ad h. l. *Τῶν πάλαι δημιουργῶν πλαττόντων τὰ ζῶα συμμεμυκότας ἔχοντα τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ οὐ διοιγνύντας τοὺς πόδας, ἀλλ' ἑστῶτα σύμπoδα, Λαίδαλος ἄριστος ἀγαλματοποιὸς ἐπιγεγονὼς πρῶτος ἀνεπετάννυσί τε τὰ τούτων βλέφαρα, ὡς δόξαι βλέπειν αὐτά, καὶ τοὺς πόδας, ὡς νομίσαι βαδίζειν, διίστησι· καὶ διὰ τοῦτο δεδέσθαι, ἵνα μὴ φύγοιεν, ὡς δῆθεν ἐμψύχων ἤδη γεγονότων αὐτῶν. τοῖς δεδεμένοις οὖν τὰς ἀληθεῖς ἐοικέναι δόξας φησί, τοῖς λελυμένοις δὲ τούτων τὰς ψευδεῖς.* conf. Suidas in v. *Δαιδάλου ποιήματα.* Ottfried. Müller. Archaeolog. §. 68. an. 3. Similis vero lusus est Euthyphron. p. 11. B. ubi definitiones pietatis ab Euthyphrone propositae, quia falsae semper apparent ideoque reiiciuntur, sicuti Daedali statuae discedere et aufugere dicuntur.

Πρὸς τί δὲ δὴ τοῦτο λέγεις] quorsum respiciens hoc ita dicis? ut saepe.

E. *καὶ γὰρ αἱ δόξαι αἱ ἀλ.*] nam *etiam* verae opiniones etc. v. ad Symp. p. 176. B.

P. 98. *ἕως ἄν τις αὐτὰς — λογισμῷ*] donec aliquis eas vinxerit causae cogitatione, h. e. donec intellectum sit, qua causa et ratione nitantur: nam ita demum oritur *ἐπιστήμη*, quam constat philosophum ex vita olim anteacta repetiisse, ut supra p. 81. C. et 86. A. ab ipso est expositum. Obscure autem hoc loco signifi-

MEN. Νὴ τὸν Δία, ὦ Σώκρατες, ἔοικε τοιούτῳ τινί.

B *ΣΩ.* Καὶ μὴν καὶ ἐγὼ ὡς οὐκ εἰδὼς λέγω, ἀλλ' εἰκάζων. ὅτι δέ ἐστί τι ἀλλοῖον ὀρθὴ δόξα καὶ ἐπιστήμη, οὐ πάνυ μοι δοκῶ τοῦτο εἰκάζειν, ἀλλ' εἴπερ τι ἄλλο φαίην ἂν εἰδέναι, ὀλίγα δ' ἂν φαίην, ἓν δ' οὖν καὶ τοῦτο ἐκείνων θείην ἂν ὧν οἶδα.

MEN. Καὶ ὀρθῶς γε, ὦ Σώκρατες, λέγεις.

ΣΩ. Τί δέ; τόδε οὐκ ὀρθῶς, ὅτι ἀληθὴς δόξα ἡγουμένη τὸ ἔργον ἑκάστης τῆς πράξεως οὐδὲν χεῖρον ἀπεργάζεται ἢ ἐπιστήμη;

P. 98. ἔοικε τοιούτῳ τινί] τινὶ τοιούτῳ Coisl.

B. ἀλλ' εἰκάζων] Sic Bodl. Coisl. Ven. ΞΣ. Vind. 1. 2. Par. BC. Ambr. Vat. b. r. Flor. a. b. c. o. x. Vett. editt. εἰκάζω, quod etiam Bekkerus retinuit.

οὐ πάνυ μοι δοκῶ] οὐ om. Bodl. Coisl. Vat. Δ. Par. BCF. Ambr. Vat. b. r. Flor. a. b. c. o. x. et pr. Par. E.

catur etiam honesti persuasionem, qua vera virtus nitatur, ad hanc scientiam referri oportere, quum vulgaris virorum civilium virtus, qualem docebant sophistae, maximeque Protagorei, una opinatione fulciatur.

B. ὡς οὐκ εἰδὼς λέγω, ἀλλ' εἰκάζων] Fuit qui οὐκ ὡς εἰδὼς scribendum iudicaret. Quod tamen ideo non est necessarium, quia deinde sequitur εἰκάζων participium, non εἰκάζω. Enimvero sententia verborum haec est: Atque ego haec dico ignorans, non coniiciens. Itaque οὐκ εἰδὼς unam efficit notionem estque idem prorsus quod ἀνεπιστήμων.

εἴπερ τι ἄλλο φαίην ἄν —] Prorsus eodem modo Protagor. p. 329. B. εἴπερ ἄλλῳ τῳ ἀνθρώπων πειθοίμην ἄν, καὶ σοὶ πείθομαι. ubi v. ann. Enimvero additur ἄν sententiae condicionali, si ipsa rursus a condicione suspenditur, ita ut condicionem sub condicione aliqua efficiat. Quo ipso fit, ut talis sententia verbo posse declarari queat. Veluti εἰ τοῦτο ἔχοις est si hoc habeas, quod num verum sit nescio, sed cogitatione fingo ac sumo te habere: εἰ τοῦτ' ἔχοις ἄν, si hoc habeas, quod sumo *te sub condicione aliqua* habere et eatenus habere *posse*, etsi nescio, num res vere ita sese habeat. Germanice haec verba reddere licebit: und wenn ich etwas anderes behaupten *würde* zu wissen, s. behaupten *könnte*. conf. Hermann. De ἄν particula p. 173 sq. Dein δ' οὖν propter interpositum istud ὀλίγα δ' ἂν φαίην epanalepsin efficit cum asseveratione, ut sit attamen, nihilo minus.

τοῦτο ἐκείνων θείην ἄν ὧν οἶδα] Eodem modo τιθέναι cum genitivo iunctum De Rep. IV. P. 424. C. 437. B. 439. A.

MEN. Καὶ τοῦτο δοκεῖς μοι ἀληθῆ λέγειν.

ΣΩ. Οὐδὲν ἄρα ὀρθὴ δόξα ἐπιστήμης χεῖρον C οὐδὲ ἧττον ὠφελίμη ἔσται εἰς τὰς πράξεις, οὐδὲ ἀνὴρ ὁ ἔχων ὀρθὴν δόξαν ἢ ὁ ἐπιστήμην.

MEN. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Καὶ μὴν ὅ γε ἀγαθὸς ἀνὴρ ὠφέλιμος ἡμῖν ὡμολόγηται εἶναι.

MEN. Ναί.

ΣΩ. Ἐπειδὴ τοίνυν οὐ μόνον δι' ἐπιστήμην ἀγαθοὶ ἄνδρες ἂν εἶεν καὶ ὠφέλιμοι ταῖς πόλεσιν, εἴπερ εἶεν, ἀλλὰ καὶ δι' ὀρθὴν δόξαν, τούτοιν δὲ

ἑκάστης τῆς πράξεως] Buttmannus cum Vind. 2. et pr. Ven. Ξ. τῆς omisit sine caussa idonea. v. ad Hippiam mai. p. 281. B.

ἀληθῆ λέγειν] Sic Bodl. Coisl. Vat. Δ. Par. BCEF. Ambr. Vat. b. r. Vind. 1. Flor. a. b. c. o. x. Vett. editt. ἀληθῶς.

Phileb. p. 66. D. al. Mox de articulo post ἑκάστης, quem Buttmannus cum aliquot codd. extrusit, v. ad Phaedr. p. 248. E. Hipp. mai. p. 281. B.

Καὶ τοῦτό μοι δοκεῖς ἀληθῆ λέγειν] Ex correctione natum est haud dubie quod vulgo circumfertur ἀληθῶς. Nam τοῦτο accusativus est absolutus: etiam hoc quod attinet, mihi videris vera dicere. Sic Lachet. p. 186. A. τοῦτο μὲν ἀληθῆ λέγεις, qui locus hinc et ipse satis communitur. Fallitur autem Buttmannus existimans ἀληθῆ, quippe quod cum λέγειν pro ἀληθῆς iungi soleat, cum τοῦτο tanquam subiecto copulari oporteret.

C. τούτοιν δὲ οὐδέτερον φ. — ἐπίκτητα] Frustra in hoc loco expediendo laborarunt viri docti. Quum enim in superioribus demonstratum non sit haud posse acquiri scientiam et opinionem, istud οὐδ' ἐπίκτητα aut eiiciendum statuerunt, quam rationem praeivit Cornarius, aut singulari modo interpretati sunt, siquidem cum Schleiermachero sumserunt ἐπίκτητον vocari id, quod quis suo sibi arbitrio possit comparare. Quorum omnium nihil verum est. Nempe neglexerunt homines doctissimi Socratem, filo orationis repente abrupto, iam ex ipso Menone quaerere, num ei alterutrum natura homini obtingere censeat. Itaque manifestum est ab illo aliquid inferri potuisse consulto, de quo antea nondum inter utrumque convenisse videretur. Praeparatur autem quodammodo hoc additamento via ac transitus ad illud, quod deinde virtutem nec doceri posse commonetur. Nam quod ibi διδακτὸν est ratione magistri habita, id in eo, qui docetur, dicendum haud dubie est ἐπίκτητον. Quum igitur probabilis ratio afferri possit, cur

οὐδέτερον φύσει ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις, οὔτε ἐπιστήμη
D οὔτε δόξα ἀληθής, οὐδ' ἐπίκτητα — ἢ δοκεῖ σοι φύσει ὁποτερονοῦν αὐτοῖν εἶναι;

MEN. Οὐκ ἔμοιγέ.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐπειδὴ οὐ φύσει, οὐδὲ οἱ ἀγαθοὶ φύσει εἶεν ἄν.

MEN. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Ἐπειδὴ δέ γε οὐ φύσει, ἐσκοποῦμεν τὸ μετὰ τοῦτο, εἰ διδακτόν ἐστι.

MEN. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν διδακτὸν ἔδοξεν εἶναι, εἰ φρόνησις ἡ ἀρετή;

MEN. Ναί.

ΣΩ. Καὶ εἴ γε διδακτὸν εἴη, φρόνησις ἂν εἶναι;

MEN. Πάνυ γε.

ΣΩ. Καὶ εἰ μέν γε διδάσκαλοι εἶεν, διδακτὸν
E ἂν εἶναι, μὴ ὄντων δὲ οὐ διδακτόν;

MEN. Οὕτως.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν ὡμολογήκαμεν μὴ εἶναι αὐτοῦ διδασκάλους;

MEN. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Ὡμολογήκαμεν ἄρα μήτε διδακτὸν αὐτὸ μήτε φρόνησιν εἶναι;

D. οὐδ' ἐπίκτητα] Legebatur ante Bekkerum οὔτ' ἐπ. Gedikius coni. ἀλλ' ἐπίκτητα, quod superscriptum in Par. E. Cornarius aliique haec verba pro suppositiciis habuerunt. Ceterum non liquet, num Bekkerus οὐδ' ex codd. hauserit, quod sane affirmat Schleiermacherus. Dein vulg. ἢ δοκεῖ correximus cum Schleiermachero et Bekkero e Vat. Δ. Ven. ΞΣ. Vind. 1. 2. Vat. ϑ. τ.

οὐδ' ἐπίκτητα adiectum legatur, vereor ne praepostere egerint, qui illud protenus deleri voluerunt.

D. Ἐπειδὴ δέ γε οὐ φύσει, ἐσκοποῦμεν —] Nondum poenitet coniecturae, qua olim legendum censuimus σκοπῶμεν. Nam recti venustique sensui utique adversatur, si quis hunc in modum loquatur: Quum autem non natura sint (εἰσὶ), considerabamus deinceps, num doceri posset. Nam ita in uno eodemque enuntiato diversa tempora

MEN. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν ἀγαθόν γε αὐτὸ ὡμολογοῦμεν εἶναι;

MEN. Ναί.

ΣΩ. Ὠφέλιμον δὲ καὶ ἀγαθὸν εἶναι τὸ ὀρθῶς ἡγούμενον;

MEN. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ὀρθῶς δέ γε ἡγεῖσθαι δύο ὄντα ταῦτα μόνα, δόξαν τε ἀληθῆ καὶ ἐπιστήμην, ἃ ἔχων ἄνθρωπος ὀρθῶς ἡγεῖται. τὰ γὰρ ἀπὸ τύχης γιγνόμενα οὐκ ἀνθρωπίνῃ ἡγεμονίᾳ γίγνεται· ᾧ δὲ ἄνθρωπος ἡγεμών ἐστιν ἐπὶ τὸ ὀρθόν, δύο ταῦτα, δόξα ἀληθὴς καὶ ἐπιστήμη. 99

MEN. Δοκεῖ μοι οὕτως.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐπειδὴ οὐ διδακτόν ἐστιν, οὐδ' ἐπιστήμη δὴ ἔτι γίγνεται ἡ ἀρετή;

MEN. Οὐ φαίνεται.

ΣΩ. Δυοῖν ἄρα ὄντοιν ἀγαθοῖν καὶ ὠφελίμοιν τὸ μὲν ἕτερον ἀπολέλυται, καὶ οὐκ ἂν εἴη ἐν πολιτικῇ πράξει ἐπιστήμη ἡγεμών. B

MEN. Οὔ μοι δοκεῖ.

ΣΩ. Οὐκ ἄρα σοφίᾳ τινὶ οὐδὲ σοφοὶ ὄντες οἱ

Καὶ εἴ γε διδακτὸν] *Κἂν εἴ γε* Bodl. Vat. *A.*

E. *ὡμολογήκαμεν μὴ εἶναι*] *ὧμ. ἆρα μὴ* Vat. r. *αὐτὸ ὡμολογοῦμεν*] *ὁμολογοῦμεν* Bodl. Coisl. Vat. *A.* Ven. *ΞΣ.* Vind. 2. Vat. b. r. Vind. 1. 2. Dein rursus *Nai* om. Vat. *A.* quae vocula saepe obliterata est.

P. 99. *ἔτι γίγνεται ἡ ἀρετή*] Sic de Schleiermacheri dedimus coniectura praeeunte Bekkero. Libri *ἐπιγίγνεται.*

temere miscentur. Quoniam autem Socrates rem iam in superioribus tractavit, recte deinde transit ad usum praeteriti: quo ipso effectum est, ut *σκοπῶμεν* in *ἐσκοποῦμεν* depravaretur. Mirum tamen verae lectionis vestigium in codicibus nullum esse servatum.

P. 99. *ᾧ δὲ ἄνθρωπος ἡγεμών ἐστιν*] Nihili est quod Stobaeus Eclogg. Ethic. p. 362. ed. Heeren. cum cod. Flor. x. praebet *ὧν.* Nam *ᾧ* est per quod, idemque plane significat quod praegressum *ἃ ἔχων.*

τοιοῦτοι ἄνδρες ἡγοῦντο ταῖς πόλεσιν, οἱ ἀμφὶ Θεμιστοκλέα τε καὶ οὗς ἄρτι Ἄνυτος ὅδε ἔλεγε. διὸ καὶ οὐχ οἷοί τε ἄλλους ποιεῖν τοιούτους οἷοι αὐτοί εἰσιν, ἅτε οὐ δι' ἐπιστήμην ὄντες τοιοῦτοι.

ΜΕΝ. Ἔοικεν οὕτως ἔχειν, ὦ Σώκρατες, ὡς λέγεις.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ μὴ ἐπιστήμῃ, εὐδοξίᾳ δή τὸ λοιπὸν γίγνεται, ᾗ οἱ πολιτικοὶ ἄνδρες χρώμενοι τὰς πόλεις ὀρθοῦσιν, οὐδὲν διαφερόντως ἔχοντες πρὸς τὸ φρονεῖν ἢ οἱ χρησμῳδοί τε καὶ οἱ θεομάντεις· καὶ γὰρ οὗτοι λέγουσι μὲν ἀληθῆ καὶ πολλά, ἴσασι δὲ οὐδέν ὧν λέγουσι.

ΜΕΝ. Κινδυνεύει οὕτως ἔχειν.

ΣΩ. Οὐκοῦν, ὦ Μένων, ἄξιον τούτους θείους

B. Οὐκοῦν εἰ μὴ ἐπιστήμῃ, εὐδοξίᾳ —] V. ἐπιστήμῃ, quod Stephanus bene correxit. Idem desiderabat εὐδοξία, nominativum.

B. οἱ ἀμφὶ Θεμιστοκλέα —] Themistocles et qui ei similes sunt, Männer wie Themistocles. Sic Cratyl. p. 399. E. οἱ ἀμφὶ Εὐθύφρονα, homines Euthyphroni similes, ubi v. Heindorf.

C. εὐδοξίᾳ δὴ τὸ λοιπὸν γ.] H. e. recte coniiciendi s. opinandi facultate. Qua vi et potestate etsi hoc uno loco dicitur vocabulum, tamen illud accommodate ad rem praesentem fictum esse quilibet facile largietur. Pro vulg. ἐπιστήμῃ recte Stephanus reposuit dativum. Repetuntur enim ita superiora οὐ δι' ἐπιστήμην ὄντες. Sed idem quod pro εὐδοξίᾳ nominativum desideravit, errasse existimandus est. Nam ob oculos Socrates iam habuit proximā: ᾗ οἱ πολιτικοὶ ἄνδρες χρωμένοι κ. τ. λ. ut dativus ob sequens ᾗ per quandam attractionem positus videatur. Dictionem ὀρθοῦν τὰς πόλεις ad Lachet. p. 181. A. illustravimus.

οὐδὲν διαφερόντως ἔχοντες —] Eandem sententiam habes Apol. Socr. p. 22. B. C. Ion. p. 533. E. De viris civilibus similiter iudicatur De Rep. VI. p. 493. A. Mox ἀληθῆ καὶ πολλὰ ne quis pro πολλὰ καὶ ἀληθῆ accipiat, habet καὶ augendi vim et potestatem, ut καὶ πολλὰ sit sane multa, de quo vocabulae usu exposuit Elmsl. ad Eurip. Med. v. 871.

πολλὰ καὶ μεγάλα κατορθοῦσιν ὡς πρ.] Non video causam idoneam, cur Buttmannus Platonem censeat dicturum fuisse potius: πολλὰ ὧν πράττουσι καὶ λέγουσι μεγάλα ἐστὶ κατορθώματα, ideoque scribendum suspicetur: κατορθοῦσι,

καλεῖν τοὺς ἄνδρας, οἵτινες νοῦν μὴ ἔχοντες πολλὰ καὶ μεγάλα κατορθοῦσιν ὧν πράττουσι καὶ λέγουσι;

MEN. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ὀρθῶς ἄρ' ἂν καλοῖμεν θείους τε, οὓς νῦν δὴ ἐλέγομεν χρησμῳδοὺς καὶ μάντεις καὶ τοὺς ποιητικοὺς ἅπαντας· καὶ τοὺς πολιτικοὺς οὐχ ἥκιστα τούτων φαῖμεν ἂν θείους τε εἶναι καὶ ἐνθουσιάζειν, ἐπίπνους ὄντας καὶ κατεχομένους ἐκ τοῦ θεοῦ, ὅταν κατορθῶσι λέγοντες πολλὰ καὶ μεγάλα πράγματα, μηδὲν εἰδότες ὧν λέγουσι. D

MEN. Πάνυ γε.

ΣΩ. Καὶ αἱ γε γυναῖκες δήπου, ὦ Μένων, τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας θείους καλοῦσι· καὶ οἱ Λάκωνες ὅταν τινὰ ἐγκωμιάζωσιν ἀγαθὸν ἄνδρα, θεῖος ἀνήρ, φασίν, οὗτος.

C. Ὀρθῶς ἄρ' ἂν καλ.] Vulgo Ὀρθῶς ἂν κ. Flor. x. ὀρθῶς ἄρα καλ. Hinc dedi Ὀρθῶς ἄρ' ἂν κ. Bekkerus ex corr. Par. F. scripsit Ὀρθῶς οὖν ἄν. Ficinus: Quamobrem merito divinos vocabimus.

δι' ὧν. Nam πολλὰ καὶ μεγάλα ὧν πράττουσι καὶ λέγουσι idem est quod πολλὰς καὶ μεγάλας πράξεις τε καὶ λόγους. Enthydem. p. 281. A. ἐπιστήμη ἦν ἡγουμένη καὶ κατορθοῦσα τὴν πρᾶξιν. Propterea statim subiicitur: ὅταν κατορθῶσι λέγοντες πολλὰ καὶ μεγάλα πράγματα.

Ὀρθῶς ἄρ' ἂν καλοῖμεν —] Hoc ex uno Flor. revocavi, qui habet ἄρα καλοῖμεν. Vulgo enim ἄρα desideratur, quod asyndeton hic prorsus est intolerabile. Deinde τε alicui facile videatur alieno loco esse collocatum. Et fuit quum noxmet ipsi οὓς τε νῦν δὴ ἐλ. coniecta remus. Sed sana est librorum scriptura. Ponitur enim vocula per anacoluthiam, siquidem subsequi deinde debuit proprie καὶ ἐνθουσιάζοντας. Quae tamen structura cur mutata sit atque inflexa, nemini obscurum esse potest. Itaque fallitur Buttmannus τε revera traiectum esse et ad οὓς pertinere existimans.

θεῖος ἀνήρ, φασίν, οὗτος] Casaubonus ad Athenaeum VIII. 16. p. 631. scriptum malebat σεῖος ἀνήρ, testem sententiae suae adhibens Aristotel. Ethic. Nicom. VII. 1. καθάπερ οἱ Λάκωνες εἰώθασι προσαγορεύειν, ὅταν ἀγασθῶσι σφόδρα τον, Σεῖος ἀνήρ, φασίν. conf. Dialog. de virt. p. 379. D. et Schol. ad Plat. Legg. p. 626. C. Fieri tamen potest, ut Plato usum vocabuli θεῖος apud Lacones tantummodo significare voluerit ideoque Atticam adhibuerit formam, non Laconicam, quae, si verum quaerimus, non σεῖος, sed potius σεῖορ fuit. v. Maittair. De dial. p. 196. ed. Sturz. De dia-

E *MEN. Καὶ φαίνονταί γε, ὦ Σώκρατες, ὀρθῶς λέγειν. καίτοι ἴσως Ἄνυτος ὅδε σοι ἄχθεται λέγοντι.*

ΣΩ. Οὐδὲν μέλει ἔμοιγε. τούτῳ μέν, ὦ Μένων, καὶ αὖθις διαλεξόμεθα· εἰ δὲ νῦν ἡμεῖς ἐν παντὶ τῷ λόγῳ τούτῳ καλῶς ἐζητήσαμέν τε καὶ ἐλέγομεν, ἀρετὴ ἂν εἴη οὔτε φύσει οὔτε διδακτόν, ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ
100 *παραγιγνομένη ἄνευ νοῦ, οἷς ἂν παραγίγνηται, εἰ μή τις εἴη τοιοῦτος τῶν πολιτικῶν ἀνδρῶν, οἷος καὶ ἄλλον ποιῆσαι πολιτικόν. εἰ δὲ εἴη, σχεδὸν ἄν τι οὗτος λέγοιτο τοιοῦτος ἐν τοῖς ζῶσιν, οἷον ἔφη Ὅμηρος ἐν τοῖς τεθνεῶσι τὸν Τειρεσίαν εἶναι, λέγων περὶ αὐτοῦ ὅτι Οἷος πέπνυται (τῶν ἐν Ἅιδου), αἱ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι. ταὐτὸν ἂν καὶ εὐθὺς τοιοῦτος ὥςπερ παρὰ σκιὰς ἀληθὲς ἂν πρᾶγμα εἴη πρὸς ἀρετήν.*

B *MEN. Κάλλιστα δοκεῖς μοι λέγειν, ὦ Σώκρατες.*

ΣΩ. Ἐκ μὲν τοίνυν τούτου τοῦ λογισμοῦ, ὦ Μένων, θείᾳ μοίρᾳ ἡμῖν φαίνεται παραγιγνομένη ἡ ἀρετὴ οἷς παραγίγνεται· τὸ δὲ σαφὲς περὶ αὐτοῦ εἰ-

P. 100. *τὸν Τειρεσίαν εἶναι*] *εἶναι* om. Ven. ΞΣ. Vind. 2. *αἱ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι*] V. *ταὶ δὲ σκ.* quod mutatum e Bodl. Coisl. Vat. Δ. Ven. Σ. Vind. 1. 2. Par. BCF. Ambr. Vat. b. r. Flor. a. b. c. x.

εὐθὺς τοιοῦτος] Sic Bodl. Coisl. Vat. Δ. Par. BCF. Ambr. Vat. b. r. Flor. a. b. c. o. Vett. editt. *εὐθὺς οὗτος τοιοῦτος.*

B. *ἐκ μὲν τοίνυν τούτου τ. λ.*] *μέντοι νῦν* Bodl. Vat. Δ. *παραγίγνεται ἀρετή*] V. *ἡ ἀρετή*. Articulum omisimus auctoritate codicum Bodl. Vat. Δ. Vind. 1. 2. Par. BC. Ambr.

lecto mulierum in gynaeceis suis peculiaria quaedam servantium aliquid ad Cratyl. p. 418. C. scripsimus.

E. *καίτοι ἴσως Ἄνυτος ὅδε —*] Non sine causa hoc rursus inculcatur. Nam ita in ipso sermonis exitu claris verbis indicatur, quae fuerit causa, cur Anytus Socratem tanto odio persecutus sit.

P. 100. *οἷος καὶ ἄλλον ποιῆσαι πολιτ.*] h. e. qui rei scientiam habent.

οἷον ἔφη Ὅμηρος] Odyss. X. v. 495 sqq.

ἐὰν πείσῃς τοῦτον, ἔστιν ὅ τι καὶ Ἀθ. ὀν.] si huic persuaseris, veram esse

σόμεθα τότε; ὅταν πρὶν ὁτινι τρόπῳ τοῖς ἀνθρώποις παραγίγνεται ἀρετή, πρότερον ἐπιχειρήσωμεν αὐτὸ καθ' αὐτὸ ζητεῖν, τί ποτ' ἔστιν ἀρετή. νῦν δ' ἐμοὶ μὲν ὥρα ποι ἰέναι, σὺ δὲ ταῦτα, ἅπερ αὐτὸς πέπεισαι, πεῖθε καὶ τὸν ξένον τόνδε Ἄνυτον, ἵνα πραότερος ᾖ· ὡς ἐὰν πείσῃς τοῦτον, ἔστιν ὅ τι καὶ C Ἀθηναίους ὀνήσεις.

Vat. b. Flor. a. b. c. Exempla huius omissionis dedimus ad Protagoram p. 320. B. et p. 361. A. Dein Vind. 2. Vat. r. πρότερον ἐπιζητήσωμεν αὐτὸ καθ' αὐτό.

ἔστιν ὅ τι καὶ Ἀθ. ὀν.] ἔστιν ὅτε Vind. 2.

illam sententiam, qua virtutem civilium virorum non a scientia proficisci, sed ex fortuna pendere statuimus, nonnihil utilitatis etiam Atheniensibus afferes. Temperabit enim ille immoderatam, qua intumuit, superbiam, nec tantum sibi arrogabit, quantum adhuc sibi sumere studuit. Ita nos hunc locum interpretamur. Erunt tamen qui postrema verba ad Socratis supplicium referenda putent. Quod si qui fecerint, ii necesse est dialogum post Socratis mortem scriptum esse existiment. Qua de re quid iudicari oporteat, in Prolegomenis disputavimus.

PROLEGOMENA

IN

EUTHYPHRONEM.

PROLEGOMENA
IN
EUTHYPHRONEM.

Inter virtutes primarias atque summas a Socrate etiam pietatem numeratam esse, etsi aliunde quantum sciamus non constat, tamen intelligitur e Xenophontis narratione, qui Memorabilium libro I. c. 1. §. 16. et IV. 8, 10. eum inprimis etiam hoc quaesivisse scribit, quid esset in quo pietas vel impietas cerneretur. Quam rationem Plato quoque tenuit quo tempore adhuc magistri doctrinam tanti aestimabat, ut ab hac una maxime profectus de sapientia et virtute commentari institueret. Certe quidem in Protagora, quo loco agitur de virtutis unitate, non modo prudentiae, iustitiae, temperantiae et fortitudinis, sed etiam pietatis rationes examinandas sibi sumsit *). Quocirca mirum videri nullo modo debet, si Plato hoc quoque scribendi argumentum delegerit, ut more Socratico de vi et natura pietatis et sanctitatis disputaret. Qui enim de virtutis docendae discendaeque ratione, de temperantia, de iustitia, de fortitudine peculiaribus libris exposuisset, is certe ne pietatem quidem verisimile est fuisse neglecturum, quam a magistro inter summas honestatis ac probitatis formas

*) V. Protag. p. 328 — 332. B.

referri meminisset. Et vero tractavit hoc argumentum philosophus in Euthyphrone, in quo libro dum de vera pietatis notione investiganda disceptatur, simul etiam hoc agitur, ut e quibus fontibus impietatis criminationes in Socratem coniectae profluxerint ostendatur. Quemadmodum enim Plato in aliis libris uni Socrati maxime praestantissimas virtutes vindicavit, ceterorum autem aequalium inscitiam vel vanitatem coarguit atque castigavit, ita in Euthyphrone explosis vulgaribus de pietate opinionibus unum Socratem significat verae intemerataeque pietatis vim atque naturam perspectam habuisse, ideoque Athenienses quidem de viri pietate non potuisse recte iudicare. Sed de proposito libri postea dicemus; nunc videamus de eius argumento.

Inducitur igitur in eo Socrates colloquens cum Euthyphrone, vate quodam Atheniensi. Qui etsi sibi insignem quandam rerum divinarum scientiam tribuebat ideoque etiam in nominibus deorum interpretandis studiose elaborabat, *) tamen ultra vulgarem superstitionem adeo non sapuisse videtur, ut non modo credulae plebis commenta mordicus teneret, sed etiam subinde pleniore ore sua fundens oracula vulgo deberet ludibrium **). Nihilominus homo optimus de Socrate sentiebat honorificentissime, ut quem, si quemquam alium, pro pio et sancto habendum esse arbitraretur ***). Itaque in principio dialogi miratur, quod vir innocentissimus versetur in porticu regia, ubi rex sacrorum inter alia de crimine caedis et impietatis cognoscere solebat. Cui ostendit Socrates se a Meleto quodam, homine adolescente quidem et ignoto, sed eodem audaculo et procaci, crimine impietatis esse postulatum. Deinde vero ipsum quoque vicissim interrogat, quid negotii hic loci habeat. Respondet vates velle se parenti caedis actionem intendere, quippe qui mercenarium quendam in Naxo insula ob commissum homicidium, quo tempore Athenas miserit qui religionum interpretem consuleret, miserando modo fame et frigore perire siverit. Quibus auditis Socrates Euthyphronem interrogat, num pietatis et impie-

*) V. ann. ad Cratyl. p. 391. C.

**) V. p. 2. B. C.

***) V. p. 3. A.

tatis rationes omnes adeo diligenter exploratas habeat, ut ipsi nulla hac in re fraus metuenda sit. Quod postquam ille magna cum gravitate affirmavit, Socrates urbanissime hominem rogat, ut sibi quoque consulat, ideoque ante omnia hoc ab eo petit, ut quae sit natura et vis pietatis ipsum edoceat: nam hoc intellecto haud dubie futurum esse, ut Meleti accusationem feliciter declinet et effugiat *). Respondet Euthyphro pietatem in eo ipso cerni, quod nunc facturus sit, ut quis iniuste facientes, quicunque demum sint, in iudicium rapiat: id enim ex ipsius Iovis exemplo apparere, qui ne patri quidem suo pepercerit. Quam tamen responsionem Socrates sibi ideo negat satisfacere, quia non de singulis quibusdam actionibus, quae dici piae possint, agatur, sed de universae pietatis notione. Intelligit iam Euthyphro, quid ille sibi velit: itaque nunc hanc pietatis proponit definitionem, ut eam dicat contineri in iis, quae diis cara sint. Quam sententiam etsi Socrates laudat ideo, quia aliquod certe genus pietatis sit ostensum, tamen eandem valde ait esse ambiguam, siquidem aliis diis alia placeant summaque inter ipsos eo nomine obtineat sententiarum dissensio. Praeterea etiam hoc tenendum esse censet, pium non propterea pium existimari oportere, quod a diis ametur, sed potius a diis amari, quoniam pium sit. Ex quo consequi vult, ut pium atque id, quod diis carum esse putetur, diversum quiddam iudicari oporteat **). Enimvero Euthyphro quum vulgarem sequeretur opinionem, qua inter ipsos deos rixas, pugnas et contentiones obtinere existimabatur, profecto Socrati concedere debuit, quod hic non obscure significat, isto quidem modo pietatis vim naturamque vel ad incertas ipsorum deorum opiniones vel ad humanos errores revocari eoque funditus e medio tolli. Quocirca Socrates illam potius per se seorsum neque ex fortuito eventu vel utilitate iudicari oportere arbitratur atque *πάθος* quidem eius quoddam neque vero *οὐσίαν* ab Euthyphrone patefactam esse censet ***). Et vero hic ipse iam sentit, quanta difficultate

*) P. 2 — 5. C.

**) P. 5. C. — 11. B.

***) P. 11. A. B.

sententia ab se defensa laboret. Neque tamen erroris causam animadvertit. Itaque acerbe conqueritur, quod quae proposuerit non firma maneant, sed usque loco decedant suo, eiusque rei culpam in Socratem transfert, qui Daedali alicuius instar sermones quasi euntes faciat*). Hic vero vicissim eum suaviter urbaneque ridet, quod propter sapientiae copiam et ubertatem scilicet mollior ac delicatior factus sit ideoque veri exquirendi laborem ignave subterfugiat; deinde vero ei ultro pollicetur suum in ea re auxilium, videlicet quo facilius possit ipse de pietatis vi et natura edoceri. Itaque primum instituit genus virtutis indagare, sub quod pietas tanquam pars aliqua atque forma subiecta sit. Censet autem pietatem esse partem iustitiae quandam. Quae haud dubie ipsius Socratis et Platonis sententia fuit, sicuti ex p. 14. B. C. Protagor. p. 331. A sq. p. 333. B. Gorg. p. 507. A. suspicari licet. Quo invento Euthyphronem videre iubet, quid tandem sit, in quo cernatur haec iustitia. Respondet vates satis prudenter pietatem et sanctitatem eam esse iustitiae partem, quae ad curam deorum pertineat; quae autem ad homines referatur, eam proprie vocari iustitiam. Verum hanc ipsam sententiam Socrates aliquanto diligentius illustrandam esse arbitratur, siquidem nondum perspicuum sit, qualis tandem ista deorum cura intelligi debeat. Itaque Euthyphro illam pertinere ait ad ministeria diis praestanda. Sed ne hoc quidem Socrati satis est, qui, quoniam omni arti administrae aliquid propositum esse soleat, ad quod tanquam ad finem suum referatur, iam porro exquirendum esse censet, quidnam tandem sit, ad quod dii hominum ministerio indigeant. Tum vero ille: Multa sunt ista, inquit, atque praeclara, declinaturus videlicet hac responsione sua rei subtilius explicandae difficultatem. Postulat tamen Socrates, ut rem accuratius et quidem verbis quam paucissimis definiat. Cuius precibus dum obsequitur bonus homo imprudens rursus ad pristinam relabitur superstitionem, ac pietatem in eo vult inesse, ut quis diis sacrificando et precando gratum faciat**). Ex quo col-

*) P. 11. C. D.

**) P. 12. A. — 14. C.

ligit Socrates eum ministeria dîis praestanda in eo cerni putare, ut deos precibus atque muneribus placare studeamus. Et rectam quidem veramque precandi rationem eam esse censet, ut a diis oremus, quae nobis sint necessaria. Qua sententia ad mentem Euthyphronis, ut videtur, paucis explicata ad munerum diis offerendorum rationem examinandam progreditur *). Putat autem Euthyphro ea munera diis offerenda esse, quibus ipsi indigeant. Ex quo colligit Socrates pietatem esse mercatoriam quandam artem, quae mutuo dando et accipiendo contineatur. Quod ille assensione sua haud dubius comprobat. Quaerit igitur Socrates ex eo, quamnam tandem utilitatem arbitretur ex eiusmodi donis in deos redundare. Respondet ille spectare ea tantum ad honorem et venerationem deorum omninoque ad ea, quae antea iis grata esse iudicaverit. Enimvero sequitur vates, ut videtur, vulgi opinionem, qua deorum gratiam ac favorem precibus ac sacrificiis colligi posse putabatur. Quae sententia quantopere Platoni displicuerit, memorabilis ille locus Legum libr. X. p. 905. D sqq. luculente testatur. Nec dubitari recte poterit, quin Socrates quoque istius opinionis errorem ac turpitudinem animadverterit, qui apud Xenophontem Memor. I. 3, 1. de precibus ad deos faciendis praecipit sapientissime. Quocirca aliquis exspectet hoc in loco disputationem iam eo deductum iri, ut vatis, hoc est populi Atheniensis, hoc in genere perversitas arguatur. Sed caute ac prudenter Socrates, missa huius rei quaestione, hanc sententiam ita impugnat, ut Euthyphronem recordari iubeat disputationis superioris, qua deos ipsos de iis, quae sibi cara sint, inter se vehementer dissentire effectum erat. Ita enim fit, ut Euthyphro quasi suo ipsius gladio inguletur, atque disserendi molestias pertaesus totam disputationem denique in medio relinquat **).

Exposuimus quam brevissime de argumento libri: sequitur, ut de eiusdem proposito et consilio explicandum sit, in quo et ipso quam maxima utemur brevitate, quandoquidem de iis, quae ad defendendam eius fidem atque auctoritatem, quam a Fr. Astio maxime

*) P. 14. E.

**) P. 14. C. usque ad fin.

impugnatam esse constat, pertinere videantur, in peculiari libelli editione tam copiose explicatum est, nihil ut nunc de ea re addendum existimemus. Neque ipsa consilii, quod Plato secutus est, demonstratio longiorem requirit orationem. Etiamsi enim viris doctis non de eo convenerit, quid Plato hac sua scriptione maxime spectavisset, tamen qui artem philosophi ex aliis eius operibus consimilis argumenti cognitam perspectamque habuerint, ii certe quid hac in re pro vero probandum sit, non multum laborabunt.

Quod enim Plato in aliis scriptionibus faciendum putavit, ut uni Socrati maxime virtutis scientiam, hoc est certam exploratamque recti et honesti cognitionem cum interiore quadam animi persuasione coniunctam, vindicaret, ceterorum autem aequalium inscitiam et vanitatem argueret et castigaret, idem in Euthyphrone quoque ei fuit propositum, qui liber fere totus in eo versatur, ut exemplo Euthyphronis vatis, qui sibi insigni rerum divinarum scientia pollere videbatur, luculentius demonstretur, vel eos inter Athenienses, qui se in divinis rebus plurimum sapere vellent, verae pietatis notitiam habere nullam, imo illam, quippe vulgaris superstitionis tenaces, ex iis rebus suspensam putare, unde sine honestatis discrimine suspensa esse non possit; Socratem autem tanquam germanum philosophum et causas vulgaris istius erroris perspectas habuisse, et viam, qua ad verae intemerataeque pietatis notitiam perveniretur, adhibita dialectica tanquam certissima duce et magistra, omnium optime demonstravisse. Quocirca per totum fere librum vulgares de pietate opiniones explorantur atque refutantur, siquidem Euthyphro variis ac multiplicibus rei definitionibus propositis semper rursus de sua sententia deiicitur neque unquam, licet Socrates haud uno loco rectae rationis inveniendae viam monstret, ad veri intelligentiam pervenit. Haudquaquam enim existimare licet Platonem in hoc libro nihil omnino expromsisse, quod ad vim naturamque pietatis patefaciendam conduceret. Nam illud quidem ostenditur luculente, evehendam eam esse atque explicandam ad communem quandam generis notionem, neque ex fortuita quadam re vel effectu, veluti deorum caritate, sed per se iudicari oportere: communem autem notionem ita docetur inveniri posse, si pietas dicatur esse sub iusti-

tiam subiecta, ita quidem, ut cernatur in debita rerum divinarum cura, per quam divinum aliquod consilium adiuvetur et provehatur. Sed nimirum haec omnia licet a Socrate non ita obscure significentur, tamen ab Euthyphrone adeo non intelliguntur, ut is iterum iterumque ad vulgi superstitionem relabatur. Neque vero illud significatur, quodnam deorum consilium sit, quod pietate promoveatur, sed posteaquam eo perventum est, ut hoc ipsum exquirendum sit, Euthyphro pro sua sapientia omnia ad precum et sacrificiorum gratiam refert eoque ipso testificatur, se Socraticae doctrinae vim et rationem capere haudquaquam posse. Quanquam Plato si voluisset institutam quaestionem ad finem usque perducere, nihil aliud quam bonum sive boni ideam a diis spectari haud dubie ostensurus fuerat. Id quod unumquemque satis edocebunt quae libro X. Legum exeunte et in Timaeo non uno loco disseruntur. At enim vero quominus Plato haec nunc persequeretur copiosiore disputatione, prohibuit haud dubie Socratis defendendi consilium, quod cum tota hac scriptione arte prorsus eximia coniunctum esse voluit. Quod enim Euthyphronis de pietate opiniones refutantur, interiectis quibusdam verae rationis indiciis, pertinet illud simul eo, ut Socrates ab impietatis crimine a Meleto in eum coniecto defendatur atque Athenienses ostendatur non eos esse, qui, nisi de errore suo moneantur, de eius causa in iudicium deducta recte iudicare queant. Quod consilium si philosopho simul ob oculos est versatum, facile intelligitur, cur plebis superstitionem et ignorantiam quidem notare neque vero quae e Socratica disciplina vera viderentur plene accurateque explicare constituerit. Pertinere autem hunc librum eo, ut Socrates ab impietatis crimine in eum coniecto liberetur ostendaturque Athenienses, quia vulgari superstitione obligentur, neque ad doctrinae Socraticae, hoc est philosopho dignae, altitudinem et praestantiam animos attollere queant, de tali causa recte iudicare vix posse, id quidem luculentissime ex eo apparet, quod accusationis publicae a Meleto susceptae quum in exordio libri tum aliis in locis mentio facta est. Quod quidem deliberato consilio ita institutum esse certe nemo temere dubitabit, qui ne talium quidem rerum commemorationem meri ornatus gratia fieri diligenter observaverint. Neque nihil momenti ad eam rem facit, quod Socrates Euthyphronem

parenti caedis actionem intendere volentem diligenter videre iubet, an pium iustumque sit eiusmodi actionem instituere. Qua re profecto significatur summa viri pietas et religio, quem multi, sophisticae nequitiae insimulantes, tantae impietatis reum fecissent, ut eum adeo filios in parentes reddere impios dictitarent. Exemplum rei luculentum habemus in Nubibus Aristophanis v. 1320 sqq. ubi Phidippides, posteaquam in ludo Socratis eruditus est, Strepsiadem patrem verberat idque recte et iure ita a se fieri contendit: ad cuiusmodi criminationes nobis quidem non est dubium quin Plato in hoc quoque libro respexerit *). Licebit igitur iam consilium scriptoris paucis verbis indicare. Exploduntur enim in hoc libro atque ratione Socratica examinantur vulgares quaedam de pietatis vi et natura opiniones, atque unum Socratem ostenditur illam penitus exploratam habuisse, ita quidem, ut eam potuerit et definiendi sollertia ad scientiae perspicuitatem explicare et in ipsa vita atque actione religiose tueri atque observare: quae omnia simul ad Socratis defensionem valent, cuius causa fingitur modo in iudicium deducta esse: apparet enim exinde Socratem de rebus divinis melius rectiusque sentire quam aequales, ideoque iudices Athenienses admonentur, quanta in hac causa diiudicanda opus sit cautione atque prudentia.

Iam vero haec omnia considerantibus nobis diligenterque perpendentibus dubium certe videri nullo modo poterit, quin huic libro maxima et materiae et formae similitudo sit cum Lachete et Charmide. Nam altero horum librorum fortitudinem, altero temperantiam in Socrate summam fuisse via et ratione simillima docetur. Neque abludit Menonis argumentum, in quo libro Socrati sapientia vindicatur, quippe qui virtutis scientia quibus rebus contineatur unus omnium optime perspectum habuerit: quod quidem item sic demonstratur, ut causae simultatis inter eum atque Anytum exortae significentur atque ratio criminationum ducatur, quae in virum innocentissimum conicctae erant. Videmus igitur Platonem quattuor scriptis id egisse, ut more Socratico de quattuor virtutibus primariis, tempe-

*) Conf. Praefat. ad Euthydem.

rantia, fortitudine, sapientia, pietate, disceptaret easque omnes in Socrate summas fuisse demonstraret. Desideratur una iustitia, quam et ipsam a Socrate inter primarias virtutis formas numeratam esse constat. Quid igitur? hancine unam putabimus a Platone neglectam esse neque similiter tractatam? Non sane hoc verisimile est. Imo inchoatum opus absolvit Socrate ad mortem condemnato, quo tempore edidit Critonem, in quo hoc agitur, ut summa Socrati vindicetur iustitia, quippe qui viro honesto statuerit nulla condicione licere legibus publicis debitam recusare obedientiam. Quod quidem opus quoniam magis ad externas rationes comparatum est atque tempore tristissimo non sine festinatione aliqua scriptum, mirum videri non poterit, quod ad subtilitatem dialecticam cum ceteris libris, quos diximus, vix comparandum est. Nam in illis quidem definiendi argumentandique inscitia arguitur; exponuntur elementa quaedam dialectices; modo ex mente interlocutorum quaedam disseruntur, quo facetius rideatur eorum inertia; modo vera aliqua a Socrate suppeditantur, ut vel colloquentibus aliqua spes felicis eventus ostendatur, vel prudentibus lectoribus vera philosophi mens significetur: sed summa rei non expeditur aut in clariore luce collocatur. Quae omnia secus habent in Critone, in quo disputatio crassiore filo deducitur. Nihilo minus vero illum cum Lachete, Charmide, Menone, Euthyphrone, argumenti atque consilii similitudine et quasi cognatione contineri, nobis quidem plane persuasimus.

Atque haec ipsa res non parum lucis affundet quaestioni perquam obscurae atque difficili de tempore, quo dialogi isti scripti sint et in publicam lucem editi. Nam Crito quum non multo post Socratis supplicium scriptus videatur, postremus fere dialogus fuisse iudicandus est, in quo Plato hoc argumentum isto quidem modo tractaverit, siquidem postea temporis, ex quo relictis Athenis sese Megaram contulisset, in alio scribendi genere coepit elaborare neque in explicanda ratione Socratica substitit. Quanquam Gorgiam ad idem fere tempus, quo Crito scriptus videtur, revocandum esse in Prolegomenis ad eum dialogum p. 24 sq. disputavimus. Quem proxime fortasse antecesserat Protagoras, de quo dictum item in Prolegg. p. 15 sqq. Enimvero scripto Menone Plato idem argumentum in Euthydemo et Protagora tractavit

subtilius et elaboratius, eoque sic usus est, ut explosa sophistarum disserendi docendique ratione evinceret eos haudquaquam idoneos esse virtutis magistros, quod in unum Socratem potius conveniat. conf. Prolegg. ad Euthydem. p. 64 sqq. Sed missis his hariolationibus ad eos libros revertamur, de quibus dicere constitueram. Quodsi igitur verisimile est Critonem fere ultimum eorum librorum fuisse, in quibus more Socratico de virtutum vi et natura ita disputatur, ut ipsae simul Socrati eximie vindicentur, quatuor autem illi dialogi, de quibus quaeritur, argumenti cognatione quadam et necessitudine cum eo copulati sunt; consequens est, ut iidem proximo fere tempore ante Socratis mortem vel accusationem scripti esse existimandi sint. Enimvero hoc ipso tempore Plato eum locum, qui est de virtutis disciplina eiusque vi et praestantia, in deliciis habuisse videtur, sive quod eius explicationem videret multum momenti facere ad ostendendam disciplinae Socraticae praestantiam et dignitatem ipsumque adeo Socratem defendendum, sive quia doctrinam de virtute a Socrate inchoatam profligare ulterius atque illustrare vellet. Et confirmatur haec sententia mirifice iis, quae alibi de hac re disputata sunt. Nam Menonem quidem docuimus non ita multo ante publicam Socratis accusationem scriptum videri, quo tempore iam simultas quaedam atque odium inter ipsum et Anytum exarsisset. Charmidem vero videmur recte statuisse Prolegg. p. 86. sex fere annis ante Socratis obitum literis exaratum esse. Magis anceps de Lachete iudicium est: quanquam ex Socraticae doctrinae vestigiis in eo conspicuis certo colligere licet eum eodem fere tempore atque Menonem vel potius paullo ante compositum esse. Id quod confirmant quae in Prolegg. ad Lachet. p. 10. observavimus. Igitur hunc fere ordinem horum librorum esse putaverim, ut Charmidem primo, Lachetem secundo loco ponendum statuamus, post hunc autem Menonem arbitremur prodiisse, ex cuius tanquam stirpe deinde artificiores libri Protagorae et Euthydemi prodierunt.

Reliquum est igitur, ut quo tempore Euthyphro scriptus sit, certius exquiratur. De qua re praeclare disputavit H. A. Schierenberg in programmate scholastico Lemgovii a. 1830. edito, quod inscriptum est: Ueber die Zeit der Abfassung des Platonischen Euthyphron. Is enim luculentissime demon-

stravit veram esse Schleiermacheri atque Socheri sententiam, etiam a nobis in Prolegg. ad superiorem huius libri editionem p. XXXVI. probatam, qui Euthyphronem censuerunt scriptum esse quo tempore Socratis causa haud ita pridem in iudicium deducta esset, necdum posset praevideri, tam tristem eam habituram esse eventum. Enimvero ante accusationem liber non est scriptus propterea, quod diserte illius mentio in eo facta est. Relinquitur ergo, ut aut post Socratis condemnationem aut tempore litis in iudicio pendentis consignatus esse putetur. Atqui alterum illud nulla ex parte verisimile est. Quanta enim ista foret indignitas, si Plato magistro iam ad crudelissimum supplicium condemnato Meletum ita tantum voluisset punire et ulcisci, ut de procaci et petulanti eius adolescentia facete hilariterque iocaretur? aut si Atheniensium inhumanitatem ita castigavisset, ut uno exemplo fatui istius atque stolide religiosi vatis demonstraret eos ad pietatis notionem animis recte informandam non esse idoneos? Et nonne verisimile est eum ita imaginem pietatis in Socrate conspicuae longe aliter fuisse adumbraturum atque in hoc dialogo ab eo factum videmus? At vero, dixerit quispiam, fieri tamen illud potest, ut Plato multo tempore post Socratis obitum talem librum conscripserit. Quod ego fieri potuisse duplicem ob causam nego. Nam primum quidem ita crimen inhumanitatis nomini Platonis item adhaerebit neque ab animo eius penitus abstergetur. Deinde universa disserendi ratio, quae in Euthyphrone dominatur, ipsumque libri argumentum eiusmodi est, ut Platoni Socratico conveniat, eidem ut philosopho sui iuris quasi facto tribui nullo modo possit. Superest igitur, ut sermonem scriptum sumamus esse eo tempore, quo nomen Socratis apud magistratum haud pridem delatum erat. Quod si ponimus, omnia facilem habebunt explicationem, quae alioquin non carent offensione. Quanquam hoc loco occurrendum videtur ante omnia dubitationi cuidam, quae facile alicui in mentem veniat. Erunt enim fortasse qui Platonem inconsiderate fecisse dicant, si eo ipso tempore, quo crimen impietatis a Socrate depellere voluerit, ex mente ipsius cultum deorum vulgarem perstrinxerit maximeque eorum rixas et contentiones itemque vulgares de precum et sacrificiorum utilitate atque fructu opiniones exagitaverit atque in contemtum adduxerit. Quod in hoc libro ab

eo quodammodo factum esse haud sane negari potest. Nihilominus autem recte videmur contendere id sine ullo causae Socratis periculo aut detrimento fieri potuisse. Enimvero satis constare arbitramur, quanta licentia Graecis concessa fuerit in iudicandis deorum facinoribus et virtutibus, modo ne ipsa numina tollerentur. Impune enim poetis certe comicis licebat furtivos eorum amores, rixas et contentiones, cupiditates ac studia irridere *). Neque etiam in philosophos talia reprehendentes admodum severe statutum esse, ipsius Platonis exemplum docet, qui quae in libris de optima civitate et de legibus de iisdem locis disputavit, certe non videtur impune scribere potuisse, si publice in omnia decreta populi opinionibus contraria animadversum esset. Quippe ista omnia quoniam non tam divina quam humana videri debuerunt, ad publicum deorum cultum atque veneracionem minus pertinere iudicata sunt. Quod si igitur philosophi quidam gravius puniti sunt, factum hoc est, vel quia ipsum deorum numen tollere videbantur, veluti Anaxagoras et Diagoras Melius, qui ideo ἄθεος appellatus est, vel quod publica sacra maximeque mysteria violassent, ut Stilpo, de quo Diog. L. II. 116. vel denique odio factiosorum hominum, quod magna ex parte Socrati factum novimus. Iam vero in Euthyphrone Socrates haudquaquam sic disputat, ut patriorum deorum cultum contemnere aut eorum maiestatem ac potentiam tollere videatur, sed ita loquens inducitur, ut indignam deorum numine superstitionem urbane reprehendat, siquidem ostendit pietatem nec posse consistere in iis, quae diis grata sint, quoniam maxima sit ipsorum deorum de talibus rebus dissensio, neque precum et sacrificiorum ritibus commodi et utilitatis gratia observandis contineri, nisi eam existimare velimus mercatoriam quandam artem esse, quae beneficiis ultro citro dandis accipiendis absolvatur. Falsas plebis opiniones de utilitate ex sacrificiis hominum in deos redundante item explosit Aristophanes in Avibus v. 186. et alibi, ubi Pisthetaerum finxit id consilii agitantem, ut condito in aere avium regno commercium inter homines atque deos omne intercludatur eoque dii siti et fame enecentur, quippe sa-

*) V. Böttiger. De Aristophane impunito Deorum irrisore. Lips. 1790.

crificiorum epulis spoliati. Deorum autem discordiae et rixae quis est qui dubitet quin multis adeo fuerint offensioni, ut eas sine ullo salutis discrimine tanquam inania opinionis commenta improbare liceret? Tantum igitur abest, ut Plato Socratis causae officerit eo, quod eum talia disserentem induxit, ut illi plurimum profuisse videatur. Docuit enim vel potius significavit virum innocentissimum deorum patriorum fuisse cultorem religiosum quidem sed eundem ab anili plebis superstitione alienum, eoque sapientiorem atque sanctiorem. Quod certe cordatioribus aequalium ne inter Heliastas quidem per se displicere ullo modo potuit. Quum vero haec nihil impediant, quominus Euthyphronem eo, quo diximus, tempore scriptum esse statuamus, tum multa sunt, quae ut eam sententiam amplectamur vehementer suadeant ac propemodum cogant. Nam primum quidem ita perspicuum est, qui fiat, ut per totum fere sermonem regnet proterva quaedam aut certe secura hilaritas multusque lepos ab omni tristis alicuius casus praesagitione vel suspicione alienus. Enimvero etsi truculenta accusatorum conamina discipulos Socratis haudquaquam latuerunt adeoque Platonem commoverunt, ut eo tempore compluribus scriptis magistri causam defendendam susciperet, id quod inter alia Menone et Euthydemo ab eo factum esse novimus; tamen principio quidem non videntur eum metuisse litis exitum, qui postea temporis pro dolor consecutus est. Quod ne cui mirum accidat, recordari debemus eorum, quae Socrates ipse in Apologia Socratis s. 36. A. coram iudicibus dicit, quo loco se mirari ait, quod numerus suffragiorum damnatoriorum tam parum differat a sententiis absolutoriis. Quocirca etiam Platonem putamus certissime speravisse futurum esse, ut Socratis causa triumpharet, eaque spes ipsius tanto firmior esse debuit, quo plus ipse disciplinae viri ac virtuti tribueret. Quod si ita fuit, facile est ad intelligendum, qui fieri potuerit, ut eo ipso tempore, quo nomen magistri delatum erat, causam eius festive et hilariter agendam esse sibi persuaderet. Sed alia etiam causa est, cur Euthyphronem non ita multo post nominis delationem scriptum putemus. Quid enim? cur tandem unius Meleti iniicitur mentio, qui fuit inter accusatores ignobilissimus? Enimvero fit hoc aperte contemtus significandi gratia. Reticetur Anyti et Lyconis nomen; unus Meletus memoratur atque ut imberbis ac

procax adolescentulus notatur, quo scilicet etiam reliquorum accusatorum auctoritas atque dignitas deprimatur. Hoc autem ecquis est qui sibi persuadeat absoluto iudicio ita potuisse fieri, quo tempore non tantum Anytus et Lyco, sed etiam Meletus maximam adepti erant nominis celebritatem? Apparet igitur hoc quoque nomine longe verisimillimum videri debere quod antea iudicavimus, Euthyphronem scriptum esse, quo tempore Socratis causa non admodum diu in iudicium fuit delata. Suppetit huius sententiae etiam tertium argumentum. Nam mirabile sane esset, si Plato libro post magistri damnationem vel supplicium scripto iudicum perversitatem et iniustitiam ne verbo quidem notavisset. Quod profecto non fecit, nisi forte aliquid tribueris illi: *εὐδιάβολα τὰ τοιαῦτα πρὸς τοὺς πολλούς*. Imo uno exemplo Euthyphronis, boni quidem hominis ideoque ne Socrati quidem inimici, sed eiusdem superstitiosi, vel, ut hodie loquuntur, orthodoxi, qualis Athenis vulgo esset religionis condicio, declarare instituit. Ex quo nobis quidem clarissime videtur apparere Platonem hoc unum spectavisse, ut iudices admonerentur, ne populari superstitioni in sententiis ferendis plus iusto tribuerent. Quae quum ita sint, liber eo, quo significavimus, tempore scriptus sit necesse. Denique universum libri argumentum, maximeque ea, quae ad Socratis defensionem spectant, ita comparata sunt, ut post Socratis damnationem vix ita scribi potuisse videantur. De qua tamen re ut hic dilucidius exponamus, nunc non opus est. Nam quum ceteris argumentis iam satis firmata sit nostra sententia, tum hoc ipsum adeo est perspicuum, ut nisi sperarem causas eius et rationes post ea, quae ante dicta sunt, ab ipsis legentibus facili negotio repertum iri, ingeniis eorum parum modeste diffidere viderer. Itaque disputationi nostrae finem facere licebit, siquidem quae pertinent ad libri argumentum et consilium, eiusdemque cum aliis scriptis Platonicis necessitudinem et coniunctionem, satis copiose explicata sunt.

CODICES.

Bodleianus s. Clarkianus. Tubingensis. Coislinianus. Veneti *ΞΠ*. (nobis olim a. b.) Vind.

1. 2. (qui Bekkero est Y). 3. 4. 5. Huetianus Ψ. Parisin. BCDEHST. Vatican. (Bekkero alibi Δ). Florentini a. b. c. d. e. f g. h. i. Zittaviensis. Angelicus u. Palatinus, de quo v. Creuzeri Melett. Vol. I. p. 100 sq. Habemus igitur triginta et unum codd. partim optimae notae libros, ut Bodlei. Tub. Vatican., ad hunc dialogum excussos.

EDITIONES.

Peculiari opera in hoc libro illustrando versati sunt Forsterus et Fischerus, quos ego nuper et Engelhardtus sequuti sumus.

Forsteri editio sic est inscripta: Platonis dialogi quinque, Euthyphro, Apologia Socratis, Crito, Phaedon et Erastae. edidit et obss. illustravit Nathan. Forster. Oxon. 1745. 8 iterum 1752. e typographeo Clarendoniano. 8. mai. Verba Platonis ex H. Stephani recensione dedit; adiecit Ficini interpretationem hic et illic reflctam; praeterea usus est H. Stephani, Adr. Turnebi, Zach. Mudgii aliorumque annotationibus, denique ipse quoque praeclaris animadversionibus librum locupletavit: fuit enim Forsterus vir doctus sane et acutus.

Huic successit I. Fr. Fischerus, multae vir doctrinae ac diligentiae prorsus singularis. Is quum inde ab anno superioris saeculi sexagesimo Euthyphronem, Critonem, Apologiam et Phaedonem aliquoties ita edidisset, ut varietatem lectionis, quae illis temporibus suppetebat, notaret omnem additis brevibus animadversionibus critici maxime argumenti; postea faciendum putavit, ut adhibitis codicis Tubingenis copiis sane praestantibus maiorem pararet editionem, quae et critice et grammatice librum illustraret. Ea vero prodiit sic inscripta:

Platonis Euthyphro, Apologia, Crito, Phaedo. Graece, ad fidem codd. mss. et librorum editorum veterum recensuit emendavit explicavit Io. Fried. Fischerus. Lipsiae. 1783. 8. mai. ac pro temporibus illis profecto egregia censenda est.

Tertium locum nostra occupavit editio, quae hunc habet titulum:

Platonis Euthyphro. Prolegomenis et com-

mentariis illustravit G. Stallbaumius. accesserunt scholia Graeca ex codice Bodl. aucta. Lipsiae, 1823. 8. min. In prolegomenis studuimus libri auctoritatem atque fidem a criticorum vindicare dubitationibus, ac simul de Platonis arte et ratione exposuimus, quae in eius dialogis est conspicua. Quae omnia in hac editione omittenda putavimus, in qua id potius egimus, ut de libri argumento, consilio, necessitudine cum aliis Platonis scriptis, origine denique accuratius, quam antea factum erat, exponeremus. In commentariis autem scribendis tunc temporis id consilii secuti sumus, ut Platonis verba quocunque modo dilucidarentur, ne qua legentibus difficultas obiiceretur. Quod consilium nunc quoque retinuimus, hoc tamen temperamento, ut quae olim copiosius exposita essent, in brevius contraheremus; quae falsa essent, corrigeremus; quae redundarent, deleremus; denique quae deesse ad iustam explicationem viderentur, ea adiiceremus ac suppleremus. Ita igitur factum, ut haec editio a superiore tantum discrepet, ut pauca tantummodo cum ea communia habeat. Ceterum hac oblata opportunitate non possum quin gratias agam censori eruditissimo in Annal. Litter. Halens. a. 1824. m. Iun. N. 149. qui humanissime de mea opera iudicavit.

Duobus annis post Fr. G. Engelhardt Euthyphronem item edidit in libro:

> Platonis dialogi IV. Laches, Euthyphro, Apologia, Menexenus, annotatione perpetua illustravit Fr. G. Engelhardt. Berol. 1825. 8. cui in multis rebus mecum convenit: quod monuisse iuvat, ne quis existimet, quae in hac editione iteravimus, ex ipsius opere repetita esse. Ceterum vir doctus de argumento et consilio operis nihil dixit studiumque suum in una verborum explicatione continuit.

Denique memorandus est Ernestus Dronke, qui hunc librum una cum Apologia, Critone, Charmide, Lache et Menexeno in usum scholarum edidit Bonnae, 1834. 8. min. Nitida editio textum, quem vocant, continet subiuncto brevi verborum indice.

Ceterum Schleiermacherus Euthyphronem vertit Germanice Vol. I. P. II. p. 49 sqq.

E Y Θ Y Φ P Ω N.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΕΥΘΥΦΡΩΝ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

Cap. I. *Τί νεώτερον, ὦ Σώκρατες, γέγονεν, ὅτι* Steph. *σὺ τὰς ἐν Λυκείῳ καταλιπὼν διατριβὰς ἐνθάδε νῦν* 2 *διατρίβεις περὶ τὴν τοῦ βασιλέως στοάν; οὐ γάρ που καὶ σοί γε δίκη τις οὖσα τυγχάνει πρὸς τὸν βασιλέα ὥσπερ ἐμοί.*

P. 2. *οὐ γάρ που καὶ σοί γε*] *γε* primus addidi e Bodl. Tub. Coisl. Ven. *Π.* Huet. Par. DST. Vind. 4. Flor. d. f. h. Mox Bodl. corr. *Οὔ τι δή.*

P. 2. *Τί νεώτερον*] Utrumque frequentis est usus, et *τί νεώτερον*; et *τί νέον*. Sed inter utrumque modum proprie quidem aliquid discriminis intercedere etiamnunc nobis persuasimus. Nam comparativus relative, ut ita dicam, dicitur, et significat: quid novo novius accidit; quae interrogandi ratio ingenio Graecorum maximeque Atheniensium admodum consentanea est, ut qui pro sua animorum alacritate semper nova novis cumulata vellent: positivus autem modus absolute interrogat: quid novi? Quamquam frequenti formulae usu factum est, ut comparativi vis et significatio paene evanesceret.

τὰς ἐν Λυκείῳ — διατριβὰς] De usu voc. *διατριβὴ* olim ad h. l. satis exposui. conf. ad Charmid. p. 153. A. De Socrate in gymnasiis et palaestris versari solito v. ad Charm. p. 153. A. B.

περὶ τὴν τοῦ βασιλέως στοάν] In vulgus notum est secundum archontem, qui *τοῦ βασιλέως* nomen gerebat, hoc muneris habuisse, ut quum alias res ad religionem cultumque deorum pertinentes curaret, tum etiam *δίκας φόνου* et *ἀσεβείας* cognosceret. De qua re v. Meier De Lite Attica p. 47 sq. et quos laudavit Hermann. Lehrbuch der Griech. Staatsalterthümer. §. 138. Fiebat autem ab eo causarum cognitio in porticu regia, ad forum in Ceramico urbano sita et *τῇ στοᾷ τοῦ Διὸς τοῦ Ἐλευθερίου* finitima, sicuti iam olim monui, laudato Meursio Lectt. Attic. VI. 17. et Luzacio Exercitatt. Academ. Spec. III. p. 172 sqq. quibus nunc addas Meierum l. c. Ceterum conf. Theaet. extr. *νῦν μὲν οὖν ἀπαντητέον μοι εἰς τὴν τοῦ βασιλέως στοὰν ἐπὶ τὴν τοῦ Μελήτου γραφήν, ἣν γέγραπται.*

οὐ γάρ που καὶ σοί γε] Bekkerus cum vett. editt. omisit *γε*, quod tamen optimi

ΣΩ. Οὗτοι δὴ Ἀθηναῖοί γε, ὦ Εὐθύφρον, δίκην αὐτὴν καλοῦσιν, ἀλλὰ γραφήν.

ΕΥΘ. Τί φῄς; γραφὴν σέ τις, ὡς ἔοικε, γέγραπται; οὐ γὰρ ἐκεῖνό γε καταγνώσομαι, ὡς σύ γε ἕτερον;

B ΣΩ. Οὐ γὰρ οὖν.

ΕΥΘ. Ἀλλὰ σὲ ἄλλος;

οὐ γὰρ ἐκεῖνό γε καταγν.] Edit. omnes οὐ γάρ που ἐκ. Omittunt που Tub. Vat. Ven. ΞΠ. Vind. 3. Florentini octo Par. BDEHST. v. ann. Voculam γε hic ignorant Huet. Par. ST. et pr. Ven. Π. post ὡς σὺ om. Bodl. Coisl. Tub. Vat. Huet. Par. S. Vind. 4. Flor. f. g. h. et pr. Ven. Π. Neutro loco ea caruerim, et proniores scribae in talibus ad omittendi quam ad inferciendi errorem fuerunt.

Οὐδ' αὐτὸς πάνυ τι γ.] Sic Bodl. Vat. Vind. 2. 3. Ven. ΞΠ. Flor. a. c. e. h. i. Par. BCDHST. Angel. Legebatur ante Bekkerum πάνυ τοι.

codd. satis tuentur. Neque ipsa sententia verborum vocula non commendat, quippe quae acuit vim pronominis σοί, ut οὐ γάρ που καὶ σοί γε sit, non enim opinor et tibi adeo, sicuti mihi. Exempla rei afferam pauca de multis, ex hoc ipso libro maxime depromta. P. 4. B. οὐ γὰρ ἄν που ὑπέρ γε ἀλλοτρίου ἐπεξήισθα φόνου αὐτῷ. ubi ἀλλοτρίου habet τόνωσιν propterea, quod id cum ὑπὲρ unam efficit notionem. P. 13. A. οὐ γάρ που λέγεις γε P. 14. E. οὐ γάρ που τεχνικόν γ' ἂν εἴη. Sympos. p. 182. A. ἐπεὶ οὐ δή που κομψῶς γε — πραττόμενον ψόγον ἂν δικαίως φέροι. ibid. p. 199. A. Phileb. p. 63. B. Sed affatim exemplorum suppeditabunt Schaefer. ad Theocrit. p. 212. et Reisig. ad Sophocl. Oed. Col. v. 110.

δίκην αὐτὴν καλοῦσιν, ἀλλὰ γραφήν] Miratus est Astius De Vita et Scriptis Platonis p. 473. diligentem istam vocabulorum discriminationem, quam tanquam inficetam Platonis ingenium dedecere urbitratur. Ego quid in ea insit offensionis, non perspicio. Nam δίκη est generis vocabulum, quod significat causam et publicam et privatam; γραφὴ autem de publica tantum causa usitatum fuit. Quae res adeo extra omnem dubitationem est posita, ut Grammatici veteres, veluti Harpocratio, Suidas, Thomas M., Phavorinus, alii, de ea ad unum omnes consentiant. Exempla attulit Meier. De Lite Attica p. 162. ann. 7. Quocirca hoc dicit Socrates: Wahrlich nicht etwa einen Process nennen es die Athenienser, sondern einen Staatsprocess: in quo inest lepida obscurius loquentis correctio cum gradatione. Neque nihil vidit Petrus van Levyveld, qui in libro De infamia ex iure Attico p. 220. Euthyphronem censet, ut qui plerumque in

ΣΩ. Πάνυ γε.

ΕΥΘ. Τίς οὗτος;

ΣΩ. Οὐδ' αὐτὸς πάνυ τι γιγνώσκω, ὦ Εὐθύφρον, τὸν ἄνδρα· νέος γάρ τίς μοι φαίνεται καὶ ἀγνώς· ὀνομάζουσι μέντοι αὐτόν, ὡς ἐγῷμαι, Μέλητον. ἔστι δὲ τὸν δῆμον Πιτθεύς, εἴ τινα νῷ ἔχεις

ὡς ἐγῷμαι Μέλητον] Sic Bodl. Ven. *ΠΣ*. Vind. 1. 3. Flor. e. f. h. Coisl. Par. D. fere constanter. Eandem scripturam apud Aristophanem et Oratores libri meliores offerunt. v. Dobraeum ad Aristoph. Rann. p. 371. ed. Lips. Clinton. Fast. Hellen. XXXV. ed. Krüger. Vulgaris forma stare nequit propterea, quod penultima eius syllaba ex analogia corripienda foret. Tuetur tamen vulgarem errorem Eustathius ad Odyss. T. II. p. 42. ed. Lips.

εἴ τινα νῷ ἔχεις] V. *τινα ἐν νῷ*, sed *ἐν* om. Bodl. Tub. Coisl. Ven. *Π*. Vind. 2. 3. Flor. a. b. c. f. g. h. i. Par. BCDEH ST. Ang. Zitt. v. ann., unde disces *ἐν* ex correctione grammaticorum natum esse. Bekkerus *ἐν* servavit.

coloniis degisset, duo vocabula, *δίκην* et *γραφήν*, confudisse et ob eam rem a Socrate festive reprehendi. Nimirum loquitur certe Socrates cum eo tanquam homine peregrino, quo facetius et urbanius suam ipse sententiam proferat. Ceterum et impietatis et homicidii actio ex legibus Atticis fuit publica, quod monemus ideo, quia fuit, qui nominis *δίκης* ambiguitate deceptus Euthyphronis causam non publicam sed privatam fuisse existimaret.

γραφὴν σέ τις — γέγραπται] *Γράφεσθαί τινα* est aliquem in numerum reorum referri iubere apud magistratum, unde usus verbi medii repetendus est: quod quia fiebat tradito accusationis libello, additur fere *γραφήν*, ita ut plena sit loquutio *γραφὴν γράφεσθαί τινα*. conf. Schömann. De Comitiis Athen. p. 129.

οὐ γὰρ ἐκεῖνό γε καταγνώσομαι] Omissum est *σου*, quia subsequitur *ὡς σύ γε ἕτερον*. Quod qui non perspicerent, pronomen post *γὰρ* cum Stephano interposuerunt, ubi alii intulerunt *που*. Cod. Bodl. *οὔ τι γάρ που* ex corr. Sensus est: denn das wenigstens werde ich nicht von dir denken, dass du einen andern angeklagt hast. In quibus quam otiosum, ne dicam inficetum sit istud *που*, opinor, denke ich, quod vulgo infercitur, non est cur pluribus exponamus. Ceterum *καταγιγνώσκειν* ita sine genitivo positum legitur etiam Xenoph. Mem. IV. 8, 1. Apol. 23. quos locos comparavit Fischerus. conf. ad Alcibiad. II. p. 143. C.

B. *καὶ ἀγνώς*] h. e. *ἀγνωστός*, ut Charmid. p. 153. A. ubi opponitur *γνώριμος*, is quocum familiaritatem contraximus.

τὸν δῆμον Πιτθεύς] Schol. *Πιτθὶς δῆμος Αἰγηΐδος Ἀθήνῃσιν, ἐξ οὗ οὗτος*. Stephanus tamen Byzantinus et Harpocratio hunc populum re-

Πιτθέα Μέλητον, οἷον τετανότριχα καὶ οὐ πάνυ εὐγένειον, ἐπίγρυπον δέ.

ΕΥΘ. Οὐκ ἐννοῶ, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ δὴ τίνα γραφὴν σε γέγραπται;

C *ΣΩ. Ἥντινα; οὐκ ἀγεννῆ, ἔμοιγε δοκεῖ· τὸ γὰρ νέον ὄντα τοσοῦτον πρᾶγμα ἐγνωκέναι οὐ φαῦλόν ἐστιν. ἐκεῖνος γάρ, ὥς φησιν, οἶδε, τίνα τρόπον οἱ νέοι διαφθείρονται καὶ τίνες οἱ διαφθείροντες αὐτούς. καὶ κινδυνεύει σόφος τις εἶναι· καὶ τὴν ἐμὴν ἀμαθίαν κατιδὼν ὡς διαφθείροντος τοὺς ἡλικιώτας αὐτοῦ, ἔρχεται κατηγορήσων μου, ὥσπερ*

C. *οὐκ ἀγεννῆ, ἔμοιγε δοκεῖ*] Ante *ἔμοιγε* Vat. *A*. Ven. *Π*. Vind. 1. 2. 3. 5. Florentini, Huet. Par. BCDEHS. Angel. *ὡς* inferciunt, quod inde a Bekkero omnes susceperunt, male. Debet enim haud dubie vocula originem suam inscitiae grammaticorum, qui *ἔμοιγε δοκεῖ* et *μοὶ δοκεῖ* sic interponi solere ignorarent. v. ad Remp. V. p. 467. E. Menexen. p. 236. B. al.

ὥσπερ πρὸς μητέρα, πρὸς τὴν π.] Vat. *A*. a pr. m. et

ferunt potius ad tribum Cecropidem, quod idem factum in Corpore Inscriptionum apud Boeckhium n. 115. et 183. De duplici scriptura *Πιτθεύς* et *Πιθεύς* dixerunt quum alii, tum Taylor. ad Demosthen. Midian. p. 181. T. III. Apparat. Schaefer. p. 368 sq. Dein *εἴ τινα νῷ ἔχεις* est si quem mente tenes, i. e. meministi, quod etiam sine *ἐν* potuit dici, quod vulgo invitis codd. intrusum legitur. De Rep. VI. p. 490. A. *ἡγεῖτο δὲ αὐτῷ, εἰ νῷ ἔχεις, πρῶτον μὲν ἀληθεία.* Herodot. V. 92. 7. *Περίανδρος δὲ, συνιεὶς τὸ ποιηθέν, καὶ νόῳ ἴσχων ὧς οἱ ὑπετίθετο Θρασύβουλος κ. τ. λ.* Pluribus de hac re olim ad h. l. disputavi.

οἷον τετανότριχα —] h. e. *τοιοῦτον, ὅστις ἐστὶν τετανόθριξ κ. τ. λ.* de qua attractionis forma dixit Matthiae Gr. §. 473. ann. 2. conf. nostra ad Euthydem. p. 272. A. Lachet. p. 180. D. Ceterum haec pictura hominis est mollis, nasuti et arrogantis. Nam homines promissae et prolixae comae habebantur molles et effeminati, id quod Salmasius de Caesarie Virorum et Iunius de de Coma c. 4. docuerunt. *Οὐ πάνυ εὐγένειος* autem ad iuventutem Meleti pertinet, quae carpitur etiam Apolog. Socrat. p. 25. E. et 26. E., adeoque eius arguit in accusando levitatem et petulantiam. Denique *ἐπίγρυποι* putabantur pertinaces et arrogantes, id quod testatur locus Reip. V. p. 474. C.

C. *οὐκ ἀγεννῆ, ἔμοιγε δ.*] Intelligitur *γραφὴ οὐκ ἀγεννὴς* accusatio viro generoso non indigna: quod apparet urbana cum irrisione dici. Similiter deinde *οὐ φαῦλόν ἐστιν*, haud parvum et contemnendum putari debet, h. e. signum magni ingenii et acuminis est. Nam inest in his quoque verbis litotes.

ὥσπερ πρὸς μητέρα πρὸς τὴν πόλιν] Usitatius sane fuit dicere *ὥσπερ πρὸς μητέρα*

πρὸς μητέρα, πρὸς τὴν πόλιν. καὶ φαίνεταί μοι τῶν πολιτικῶν μόνος ἄρχεσθαι ὀρθῶς· ὀρθῶς γάρ ἐστι D
τῶν νέων πρῶτον ἐπιμεληθῆναι, ὅπως ἔσονται ὅ τι ἄριστοι, ὥσπερ γεωργὸν ἀγαθὸν τῶν νέων φυτῶν εἰκὸς πρῶτον ἐπιμεληθῆναι, μετὰ δὲ τοῦτο καὶ τῶν ἄλλων· καὶ δὴ καὶ Μέλητος ἴσως πρῶτον μὲν ἡμᾶς ἐκκαθαίρει, τοὺς τῶν νέων τὰς βλάστας διαφθείρον- 3
τας, ὡς φησιν· ἔπειτα μετὰ τοῦτο δῆλον, ὅτι τῶν πρεσβυτέρων ἐπιμεληθεὶς πλείστων καὶ μεγίστων ἀγαθῶν αἴτιος τῇ πόλει γενήσεται, ὡς γε τὸ εἰκὸς ξυμβῆναι ἐκ τοιαύτης ἀρχῆς ἀρξαμένῳ.

Vind. 4. πρὸς ante τὴν πόλιν om. v. ann. Bodl. Tub. Par. T. Ven. *II.* a pr. m. ὡς πρὸς μητέρα: sed περ excidisse videtur ob proximae syllabae initium. Antea μου ante κατηγορήσων abest ab Ald. Bas. 2. et cod. Vat.

P. 3. ὥς γε τὸ εἰκός] V. ὥστε, quod correctum e Bodl. Tub. Vat. Coisl. Ven. *ΞΠ.* Vind. 2. Par. BDHT. Angel. Zitt. Flor. e. f. g. h.

τὴν πόλιν, de quo loquendi genere post Schaeferum ad Dionys. De comp. verb. p. 328. ad Iulian. Praef. p. XIX. et ad Gregor. Corinth. p. 394. olim ad h. l. et ad Reip. libr. VIII. p. 545. E. explicavimus. Nec tamen loquendi consuetudo praepositionis iterationem omnino aspernatur, de qua praeter Schaeferum ad Gregor. Corinth. p. 394. ipse ad h. l. dixi. v. De Rep. VIII. p. 553. B. et quae congessi nuper in repetita editione Phaedonis p. 67. D.

D. ὀρθῶς γάρ ἐστιν —] Plene dicendum fuit: ὀρθῶς γὰρ τῶν πολιτικῶν ἄρχεσθαί ἐστιν πρῶτον ἐπιμελ. quod genus loquendi affatim illustravit Matthiae Gr. §. 309. ann. et Boeckh. in Min. et Legg. p. 187. conf. etiam ann. ad Cratyl. p. 388. A. Alia ratio est, sicubi εἶναι cum adverbio iungitur sic, ut verbum substantivum status et conditionis indicium faciat, de quo usu quae ante hos tredecim annos ad h. l. commentatus sum, ea etiamnunc tueor: quamquam hunc ipsum locum aliter atque olim interpretati sumus. Dein ὅπως cum indicativo futuri post verbum curandi dilucidavit Rostius Gr. §. 122. ann. 3.

ὥσπερ γεωργὸν ἀγαθόν] Hanc imaginem scriptor Theagis ad nauseam usque inculcavit, ut suo loco docebimus. Νέα φυτὰ sunt plantae tenellae, novellae. Ἐκκαθαίρειν autem significat eruncare, ausiäten; deinde omnino tollere. Τῶν νέων τὰς βλάστας per periphrasin dictum pro τοὺς νέους, quod factum est, quo diligentius metaphora servaretur; quam habes etiam Legg. VI. p. 765. B. Denique ἔπειτα μετὰ τοῦτο dictum ἐκ παραλλήλου, cuius generis exempla collegit Astius ad Legg. p. 24.

P. 3. ὡς γε τὸ εἰκὸς ξυμβ.] In eiusmodi formulis articulum modo additum videmus, modo

Cap. II. *ΕΥΘ. Βουλοίμην ἄν, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ὀρρωδῶ, μὴ τοὐναντίον γένηται. ἀτεχνῶς γάρ μοι δοκεῖ ἀφ' ἑστίας ἄρχεσθαι κακουργεῖν τὴν πόλιν, ἐπιχειρῶν ἀδικεῖν σέ. καί μοι λέγε, τί καὶ ποιοῦντά σέ φησι διαφθείρειν τοὺς νέους;*

B *ΣΩ. Ἄτοπα, ὦ θαυμάσιε, ὡς οὕτω γ' ἀκοῦ-*

B. *φησὶ γάρ με ποιητὴν εἶναι θεῶν*] Sic Bodl. Tub. Coisl. Ven. *Π.* Vat. *Δ.* Huet. Par. DST. Vind. 1. 3. Flor. b. f.

omissum, ut dicatur *ὡς εἰκός* et *ὡς τὸ εἰκός*, *ὡς δίκαιον* et *ὡς τὸ δίκαιον*, *κ. τ. λ.* Discrimen utriusque dictionis non usquequaque perspexit Engelhardtus, qui articulo addito adiectivum subiecti partes agere et infinitivum praedicatum esse censuit. Imo articulo addito *ὡς τὸ εἰκός* significat: quemadmodum pro re ipsa, de qua sermo est, par est et consentaneum. Sic etiam *ὡς τὸ δίκαιον* et alia explicanda sunt, veluti Legg. I. p. 624. A. *ὡς γε τὸ δικαιότατον εἰπεῖν.*

ἀλλ' ὀρρωδῶ] Ὀρρός est extrema pars ossis sacri, in quod vertebrae spinae dorsi desinunt. Inde *ὀρρωπύγιον* vocatur ea pars ossis, quae natibus est proxima. Unde *ὀρρωδεῖν* est contrahere partes posteriores prae metu, maximeque dicitur de animalibus caudam prae metu contrahentibus. Quod signum esse solet magni gravissimique metus. Itaque *ὀρρωδεῖν* est anxie metuere, vehementer metuere, neque idem plane est quod *φοβεῖσθαι* vel *ἀθυμεῖν*, sicuti Moeris, Harpocratio, aliique grammatici interpretantur.

ἀτεχνῶς γάρ μοι δοκεῖ ἀφ' Ἑστίας ἄρχεσθαι] nam prorsus initium violandae civitatis ab ara et foco facere mihi videtur, quum tibi iniuriam inferre conetur. Iungenda sunt verba in hunc modum: *δοκεῖ γὰρ ἄρχεσθαι κακουργεῖν τὴν πόλιν ἀτεχνῶς ἀφ' ἑστίας.* Quod monemus, ne quis *κακουργεῖν τὴν πόλιν* pro glossemate habeat. Proverbii usum praeter scholiastam Casaubon. ad Strabon. I. p. 18. ed. Almelov. Interprett. ad Aristoph. Vesp. 832. Wyttenbach. ad Plutarchi Moral. T. I. p. 642. ed. Oxon. aliique multi illustrarunt. Minus notum est istud *ἀτεχνῶς* addi solere dictionibus et formulis proverbialibus, cuius rei exempla bene multa nuper adscripsimus ad Phaedon. p. 90. C. Ion. p. 534. D. al.

τί καὶ ποιοῦντά σέ φ.] quid *tandem* facientem. Quae voculae vis et significatio unde repetenda sit, optime demonstravit Hermannus ad Viger. p. 837. Etenim indicat illa dubitationem quandam de ea re, de qua dicitur, ut in formula *τί χρὴ καὶ λέγειν*; was soll man auch sagen? qua significatur non solum quid, sed etiam an aliquid dicendum sit dubitari: quid dicendum est, si omnino aliquid dicendum est, quod ipsum incertum. Sic qui interrogat *τί χρὴ προσδοκᾶν*; is expectat aliquid, sed dubius haeret, quid sit quod eventurum sit. Qui autem dicit *τί χρὴ*

σαι. φησὶ γάρ με ποιητὴν εἶναι θεῶν, καὶ ὡς καινούς ποιοῦντα θεούς, τοὺς δ' ἀρχαίους οὐ νομίζοντα ἐγράψατο τούτων αὐτῶν ἕνεκα, ὡς φησιν.

ΕΥΘ. Μανθάνω, ὦ Σώκρατες· ὅτι δὴ σὺ τὸ δαιμόνιον φῂς σαυτῷ ἑκάστοτε γίγνεσθαι. ὡς οὖν καινοτομοῦντός σου περὶ τὰ θεῖα γέγραπται ταύτην

g. h. cum Stobaeo Eclogg. Ethicc. 4. p. 57. Vett. editt. *με* post *εἶναι* ponunt.

καὶ προσδοκᾶν; is desperat omnino aliquid esse eventurum. Itaque Euthyphro plenius etiam hunc in modum loqui potuit: *τί καὶ ποιοῦντά σε, εἴπερ τι ποιεῖς, διαφθείρειν φησὶ τοὺς νέους;* Phaedon. p. 61. E. *τί γὰρ ἄν τις καὶ ποιοῖ ἄλλο*; quo significatur omnem spem aliud quid faciendi incertam esse atque paene sublatam. v. ad Lachet. p. 182. E. Toto coelo a vero aberravit Engelhardtus, qui ellipsis machina adhibita supplendum censet: *ἀνάγκη γὰρ καὶ τοῦτο εἰδέναι* aut simile quippiam.

B. *ὡς οὕτω γ' ἀκοῦσαι*] wenn man es so hört. i. e. re nondum accurate perpensa. Lysid. p. 216. A. *εὖ γε, ἔφη, ὁ Μενέξενος, ὡς γε οὕτωσὶ ἀκοῦσαι.* Phileb. p. 5. A. *ἔστι γάρ, ἀκούειν μὲν οὕτως, ἁπλῶς ἓν τι.* v. Matthiae Gr. §. 545. 2. Deinde *ποιητὴς θεῶν* facete et urbane dictum, quia ad Meletum, qui poeta videri volebat, alludit.

τοὺς δ' ἀρχαίους οὐ νομίζοντα] Differunt *θεοὺς νομίζειν* et *τοὺς θεοὺς νομίζειν* sic, ut illud sit: deos esse credere, hoc autem: eos deos, qui vulgo habentur, credere deos esse. Ex quo apparet, praedicati notionem ex subiecto esse assumendam. Eurip. Hecub. v. 781. *νόμῳ γὰρ τοὺς θεοὺς ἡγούμεθα*, eos deos, qui creduntur, esse statuimus. Id. Helen. v. 928. *τὰ θεῖ' ἡγουμένη*. Denuo hoc monui, quia fuit, qui sententiam meam olim de hac constructione proditam improbaret, quam laetor probatam esse Pflugkio nostro, subtilissimo grammatico.

Μανθάνω, ὦ Σώκρατες· ὅτι δὴ σὺ τὸ δ.] Plenius ante *ὅτι* interpunximus, quia *ὅτι* non ad *μανθάνω* pertinet, sed cohaeret cum verbis e superioribus repetendis: *φησί σε ποιητὴν εἶναι θεῶν*. Eadem ratio est De Republ. I. p. 332. A. III. p. 402. E. Ibid. p. 410. D. al. Adscivit hanc emendationem tacite Engelhardt. De verbis, *τὸ δαιμόνιον — σαυτῷ ἑκάστοτε γίγνεσθαι*, nolumus iterare quae in superiore editione ad h. l. exposuimus. Hoc unum monuisse satis erit, *ἑκάστοτε* esse iedesmal, semper, quotiescunque. De dictione autem *τὸ δαιμόνιον γίγνεται* v. Apol. p. 31. D. Phaedr. p. 242. BC. De Rep. VI, p. 496. C. Euthydem. p. 272. E. ibique ann. Mox *εὐδιάβολα* sunt quae facile inveniunt invidiam; quibus odium et invidia conflari facile potest. conf. ad Phaedon. p. 67. E. Sympos. 222. C. unde discas, quid sit *διαβάλλειν τινὰ πρός τινα*.

τὴν γραφήν, καὶ ὡς διαβαλῶν δή ἔρχεται εἰς τὸ δικαστήριον, εἰδὼς ὅτι εὐδιάβολα τὰ τοιαῦτα πρὸς
C τοὺς πολλούς. καὶ ἐμοῦ γάρ τοι, ὅταν τι λέγω ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ περὶ τῶν θείων, προλέγων αὐτοῖς τὰ μέλλοντα, καταγελῶσιν ὡς μαινομένου· καίτοι οὐδὲν ὅ τι οὐκ ἀληθὲς εἴρηκα ὧν προεῖπον· ἀλλ' ὅμως φθονοῦσιν ἡμῖν πᾶσι τοῖς τοιούτοις. ἀλλ' οὐδὲν αὐτῶν χρὴ φροντίζειν, ἀλλ' ὁμόσε ἰέναι.

Cap. III. ΣΩ. Ὦ φίλε Εὐθύφρον, ἀλλὰ τὸ μὲν καταγελασθῆναι ἴσως οὐδὲν πρᾶγμα. Ἀθηναίοις γάρ τοι, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐ σφόδρα μέλει, ἄν τινα
D δεινὸν οἴωνται εἶναι, μὴ μέντοι διδασκαλικὸν τῆς αὐτοῦ σοφίας· ὃν δ' ἂν καὶ ἄλλους οἴωνται ποιεῖν

ὡς διαβαλῶν δή] Plerique libri in iisque etiam Bodl. διαβαλών. Alii διαβάλλων, quod Bodl. in margine habet.

D. ἐθέλοι ἀκούειν] ἐθέλει Huet. Par. EST. et a pr. m. Par. B. ἐθέλειν Par. H.

C. καίτοι οὐδὲν ὅ τι οὐκ ἀληθὲς — ἀλλ' ὅμως φθ. ἀλλ' ὁμόσε ἰέναι] Phaedon. p. 68. E. καίτοι φαμέν γέ που ἀδύνατον εἶναι· ἀλλ' ὅμως αὐτοῖς συμβαίνει τοῦτο ὅμοιον εἶναι τὸ πάθος. Ibid. 69. A. καίτοι καλοῦσί γε ἀκολασίαν τὸ ὑπὸ τῶν ἡδονῶν ἄρχεσθαι· ἀλλ' ὅμως συμβαίνει αὐτοῖς κ. τ. λ. ubi id genus plura adscripsimus. Aristoph. Rann. 43. καίτοι δάκνω χ' ἑμαυτόν· ἀλλ' ὅμως γελῶ. Duplex ἀλλά, ut h. l., habes Sympos. p. 177. E. καίτοι οὐκ ἐξ ἴσου γίγνεται ἡμῖν τοῖς ὑστάτοις κατακειμένοις· ἀλλ' ἐὰν οἱ πρόσθεν ἱκανῶς καὶ καλῶς εἴπωσιν, ἐξαρκέσει ἡμῖν. ἀλλὰ τύχῃ ἀγαθῇ. κ. τ. λ. quamquam ibi secundum istud ἀλλὰ paullo alio modo dicitur. Ὁμόσε ἰέναι, obviam ire, concurrere, cominus pugnare, metaphorice usurpari solitum illustravit Ruhnken. ad Tim. p. 191 sq.

ἴσως οὐδὲν πρᾶγμα] fortasse nihil refert; nihil est, quod curari debeat aut molestum videri. v. ad Lachet. p. 200. A. et quae collegit formulae exempla Heindorf. ad Hipp. mai. p. 291. A. Gorg. p 447. B.

D. ὃν δ' ἂν ἄλλους οἴωνται] Fortius hoc dictum pro vulgari ἐὰν δέ τινα καὶ ἄλλους κ. τ. λ. cuius generis exempla quae olim ad h. l. congessi, iis nunc addimus Apolog. p. 22. B. Sympos. p. 176. D. Phaedr. p. 242. C. p. 269. D. Lachet. p. 188. A. Ad θυμοῦνται liquet ἐκείνῳ intelligendum relinqui. Ceterum conf. Matthiae Gr. Gr. §. 481. ann. 1.

οὐ πάνυ ἐπιθυμῶ π.] non admodum experiri cupio. — σπάνιον σεαυτὸν παρέχειν, raro tui copiam facere, h. e. raro cum iis collo-

τοιούτους, θυμοῦνται, εἴτ' οὖν φθόνῳ, ὡς σὺ λέγεις, εἴτε δι' ἄλλο τι.

ΕΥΘ. Τούτου οὖν πέρι ὅπως ποτὲ πρὸς ἐμὲ ἔχουσιν, οὐ πάνυ ἐπιθυμῶ πειραθῆναι.

ΣΩ. Ἴσως γὰρ σὺ μὲν δοκεῖς σπάνιον σεαυτὸν παρέχειν καὶ διδάσκειν οὐκ ἐθέλειν τὴν σεαυτοῦ σοφίαν· ἐγὼ δὲ φοβοῦμαι, μὴ ὑπὸ φιλανθρωπίας δοκῶ αὐτοῖς ὅ τί περ ἔχω ἐκκεχυμένως παντὶ ἀνδρὶ λέγειν, οὐ μόνον ἄνευ μισθοῦ, ἀλλὰ καὶ προστιθεὶς ἂν ἡδέως, εἴ τίς μου ἐθέλοι ἀκούειν. εἰ μὲν οὖν, ὃ νῦν δὴ ἔλεγον, μέλλοιέν μου καταγελᾶν, ὥσπερ σὺ φῂς σαυτοῦ, οὐδὲν ἂν εἴη ἀηδὲς παίζοντας καὶ γελῶντας ἐν τῷ δικαστηρίῳ διαγαγεῖν, εἰ δὲ σπουδάσονται, τοῦτ' ἤδη ὅπῃ ἀποβήσεται ἄδηλον πλὴν ὑμῖν τοῖς μάντεσιν. E

E. ὅπῃ ἀποβήσεται] ὅποι Ven. Σ. Vindob. 2. 5. Flor. b. c. ὅπου Huet. Par. S. v. infra. Mox pro ἀγωνιεῖ aliquot libri ἀγωνιῇ, ut est in vett. editt. Pro σύ τε Tub. σύ γε, quod dedit Fischer.

qui aut coram iis verba facere, ut Euthydem. p. 305. A. Mox ὑπὸ φιλανθρωπίας est praehumanitate, comitate et humanitate adductus, et ἐκκεχυμένως λέγειν omnia effutire s. effundere; v. Wyttenbach. ad Plutarch. Mor. T. I. p. 420 sq. ed. Lips.

προστιθεὶς ἂν ἡδέως] Sunt quaedam verba, quae absolute et sine accusativo pronominis τι fere constanti more usurpantur. Inter quae praeter hoc ipsum προστιθέναι, quod respondet fere nostro zulegen pro etwas zulegen celebrato, referendum est κτᾶσθαι (Menon. p. 90. A.), quod dicitur absolute, ut nostrum erwerben; κερδαίνειν et ἀπολλύναι (De Rep. X. p. 607. E. κερδανοῦμεν γάρ που. Phileb. p. 34. C.), quod respondet nostro gewinnen et verlieren pro Verlust u. Gewinn haben; συμβάλλεσθαι (Sympos. p. 184. D.), beitragen, i. e. einen Beitrag geben; ἔχειν, unde οἱ ἔχοντες sunt divites, et si quae sunt id genus alia. Verbi προστιθέναι ita usurpati exempla quaedam consignavimus ad Remp. I. p. 339. B. alia collegerunt Astius ad Remp. p. 346. Heindorf. ad Theaet. §. 31. Facete vero carpitur his verbis avaritia sophistarum, qui magnam a discipulis suis institutionis mercedem solebant exigere, quum Socrates nihil pecuniae postularet.

E. ὅπῃ ἀποβήσεται] Herodot. VIII. 67. ἐκαραδόκεον τὸν πόλεμον, κῇ ἀποβήσεται. Xenoph. Cyrop. V. 2, 11. ὅπῃ τὰ παρόντα ἀποβήσοιτο. Hellenic. VI. 4, 20. πῇ τὸ μέλλον ἀποβήσοιτο. Plat. Lysid. p. 206. A. τὸ μέλλον ὅπῃ ἀποβήσεται. unde ὅπῃ, non ὅποι, verum esse apparet.

ΕΥΘ. *Ἀλλ' ἴσως οὐδὲν ἔσται, ὦ Σώκρατες, πρᾶγμα, ἀλλὰ σύ τε κατὰ νοῦν ἀγωνιεῖ τὴν δίκην, οἶμαι δὲ καὶ ἐμὲ τὴν ἐμήν.*

Cap. IV. *ΣΩ.* *Ἔστι δὲ δή σοι, ὦ Εὐθύφρον, τίς ἡ δίκη; φεύγεις αὐτὴν ἢ διώκεις;*

ΕΥΘ. *Διώκω.*

ΣΩ. *Τίνα;*

4 *ΕΥΘ.* *Ὃν διώκων αὖ δοκῶ μαίνεσθαι.*

ΣΩ. *Τί δαί; πετόμενόν τινα διώκεις;*

ΕΥΘ. *Πολλοῦ γε δεῖ πέτεσθαι, ὅς γε τυγχάνει ὢν εὖ μάλα πρεσβύτης.*

ΣΩ. *Τίς οὗτος;*

P. 4. *Τί δαί; πετόμ.*] V. *δέ*, quod e Coisl. Flor. e et corr. Bodl. mutatum. Enimvero mirabundus Socrates interrogat. Dein *ὅς γε δὴ τυγχάνει* vett. editt. sed *δὴ* om. Bodl. Tub. Vat. Coisl. Ven. *Π.* Huet. Par. BCDEHST. Ang.

Ἔστι δὲ τί τό ἔγκλ.] Hic quoque *δὴ* post *δὲ* vulgo infercitur invitis Bodl. Coisl. Vat. Ven. *Π.* Huet. Par. BCDEHST. Ang. et editt. Ald. Bas. 2.

σύ τε κατὰ νοῦν ἀγωνιεῖ] Qui *τε* in *γε* commutandum censuerunt Stephanus et Fischerus, eos latuit, post *τε* etiam *δὲ* subinde sic inferri, ut gradatio quaedam locum habeat. Quanquam si rem ad vivum resecueris, esse hoc genus quoddam anacoluthi facile largieris. v. ad Symp. p. 186. E. Cratyl. p. 406. C. — *οἶμαι δὲ καὶ ἐμέ*, sc. *ἀγωνιεῖσθαι*, frequenti constructione, de qua v. ad Apolog. Socr. p. 25. E. Lachet. p. 180. A. al.

P. 4. *πετόμενόν τινα διώκεις*] Facete ita loquitur, quia volandi verbum etiam ad celerem currentis vel aufugientis impetum designandum adhibetur. Aristoph. Pac. v. 1117. *οὐκ ἀποπετήσει θᾶττον εἰς Ἐλύμνιον*; Lysistr. v. 55. *πετομένας ἥκειν πάλαι.* Ibid. v. 321. *πέτου, πέτου, Νικοδίκη.* Plura dabit Victor. Lect. XI. 13. et Dorvill. ad Charit. p. 309. ed. Lips. Videtur autem proverbii usum habuisse formula *τὰ πετόμενα διώκειν.* Aristotel. quidem certe Metaphys. III. 18. *τὰ πετόμενα διώκειν* dicit eos, qui versantur in rebus obscuris et ad investigandum difficillimis. Homer. Il. *π*, 76. *σὺ μὲν ὧδε θέεις, ἀκίχητα διώκων.*

ὅς γε τυγχάνει ὤν] Phaedon. p. 96. E. *πόρρω που — ἐμὲ εἶναι τοῦ οἴεσθαι περὶ τῶν τοιούτων τὴν αἰτίαν εἶναι, ὅς γε οὐκ ἀποδέχομαι ἐμαυτοῦ.* Gorg. p. 471. A. *πῶς οὐκ ἄδικος, ᾧ γε προσῆκε μὲν τῆς ἀρχῆς οὐδέν, ἦν νῦν ἔχει κ. τ. λ.* Ibid. p. 472. A. *τὰ μέγιστα ἠδίκηκεν, ὅς γε — ἀπέσφαξεν.* Phaedon. p. 96. E. Phaedr. p. 257. E. Infra p. 6. B. *τί γὰρ*

ΕΥΘ. Ὁ ἐμὸς πατήρ.

ΣΩ. Ὁ σός, ὦ βέλτιστε;

ΕΥΘ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Ἔστι δὲ τί τὸ ἔγκλημα καὶ τίνος ἡ δίκη;

ΕΥΘ. Φόνου, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Ἡράκλεις! ἦ που, ὦ Εὐθύφρον, ἀγνοεῖται ὑπὸ τῶν πολλῶν ὅπῃ ποτὲ ὀρθῶς ἔχει. οὐ γὰρ οἶμαί γε τοῦ ἐπιτυχόντος εἶναι ὀρθῶς αὐτὸ πρᾶξαι, B ἀλλὰ πόρρω που ἤδη σοφίας ἐλαύνοντος.

ΕΥΘ. Πόρρω μέντοι νὴ Δί' ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ἔστι δὲ δὴ τῶν οἰκείων τις ὁ τεθνεὼς

B. τοῦ ἐπιτυχόντος εἶναι] Bodl. Par. T. Tub. Flor. f. et pr. Ven. *Π.* εἶναι om. non male. Deinde ἤδη om. Huet. Par. DS.

Ἔστι δὲ δὴ τῶν οἰκείων τις] Hic δή, quod vulgo deerat, e Tub. Vat. Ven. *Π.* Coisl. Huet. Par. BCDEHST. Angel. Flor. a. b. c. d. e. f. g. i. et ed. Bas. 2. restitutum. Dein vett. editt. τεθνειώς, quod emendatum ex Huet. Par. DS. Vind. 1. 3. 5. Flor. g. h. In Zitt. est τεθνηκώς. Etiam mox vett. editt. τεθνειώς.

καὶ φήσομεν, οἳ γε καὶ αὐτοὶ ὁμολογοῦμεν περὶ αὐτῶν μηδὲν εἰδέναι;

Ὁ ἐμὸς πατήρ.] Docet hic locus certissime liberis etiam caedis actionem in parentes fuisse datam, quod fuerunt qui in dubitationem vocarent. v. Meier. De Lite Attica p. 570.

τί τὸ ἔγκλημα] Ἔγκλημα est crimen, cuius quis accusatur, sive ipsius accusationis causa, vel, ut hodie loquuntur, accusationis obiectum. Unde additur τίνος ἡ δίκη, h. e. et ad quodnam crimen actio pertinet? s. cuius criminis actionem ei intendis? Deinde Ἡράκλεις admirationis indicium facit, ut reddi possit papae vel obsecro. Particulae ἦ που autem asseverationem cum dubitatione coniunctam significant, ita tamen, ut πού sit assensionem expectantis. Nostrates dicunt wahrlich wohl, sicherlich wohl. De Rep. X. p. 595. C. ἦ που ἄρα ἐγὼ ξυννοήσω, nun wahrlich, da werde ich es also wohl einsehen. Exempla rei plurima suppeditabit Elmslei. ad Eurip. Med. v. 1275. qui tamen usum loquendi non omnino perspexit. De loquutione πόρρω σοφίας ἐλαύνειν v. ad Cratyl. p. 410. D. Lysid. p. 204. B.

B. Ἔστι δὲ δὴ τῶν οἰκείων τις] Cognatorum enim et affinium erat in eos, qui caedem perpetrassent, actionem instituere, de qua re lex est apud Demosthen. adv. Macart. p. 1069. ed. Reisk. Quocirca qui caedem vellent iudicio persequi, iureiurando confirmare debebant, occisum fuisse ipsis cognatum. v. Demosth.

ὑπὸ τοῦ σοῦ πατρός; ἦ δῆλα δή· οὐ γὰρ ἄν που ὑπέρ γε ἀλλοτρίου ἐπεξήεισθα φόνου αὐτῷ.

ΕΥΘ. Γελοῖον, ὦ Σώκρατες, ὅτι οἴει τι διαφέρειν, εἴτε ἀλλότριος εἴτε οἰκεῖος ὁ τεθνεώς, ἀλλ' οὐ τοῦτο μόνον δεῖν φυλάττειν, εἴτε ἐν δίκῃ ἔκτεινεν ὁ κτείνας εἴτε μή, καὶ εἰ μὲν ἐν δίκῃ, ἐᾶν, εἰ δὲ
C μή, ἐπεξιέναι, ἐάν περ ὁ κτείνας συνέστιός σοι καὶ

ἐπεξήεισθα φόνου] Sic Bodl. Ven. *Π.* Flor. f. h. g. Vind. 1. 4. Par. DST. Legebatur *ἐπεξίησθα*. Elmsleius ad Eurip. Supplic. v. 752. malebat *ἐπεξῄσθα*. Ante *φόνου* vulgo insertum *τῷ πατρί*, quod codd. praeter Ven. *Ξ*. recte omittunt.

adv. Euerg. p. 1160. coll. Polluc. VIII. 118. Servi autem et familiae annumerabantur et sacrorum domesticorum erant participes. v. Isaeus de Ciron. hereditate §. 16. coll. Klenze das Familienrecht der Cognaten u. Agnaten p. 152 sqq. Et hoc quidem loco Euthyphro narratur patri actionem ideo voluisse intendere, quia is mercenarium quendam fame et frigore in vinculis perire siverat. Videtur igitur homo pius ac superstitiosus mercenarium istum servi loco habuisse: nam alioquin ei per leges non licuisset caedem eius publica accusatione ulcisci. Nisi forte *πελάται* fuerunt in quadam dominorum clientela, de qua re postea aliquid admonebimus. Quod autem deinde *ἀλλότριον* ait esse eum, cuius necem sit vindicaturus, id eo pertinere existimo, quod mercenarius iste proprie quidem in numero *τῶν οἰκείων* non erat, quanquam quia domesticis functus erat negotiis, Euthyphroni nimium pio ac religioso mors eius actione in parentem instituta expianda videbatur. Ita si haec explicaverimus, certe cum iis, quae ab aliis scriptoribus de his rebus memoriae prodita sunt, pugnare existimanda non sunt. — *ἦ δῆλα δή*, an quid quaero? manifesta res est. v. ad Protagor. init. Deinde in *ὑπέρ γε ἀλλοτρίου* conditionis inest significatio, ex qua pendent verba: *οὐ γὰρ ἄν που — ἐπεξήεισθα φόνου αὐτῷ*. Quippe illud idem valet, quod *εἰ ἀλλοτριός γε ἦν*.

συνέστιός καὶ ὁμοτράπεζος] Credebant enim veteres, eos qui cum maleficis et scelestis hominibus conversarentur, et ipsos scelerum contagione pollui atque vindictae deorum reddi obnoxios. Horat. III. Carm. I. II. extr. Vetabo, qui Cereris sacrum Volgarit arcanae, sub isdem Sit trabibus, fragilemve mecum Solvat phaselon. SaepeDiespiterNeglectus incesto addidit integrum. ubi v. Mitscherlich. De homicidis Libanius Progymnasm. T. I. Opp. p. 38. D. *οὕτω δὲ δεινὸν καὶ θεοῖς ἐχθρὸν ἡγήσαντο τὸν ἀνδροφόνον, ὥστε κἂν τὸν αὐτὸν ὅροφον ὑπέλθοι τις τῷ τοῦτο τετολμηκότι, κοινωνὸς τῆς ἀδικίας νενόμισται*. Itaque accidere sane poterat, ut severa religionis officia pugnarent cum pietate et amore erga parentes aut liberos. Quid enim? si quis filium homicidii convictum ideoque tecto et lare excludendum

ὁμοτράπεζος ᾖ. ἴσον γὰρ τὸ μίασμα γίγνεται, ἐὰν ξυνῇς τῷ τοιούτῳ ξυνειδώς, καὶ μὴ ἀφοσιοῖς σεαυτόν τε καὶ ἐκεῖνον τῇ δίκῃ ἐπεξιών. ἐπεὶ ὅγε ἀποθανὼν πελάτης τις ἦν ἐμός, καὶ ὡς ἐγεωργοῦμεν ἐν τῇ Νάξῳ, ἐθήτευεν ἐκεῖ παρ' ἡμῖν. παροινήσας οὖν καὶ ὀργισθεὶς τῶν οἰκετῶν τινὶ τῶν ἡμετέρων ἀποσφάττει αὐτόν. ὁ οὖν πατὴρ ξυνδήσας τοὺς

δεῖν φυλάττειν] V. *δεῖ*, quod correctum e Bodl. Coisl. Ven. *ΞΙΙ.* Vind. 1. 2. 3. 4. Flor. a. b. c. f. g. i. Zitt. Huet. Par. BCDEHST. Ang.

domo recepisset? Certe is piaculo se obstrinxisse existimandus fuit. Ac similis profecto Euthyphronis causa est. Qui quoniam parentem sibi persuasit homini pro familia sua opus facienti vitam eripuisse, ne ipse in sceleris communionem veniat, patrem accusare constituit. Mox *ἀφοσιοῦν ἑαυτὸν* est se expiare vel animum religione exsolvere actione instituenda.

C. *πελάτης τις ἦν ἐμός*] *Πελάται* erant cives inopes, sed liberi; unde paullo post diserte distinguuntur ab *οἰκέταις*. Il operam suam locabant civibus ditioribus, in quorum clientela quadam fuisse videntur, ab iisque pro opere faciendo fere sextam accipiebant fructuum partem: ex quo dicti sunt *ἑκτήμοροι* vel *ἑκτημόριοι*. Hesych. T. I. p. 1152. *Ἑκτήμοροι: οἱ ἐπὶ ἕκτῳ μέρει τὴν γῆν γεωργοῦντες.* Eustath. ad Odyss. XIX. 28. Neque enim verisimile est, quod alii scribunt, eos sextam tantummodo redituum partem patronis dedisse, ipsos quinque partes retinuisse. v. Schömann. De comitiis Ath. p. 362. Appellati sunt etiam *θῆτες* et *ἐργολάβοι*, quia opus mercede faciebant. v. Casaubon. ad Athen. XII. p. 738. Ruhnk. ad Tim. p. 211. Wachsmuth. Hellen. Alterthumsk. T. I. p. 235. Carebant autem iure petendi magistratus et proficiscendi in bellum, atque omnino eadem fere condicione utebantur, qua apud Romanos capite censi. v. Pollux III. 82. Timaeus l. c. Möris s. v.

ὡς ἐγεωργοῦμεν ἐν τῇ Νάξῳ] Quod Athenienses in aliis insulis fecerant, ut posteaquam eae suo subiectae imperio essent, agros incolarum ipsi occuparent atque inter se distribuerent, unde dicti sunt *γεωμόροι* sive *κληροῦχοι*, quibus in divisione agrorum latifundia obtigissent: idem etiam in Naxo, insula Cycladum optima et vinearum maxime fertilitate insigni, factum esse quum ex hoc loco apparet, tum ex Thucyd. I. 98. et Plutarch. Pericl. c. 11. *πρὸς δὲ τούτοις χιλίους μὲν ἔστειλεν εἰς Χερρόνησον κληρούχους, εἰς δὲ Νάξον πεντακοσίους, εἰς δὲ Ἄνδρον ἡμίσεις τούτων.* Diodor. Sic. XI. 88. qui Tolmidam pro Pericle nominat, consentiente Pausania. I. 27, 6. De *κληρουχίαις* omnino v. Wachsmuth. l. c. T. I. P. II. p. 36 sqq. et Boeckh. De Oeconom. Athen. T. I. p 455 sqq. — Mox *οἰκέται* haud dubie sunt servi, de qua voca-

πόδας καὶ τὰς χεῖρας αὐτοῦ, καταβαλὼν εἰς τάφρον
D τινά, πέμπει δεῦρο ἄνδρα πευσόμενον τοῦ ἐξηγητοῦ
ὅ τι χρὴ ποιεῖν. ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ τοῦ δεδεμέ-
νου ὠλιγώρει τε καὶ ἠμέλει ὡς ἀνδροφόνου καὶ οὐ-
δὲν ὂν πρᾶγμα, εἰ καὶ ἀποθάνοι· ὅπερ οὖν καὶ ἔπα-
θεν. ὑπὸ γὰρ λιμοῦ καὶ ῥίγους καὶ τῶν δεσμῶν ἀπο-
θνήσκει πρὶν τὸν ἄγγελον παρὰ τοῦ ἐξηγητοῦ ἀφι-
κέσθαι. ταῦτα δὴ οὖν καὶ ἀγανακτεῖ ὅ τε πατὴρ
καὶ οἱ ἄλλοι οἰκεῖοι, ὅτι ἐγὼ ὑπὲρ τοῦ ἀνδροφόνου
τῷ πατρὶ φόνου ἐπεξέρχομαι, οὔτε ἀποκτείναντι, ὥς
φασιν ἐκεῖνοι, οὔτ' εἰ ὅ τι μάλιστ' ἀπέκτεινεν, ἀν-
δροφόνου γε ὄντος τοῦ ἀποθανόντος, οὐ δεῖν φρον-

D. ὅ τι χρὴ ποιεῖν] Bekker. χρείη, invitis libris omnibus, nisi quod id primitus habuerunt Ven. II. Par. DT. In Huet. Par. S. est. χρεί᾽ ἦ. Etiam Suidas in v. χρή, ubi hic locus laudatur, χρείη scriptum habet.

ταῦτα δὴ οὖν καὶ ἀγ.] ταύτῃ Coisl. et corr. Bodl.

οὐ δεῖν φροντίζειν] Steph. coni. οὐ δέον.

buli significatione ad Cratyl. p. 384. D. diximus. Ἀποσφάττειν, quod proprie est mactare pecudes, deinde etiam significat necare, occidere, ita tamen ut de nece truculenta dicatur. v. Pollux VIII. 74, 130. IX. 153. Sic I. Epist. Ioann. III. 12. de Caino: ἔσφαξε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Quo sensu etiam κατασφάττειν legitur Luc. 19, 27. et ἀποσφάττειν apud Polyaen. 2. 13, 27. Denique observanda est collocatio verborum τῶν οἰκετῶν τινι τῶν ἡμετέρων. Prorsus eodem modo Phaedr. p. 274. C. τῶν ἐκεῖ παλαιῶν τινι θεῶν. Criton. p. 53. B. εἰς τῶν ἐγγύτατά τινα πόλεων. Gorg. p. 451. A. B. Alia dabunt Bergler. ad Alciphron. III. 20. Schaefer. ad Longum p. 363. Matthiae Gr. p. 567. §. 279. 4. Singularis ratio est Hipp. mai. p. 300. C. τῆς τῶν παρόντων λέξεως λόγων. et Thucyd. I. 106. ἔς του χωρίον ἰδιώτου.

D. πευσόμενον τοῦ ἐξηγητοῦ] h. e. ab interprete religionum, v. intpp. ad Polluc. VIII. 124. et Ruhnk. ad Tim. p. 109. Indicativum χρή, pro quo fuerunt qui χρείη requirent, satis tuebuntur quae ad Sympos. p. 190. B. et ad hunc ipsum locum olim disputavimus.

ὡς ἀνδροφόνου καὶ οὐδὲν ὂν πρᾶγμα] h. e. καὶ ὡς οὐδὲν ὂν πρᾶγμα. De Republ. X. p. 604. B. ὡς οὔτε δῆλον ὄντος οὔτε οὐδὲν προβαῖνον. Thucyd. p. 426. ὡς Ἀθηναίων προσδοκίμων ὄντων καὶ τὸ παρὸν στράτευμα αὐτῶν διαπολεμησόμενον. Xenoph. Mem. II. 2, 13.

ὑπὸ γὰρ λιμοῦ καὶ ῥίγους καὶ τῶν δεσμῶν] prae fame et frigore ac praevinculis eiiniectis: unde articulus ante δεσμῶν habet explica-

τίζειν ὑπὲρ τοῦ τοιούτου· ἀνόσιον γὰρ εἶναι τὸ E
υἱὸν πατρὶ φόνου ἐπεξιέναι· κακῶς εἰδότες, ὦ Σώκρατες, τὸ θεῖον ὡς ἔχει τοῦ ὁσίου τε πέρι καὶ τοῦ ἀνοσίου.

ΣΩ. Σὺ δὲ δὴ πρὸς Διός, ὦ Εὐθύφρον, οὕτωσὶ ἀκριβῶς οἴει ἐπίστασθαι περὶ τῶν θείων, ὅπῃ ἔχει, καὶ τῶν ὁσίων τε καὶ ἀνοσίων, ὥστε τούτων οὕτω πραχθέντων, ὡς σὺ λέγεις, οὐ φοβεῖ δικαζόμενος τῷ πατρί, ὅπως μὴ αὖ σὺ ἀνόσιον πρᾶγμα τυγχάνῃς πράττων;

ΕΥΘ. Οὐδὲν γὰρ ἄν μου ὄφελος εἴη, ὦ Σώ-

E. ὅπῃ ἔχει] V. ἔχῃ. Indicativum servarunt Bodl. Par. CD. Vat. Δ. Ven. Π. Vind. 1. 3. Flor, b, c. d. e. f. g. h. In aliis quibusdam ἔχοι scriptum.

Οὐδὲν γὰρ ἄν μου ὄφελος] Libri μοι. Sed recte vidit Heusdius Specim. crit. p. 6. requiri genitivum. In Bodl. Par. DST. ἄν desideratur. Dein vett. editt. ὄφελος, ὦ Σώκρατες, εἴη, quem ordinem verborum pauci cum Ven. ΞΠ. tuentur.

tionem. De eodem ante λιμοῦ et ῥίγους omisso v. ad Menon. 91. E. et Hermann. ad Aristoph. Nubb. v. 334.

οὔτ' εἰ ὅτι μάλιστ' ἀπέκτειναν—οὐ δεῖν φρ.] Singulare anacoluthon. Continuata enim constructio est perinde, ac si praecessisset οὔτε ἀποκτείναι φάσκοντες: quam rationem nec Fischerus nec Engelhardtus perspexerunt. Praeterea animadvertendum οὐ post intermedia verba denuo illatum, de qua repetitione v. ad Cratyl. p. 398. E. De voc. ἀνδροφόνος Moeris: Φονέα, Ἀττικῶς· ἀνδροφόνον, Ἕλληνες. Sed recte Fischerus observavit φονεὺς esse vocabulum Atticis proprium, ἀνδροφόνος autem Atticis cum ceteris Graecis commune. conf. Pollux VI. 192. VIII. 133.

E. τὸ θεῖον ὡς ἔχει] h. e. quid divinum sit in pietate et impietate, h. e. quid diis videatur pium et fas, quid impium et nefas. Schleiermacherus olim τὸ θεῖον tanquam ineptum glossema delendum iudicabat, quod tamen vel propter responsionem Socratis commode fieri non potest. Nam electo illo vocabulo non esset perspicuum, cur iam Socrates τῶν θείων mentionem iniiceret.

ὅπως μὴ αὖ σὺ ἀνόσιον] ne tu vicissim impium quid committas, dum patrem accusas impietatis.

μου ὄφελος εἴη] Ferri non potest μοι. Nam ὄφελός μοί ἐστιν est mihi prodest; sed ὄφελός μού ἐστιν, homo frugi sum. conf. Legg. IX. p. 856. C. De Rep. VI. p. 489. C. VII. p. 530. C. VIII. p 567. B. Crit. p. 46. A. Euthydem. p. 289. A. B. Apol. p. 36. C.

κρατες; οὐδέ τῳ ἂν διαφέροι Εὐθύφρων τῶν πολλῶν ἀνθρώπων, εἰ μὴ τὰ τοιαῦτα πάντα ἀκριβῶς εἰδείην.

Cap. V. ΣΩ. Ἆρ' οὖν μοι, ὦ θαυμάσιε Εὐθύφρον, κράτιστόν ἐστι μαθητῇ σῷ γενέσθαι καὶ πρὸ τῆς γραφῆς τῆς πρὸς Μέλητον αὐτὰ ταῦτα προκαλεῖσθαι αὐτὸν λέγοντα, ὅτι ἔγωγε καὶ ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ τὰ θεῖα περὶ πολλοῦ ἐποιούμην εἰδέναι, καὶ νῦν ἐπειδή μοι ἐκεῖνος αὐτοσχεδιάζοντά φησι καὶ καινοτομοῦντα περὶ τῶν θείων ἐξαμαρτά-

P. 5. *μαθητὴς δὴ γέγονα σός*] *δὴ* vulgo neglectum cum Tub. Bodl. et Vat. *A.* plerique tutantur.

B. *καὶ ἐμὲ ἡγοῦ*] Hoc *καὶ* om. Bodl. Par. T. et pr. Ven. *Π.* male.

B. *λάχε δίκην πρότερον*] *πρότερον λάχε δίκην* Huet. Par. DS. Flor. b. quod iniuria recepit Bekker; nam *πρότερον ἢ ἐμοὶ*

P. 5. *διαφέροι Εὐθύφρων — ἀκριβῶς εἰδείην.*] Stephanus requirebat *διαφέροιμι* aut *εἰδείη*. Nempe Euthyphro primum de se tanquam de altera persona loquitur; deinde revertitur ad usum primae personae: quae ratio nihil habet insolentiae. Aeschyl. Prom. v. 312. *δέρκου θάημα τόνδε τὸν Διὸς φίλον, τὸν συγκαταστήσαντα τὴν τυραννίδα, οἵαις ὑπ' αὐτοῦ πημοναῖσι κάμπτομαι.* Sophocl. Oed. Colon. v. 5 sqq. *τίς τὸν πλανήτην Οἰδίπουν καθ' ἡμέραν τὴν νῦν σπανιστοῖς δέξεται δωρήμασι; σμικρὸν μὲν ἐξαιτοῦντα, τοῦ σμικροῦ δ' ἔτι μεῖον φέροντα, καὶ τόδ' ἐξαρκοῦν ἐμοί.* ubi expectabas *αὐτῷ*. Similia collegit Ruhnken. ad Hymn. in Cerer. v. 269. Nec abludit locus a Fischero comparatus Phaedon. p. 98. C. *λέγων, ὅτι Σωκράτης πάντα, ὅσα πράττει, νῷ πράττει, κἄπειτα — λέγοι πρῶτον μέν, ὅτι διὰ ταῦτα νῦν ἐνθάδε κάθηται κ. τ. λ.*

Ἆρ' οὖν μοι —] Qua lege et condicione *ἆρ' οὖν* pro *ἆρ' οὖν οὐ* dicatur, ad Charmid. p. 159. B. explicatum est.

αὐτὰ ταῦτα προκαλεῖσθαι αὐτὸν] De constructione v. Matthiae. Gr. §. 413. not. 4. Cogitat vero Socrates de *προκλήσει* s. provocatione, quae vel ante iudicium vel etiam lite iam instituta locum habebat, atque in eo erat posita, ut quis adversario ferret condicionem, qua lis componeretur. v. Heraldus De iure Attic. et Rom. VI. 14. §. 2. Platner. Process. u. Klag. I. p. 114 sq. Schömann. De Lite Attic. p. 575 sqq. De accusativo *λέγοντα* post dativum *μαθητῇ* illato v. ad Remp. IX. p. 586. E. Lachet. p. 186. D.

αὐτοσχεδιάζοντά φησι καὶ καινοτομοῦντα] Schol. *αὐτοσχεδιάζοντα· ἐκ τοῦ αὐτομάτου καὶ προχείρου λέγοντα χωρὶς αἰτίας.* Scilicet *αὐτοσχεδιάζειν*, quod est verbum Atticum, pro quo ceteri Graeci

νειν, μαθητὴς δὴ γέγονα σός· καὶ εἰ μὲν, ὦ Μέλητε, φαίην ἄν, Εὐθύφρονα ὁμολογεῖς σοφὸν εἶναι τὰ τοιαῦτα καὶ ὀρθῶς νομίζειν, καὶ ἐμὲ ἡγοῦ καὶ B
μὴ δικάζου· εἰ δὲ μή, ἐκείνῳ τῷ διδασκάλῳ λάχε δίκην πρότερον ἢ ἐμοί, ὡς τοὺς πρεσβυτέρους διαφθείροντι, ἐμέ τε καὶ τὸν αὑτοῦ πατέρα, ἐμὲ μὲν διδάσκοντι, ἐκεῖνον δὲ νουθετοῦντί τε καὶ κολάζοντι· καὶ ἐὰν μή μοι πείθηται μηδ' ἀφίῃ τῆς δίκης ἢ ἀντ' ἐμοῦ γράφηταί σε, αὐτὰ ταῦτα λέγειν ἐν τῷ δικαστηρίῳ ἃ προὐκαλούμην αὐτόν.

in unum coniunctum additur, ut accuratius definiantur verba: *ἐκείνῳ τ. δ. λάχε δίκην.*

***ἐμὲ μὲν διδάσκοντι — νουθετοῦντι — κολάζοντι*] Bodl. Ven. *Π*. Vind. 1. 2. 3. Coisl. Huet. Par. CDHST. Angel. Flor. a. b. c. e. g. h. i. Zitt. *διδάσκοντα — νουθετοῦντα — κολάζοντα.* Praeterea Bodl. Coisl. Ven. *Π*. Par. DT. Flor. g. h. *τε καὶ κολάζ.* unde *τε* inserui.

utuntur simplici *σχεδιάζειν* (v. Moeris p. 46 sq. ibique Pierson.), dicuntur primo ii, qui faciunt aliquid subito et ex tempore, nulla diligentia adhibita, inprimisque oratores, qui dicunt subito neque sumto ad commentandum spatio: deinde quia ii, qui aliquid faciunt subito, id fere male et temere faciunt, *αὐτοσχεδιάζειν* dicuntur ii, qui male et temere agunt, qui male et perperam sentiunt de aliqua re, ut h. l. *αὐτοσχεδιάζειν περὶ τῶν θείων* est male et perperam sentire de rebus divinis et ad religionem pertinentibus. Fischerus.

B. *νουθετοῦντι καὶ κολάζοντι*] *Νουθετεῖν* reprehensionem, *κολάζειν* castigationem significat. Quod utrumque in actione homicidii, quam Euthyphro parenti intenderat, sane quam maxime locum habebat. Nam qui alterum accusavit, is in iudicio verba facit contra alterum, quod est *νουθετεῖν*; praeterea vero etiam efficere studet, ut a reo sumatur supplicium, quod dicitur *κολάζειν*. Alterum igitur ad reprehensionem, alterum ad emendationem et cohibitionem peccantis refertur.

***αὐτὰ ταῦτα λέγειν ἐν τῷ δικ.*] Notanda est haec structurae permutatio. Nam primum dicit: *Ἆρ' οὖν μοι κράτιστόν ἐστι μαθητῇ σῷ γενέσθαι*, infinitivo ex *κράτιστόν ἐστι* suspenso. Deinde libera utens oratione pergit: *καὶ εἰ μὲν Εὐθύφρονα ὁμολογεῖς σοφὸν εἶναι — καὶ ἐμὲ ἡγοῦ κ. τ. λ.* Nunc rursus ad structuram ex *κράτιστόν ἐστιν* suspensam reversus ponit *αὐτὰ ταῦτα λέγειν*. Verum enim vero quantumvis haec constructionis variatio ex nostro quidem sensu dura videatur, tamen ea Graecis haudquaquam displicuit, qui in eo quoque liberrime sunt versati, quod liberam et obliquam orationem repentina vicissitudine commutarunt. Quam rem a nullo dum grammatico,**

ΕΥΘ. Ναὶ μὰ Δί', ὦ Σώκρατες, εἰ ἄρα ἐμὲ ἐπιχειρήσειε γράφεσθαι, εὕροιμ' ἄν, ὡς οἶμαι, ὅπη
C *σαθρός ἐστι, καὶ πολὺ ἂν ἡμῖν πρότερον περὶ ἐκείνου λόγος γένοιτο ἐν τῷ δικαστηρίῳ ἢ περὶ ἐμοῦ.*

ΣΩ. Καὶ ἐγώ τοι, ὦ φίλε ἑταῖρε, ταῦτα γιγνώσκων μαθητὴς ἐπιθυμῶ γενέσθαι σός, εἰδὼς ὅτι καὶ ἄλλος πού τις καὶ ὁ Μέλητος οὗτος σὲ μὲν οὐδὲ δοκεῖ ὁρᾶν, ἐμὲ δὲ οὕτως ὀξέως ἀτεχνῶς καὶ ῥᾳδίως κατεῖδεν, ὥστε ἀσεβείας ἐγράψατο. νῦν οὖν πρὸς Διὸς λέγε μοι, ὃ νῦν δὴ σαφῶς εἰδέναι διισχυρίζου·
D *ποῖόν τι τὸ εὐσεβὲς φῂς εἶναι καὶ τὸ ἀσεβὲς καὶ*

εἰ ἄρα ἐμὲ ἐπ.] *με* Bodl. Coisl. Ven. *Π.* Huet. Par. DST. Flor. d. g. male.

C. *λόγος γένοιτο*] *ἐγένετο* Bodl. Coisl. Huet. Par. DST. Flor. h. sed. Bodl. in marg. *γένοιτο.*

οὕτως ὀξέως ἀτεχνῶς] *οὕτως ἀτεχνῶς καὶ ὀξέως καὶ ῥᾳδίως* Ven. *Ξ.* In Bodl. Vind. 1. 4. Flor. d. g. h. Huet. Par. CD HST. Ang. et pr. Ven. *Π. ἀτεχνῶς* abest, quod nunc non damnaverim. v. ann. exeg.

quod sciamus, satis diligenter animadversam nuper ipsi primum notare in Platone nostro occepimus. Conferas igitur rei exempla sanequam memorabilia haec: Sympos. p. 210. B. Lachet. p. 186. B. p. 198. B. Alcib. II. p. 147. E. p. 142. B. Phaedon. p. 88. B., quibus nunc centena alia addere liceat, si quidem opus fuerit.

ὅπη σαθρός ἐστι] Iocose et urbane loquitur: ubi putris sit et ulcerosus. Sic *τὰ σαθρὰ καὶ ὕπουλα* frequenter commemorari ingenti doctrinae apparatu evicit Wyttenbach. ad Plutarchi Moral. p. 497 et 866.

C. *περὶ ἐκείνου λόγος γένοιτο*] Addito articulo, *ὁ λόγος* diceretur de oratione certa et in iudicio necessaria: qualis nunc non intelligitur. Fortuitum enim est, si de istiusmodi re coram iudice agitur ideoque de tali oratione tanquam certa et praestituta sermo esse non potest. Eodem modo articulus deest Protagor. p. 322. D. Hipp. mai. p. 293. D. Legg. X. p. 907. D. ubi v. varr. lectt.

οὕτως ὀξέως ἀτεχνῶς] tam plane acute, tam acute prorsus, so wahrhaft scharfsichtig. Nam *ἀτεχνῶς* ei vocabulo, ad quod pertinet, postpositum est, cuius generis exempla ad Phaedrum p. 256. E. consignavimus. Itaque *οὕτως* ad ambo verba *ὀξέως ἀτεχνῶς* referendum. Quod non perspiciens Engelhardt. *οὕτως ἀτεχνῶς* ait per redundantiam quandam dictum esse, ut *τάχ' ἴσως, ἔπειτα μετὰ τοῦτο*, et id genus alia. Credant haec, quibus placuerit; ego cras credam, non hodie Dein *κατεῖδεν* dixit, quod quia

περὶ φόνου καὶ περὶ τῶν ἄλλων; ἢ οὐ ταὐτόν ἐστιν ἐν πάσῃ πράξει τὸ ὅσιον αὐτὸ αὑτῷ, καὶ τὸ ἀνόσιον αὖ τοῦ μὲν ὁσίου παντὸς ἐναντίον, αὐτὸ δὲ αὑτῷ ὅμοιον καὶ ἔχον μίαν τινὰ ἰδέαν κατὰ τὴν ἀνοσιότητα πᾶν, ὅ τί περ ἂν μέλλῃ ἀνόσιον εἶναι;

ΕΥΘ. Πάντως δήπου, ὦ Σώκρατες.

Cap. VI. *ΣΩ. Λέγε δή, τί φῂς εἶναι τὸ ὅσιον καὶ τί τὸ ἀνόσιον;*

ΕΥΘ. Λέγω τοίνυν, ὅτι τὸ μὲν ὅσιόν ἐστιν ὅπερ ἐγὼ νῦν ποιῶ, τῷ ἀδικοῦντι ἢ περὶ φόνους ἢ

ὃ νῦν δὴ σαφῶς] Sic Bodl. Vat. *A.* Coisl. Ven. *Π.* Huet. Vind. 1. 3. Flor. d. g. h. Par. DST. In vett. editt. *δὴ* abest.

ποῖόν τι τὸ εὐσεβὲς φῂς] Hic vett. editt *δὴ* post *ποῖον* inculcant, quod recte iidem fere codd. mss. omittunt, quos modo diximus. Vind. 2. et Zitt. *ποῖον δὴ τὸ εὐσ.*

D. *κατὰ τὴν ἀνοσιότητα*] *ὁσιότητα* Bodl. Coisl. Ven. *Π.* Dein vulgo *μέλλοι*, invitis longe plurimis optimisque libris et reluctante ratione grammatica.

καὶ τί τὸ ἀνόσιον] *τί* om. pr. Bodl. Ven. *Π.*

habet pervidendi clareque cernendi vim et potestatem, aliquanto plus est quam *ὁρᾶν*, ut ipse olim monui.

D. *καὶ τὸ ἀνόσιον αὖ τοῦ μὲν ὁσίου παντός*] Stephanus insolita verborum collocatione offensus, pro *παντὸς* requirebat *πάντως*. Quod certe non fecisset, si plurima huius ordinis exempla apud ipsum Platonem reperiri meminisset. Sic infra c. 10. *οἱ θεοὶ πάντες*. c. 11. *οἱ θεοὶ ἅπαντες*. Sed nolumus iterare quae olim ad h. l. congessimus. Cohaeret autem *πᾶς* ita locatum, si vim et significationem eius spectamus, non proxime cum nomine, sed pertinet ad verbum: unde hic *παντὸς* fere idem est, quod antea *ἐν πάσῃ πράξει*. Quocirca Germanice dixeris: und ist nicht das Gottlose wiederum dem Frommen überhaupt s. im Ganzen entgegengesetzt? Male Engelhardt. explicat: allem was fromm ist. Nam ita scriptum esse oportuit: *παντὸς τοῦ ὁσίου*. v. ad Phaedrum p. 246. B. De genitivo post *ἐναντίος* v. Matthiae Gr. §. 366. 2.

E. *ὅτι τὸ μὲν ὅσιόν ἐστιν — ἐπεξιέναι*] Frustra Zeunius legendum coniecit *τὸ ἀδικοῦντι — ἐπεξιέναι*. v. ad Phaedon. p. 64. C. 70. C. 78. C. coll. Criton. p. 45. E. infra p. 11. A. Deinde Fischerus scribendum putavit *τῷ ἀδικοῦντι καὶ ἢ περὶ φόνους — ἁμαρτάνοντι*. Sed isto *καὶ* haudquaquam opus esse alio tempore docuimus. Nam verba *ἢ περὶ φόνους — ἁμαρτάνοντι* inserviunt explicationi praecedentis *τῷ ἀδικοῦντι*, ei qui iniuste agit, dum vel caedes vel sacrilegia vel aliud quid committit.

περὶ ἱερῶν κλοπὰς ἤ τι ἄλλο τῶν τοιούτων ἐξαμαρ-
E τάνοντι ἐπεξιέναι, ἐάν τε πατὴρ ὢν τυγχάνῃ ἐάν τε
μήτηρ ἐάν τε ἄλλος ὁστισοῦν, τὸ δὲ μὴ ἐπεξιέναι
ἀνόσιον. ἐπεί, ὦ Σώκρατες, θέασαι, ὡς μέγα σοι
ἐρῶ τεκμήριον τοῦ νόμου ὅτι οὕτως ἔχει, ὃ καὶ ἄλ-
λοις ἤδη εἶπον, ὅτι ταῦτα ὀρθῶς ἂν εἴη οὕτω γι-
γνόμενα, μὴ ἐπιτρέπειν τῷ ἀσεβοῦντι μηδ' ἂν ὁστι-
σοῦν τυγχάνῃ ὤν. αὐτοὶ γὰρ οἱ ἄνθρωποι τυγχά-
νουσι νομίζοντες τὸν Δία τῶν θεῶν ἄριστον καὶ δι-
καιότατον, καὶ τοῦτον ὁμολογοῦσι τὸν αὑτοῦ πατέρα
6 δῆσαι, ὅτι τοὺς υἱεῖς κατέπιεν οὐκ ἐν δίκῃ, κἀκεῖνόν

E. *αὐτοὶ γὰρ οἱ ἄνθρωποι*] Extant haec usque ad *ἐκπλαγήσει* apud Euseb. Praep. Evang. 13. 4. p. 649, ed. Viger.

P. 6. *υἱεῖς κατέπιεν*] Vulgo *κατέπινεν*, quod correxi ex Huet. Par. S. Imperfectum qua ratione defendi queat, equidem non video.

θέασαι ὡς μέγα σοι ἐρῶ τεκμ.] Dictum hoc per attractionem pro *ὡς μέγα σοι ἐρῶ τεκμήριον, ὅτι ὁ νόμος οὕτως ἔχει*. Intelligitur autem, id quod Fischerus recte vidit, communis hominum opinio, sicuti docent verba proxima: *αὐτοὶ γὰρ οἱ ἄνθρωποι τυγχάνουσι νομίζοντες κ. τ. λ.* Iam vero ex *ὁ νόμος οὕτως ἔχει* pendent haec: *μὴ ἐπιτρέπειν τῷ ἀσεβοῦντι κ. τ. λ.* impie agenti non concedere (Gorg. p. 504. C. *μὴ ἐπιτρεπε.* 505. B. Legg. IV. 719. B.), i. e. impio actionem impietatis intendere. Supersunt igitur verba: *ὃ καὶ ἄλλοις ἤδη εἶπον, ὅτι ταῦτα ὀρθῶς ἂν εἴη οὕτω γιγνόμενα*, in quibus *εἶπον* habet significationem praegnantem, quam vocant, ut sit: quod etiam aliis attuli ostensurus recte haec ita fieri, *οὕτω γιγνόμενα* autem condicionem verborum *ὀρθῶς ἂν εἴη* (recte se habere) continet, *εἰ οὕτω γίγνοιτο*. Nisi forte haec malueris sic explicare: *ὅτι ταῦτα ὀρθῶς ἂν οὕτω γίγνοιτο*, ad quod sponte intelligas: *εἰ γίγνοιτο*. Etenim ita *γιγνόμενόν ἐστιν* dicitur, ut *ἔχον ἐστίν*, de quo v. ad Phaedon. p. 100. D. Pessime vero Engelhardtus exponit: *ὀρθῶς ἂν εἴη γιγνόμενα οὕτω γιγνόμενα*, quod grammaticis rationibus adversatur.

αὐτοὶ γὰρ οἱ ἄνθρωποι] Prorsus eodem modo Aristoph. Nubb. v. 903. *πῶς δῆτα δίκης οὔσης ὁ Ζεὺς οὐκ ἀπόλωλεν, τὸν πατρ' αὐτοῦ δήσας*; Ibid. 1080. *μοιχὸς γὰρ ἦν τύχης ἁλούς, τἀδ' ἀντερεῖς πρὸς αὐτόν, ὡς οὐδὲν ἠδίκηκας· εὖτ' ἐς τὸν Δι' ἐπανενεγκεῖν· κακεῖνος ὡς ἤττων ἔρωτός ἐστι καὶ γυναικῶν. καίτοι σὺ θνητὸς ὢν θεοῦ πῶς μεῖζον ἂν δύναιο*; Terent. Eunuch. III. 5, 40 sqq. — at quem deum! — ego hominucio hoc non facerem? Martial. XI. 44. Meleagri Epigr. 10. 14. 40. ed. Praef. Alia similia collegit Gronovius ad Minucium Felic. c. 25. p. 261.

γε αὖ τὸν αὑτοῦ πατέρα ἐκτεμεῖν δι' ἕτερα τοιαῦτα· ἐμοὶ δὲ χαλεπαίνουσιν, ὅτι τῷ πατρὶ ἐπεξέρχομαι ἀδικοῦντι, καὶ οὕτως αὐτοὶ αὑτοῖς τὰ ἐναντία λέγουσι περί τε τῶν θεῶν καὶ περὶ ἐμοῦ.

ΣΩ. Ἆρά γε, ὦ Εὐθύφρον, τοῦτ' ἐστίν, οὗ ἕνεκα τὴν γραφὴν φεύγω, ὅτι τὰ τοιαῦτα ἐπειδάν τις περὶ τῶν θεῶν λέγῃ, δυσχερῶς πως ἀποδέχομαι; δι' ἃ δή, ὡς ἔοικε, φήσει τίς με ἐξαμαρτάνειν. νῦν οὖν εἰ καὶ σοὶ ταῦτα ξυνδοκεῖ τῷ εὖ εἰδότι περὶ τῶν τοιούτων, ἀνάγκη δή, ὡς ἔοικε, καὶ ἡμῖν ξυγχωρεῖν. τί B γὰρ καὶ φήσομεν, οἵ γε καὶ αὐτοὶ ὁμολογοῦμεν περὶ

B. οἵ γε καὶ αὐτοὶ ὁμολ.] καὶ om. Bodl. Ven. Π. Huet. Par. HST. Vind. 1. Flor. g. h. Deletum videtur ab iis, qui voculae iterationem non concoquerent. Sed v. ad Alcib. I. p. 106. C. Cratyl. p. 407. E. De Rep. III. p. 396. B. Talia certo sunt argumento, vel optimos codices grammaticorum correctiones expertos esse, ut iis profecto non usquequaque fidendum sit.

Verbum καταπίνειν vi deglutiendi ac devorandi usurpatum illustrarunt Bergler. ad Alciphron. I. 22. Reitz. ad Luciani Asin. §. 47. Schweighäuser. ad Athen. III. 16. intpp. ad Aristoph. Nubb. v. 337. Boissonad. ad Nicet. Eugen. p. 292. De re ipsa v. Hesiod. Theog. v. 154 sqq. Plat. Symp. 18. Cicero. De nat. Deor. II. 24. III. 24. Apollodor. I. 12. Lucian. De sacrificiis §. 5. al.

P. 6. δι' ἕτερα τοιαῦτα] item propter talia.

Ἆρά γε, ὦ Εὐθύφρον, τοῦτ' ἐστίν] Engelhardtus ἆρα γε putat hic extra interrogationem positum esse, ut οὐκοῦν. Quod cave credideris. Neque enim ἆρα unquam vi interrogandi caret. v. Hermann. Praefat. ad Oedip. Colon. p. XVI sqq. Quum vero ἆρα ita interroget, ut affirmatio expectetur, γε vim eius magis etiam acuit atque intendit. Dixit de his voculis Apollonius Alexandrinus in Bekkeri Anecdotis p. 517. v. 27. et p. 518. v. 5. Crit. p. 44. E. ἆρά γε μὴ ἐμοῦ προμηθεῖ. De Rep. I. p. 328. A. ἆρά γε, ἦ δ' ὅς, οὐδὲ ἴστε, ὅτι λαμπὰς ἔσται; Legg. X. p. 895. D. ἆρά γε τὸ τοιόνδε αὖ βουλόμεθα νῦν λέγειν; Symp. p. 192. D. ἆρά γε τοῦδε ἐπιθυμεῖτε; Theag. p. 124. A. ἆρά γε μανθάνω; al. Aristoph. Nubb. v. 466. Plat. v. 547. al. Itaque hunc locum sic licebit convertere Germanice: Am Ende ist dieses wohl gar der Grund, warum ich angeklagt bin, dass ich, wenn ich dergleichen von den Göttern höre, es nicht wohl vertragen mag? und freilich wird mancher, wie es mir vorkommen will, behaupten, dass ich hierin fehle.

B. τί γὰρ καὶ φήσομεν] V. ad p. 3. A. Transiit vero Socrates inde a verbis καὶ ἡμῖν ξυγχωρεῖν ad usum numeri pluralis. Quod magnae offensioni

αὐτῶν μηδὲν εἰδέναι; ἀλλά μοι εἰπὲ πρὸς Φιλίου, σὺ ὡς ἀληθῶς ἡγεῖ ταῦτα οὕτω γεγονέναι;

ΕΥΘ. Καὶ ἔτι γε τούτων θαυμασιώτερα, ὦ Σώκρατες, ἃ οἱ πολλοὶ οὐκ ἴσασι.

ΣΩ. Καὶ πόλεμον ἄρα ἡγεῖ σὺ εἶναι τῷ ὄντι ἐν τοῖς θεοῖς πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἔχθρας γε δεινὰς καὶ μάχας καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλά, οἷα λέγεταί τε ὑπὸ τῶν ποιητῶν, καὶ ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν γραφέων τά
C τε ἄλλα ἱερὰ ἡμῖν καταπεποίκιλται, καὶ δὴ καὶ τοῖς μεγάλοις Παναθηναίοις ὁ πέπλος μεστὸς τῶν τοιούτων ποικιλμάτων ἀνάγεται εἰς τὴν ἀκρόπολιν; ταῦτ' ἀληθῆ φῶμεν εἶναι, ὦ Εὐθύφρον;

ΕΥΘ. Μὴ μόνα γε, ὦ Σώκρατες· ἀλλ' ὅπερ ἄρτι εἶπον, καὶ ἄλλα σοι ἐγὼ πολλά, ἐάνπερ βούλῃ, περὶ τῶν θείων διηγήσομαι, ἃ σὺ ἀκούων εὖ οἶδ' ὅτι ἐκπλαγήσει.

οὕτω γεγονέναι] Steph. γεγονέναι οὕτως, invitis codd. praeter Ven. Ξ.

καὶ ἔχθρας γε δ.] γε accessit e Bodl. Vat. A. Ven. Π. Huet. Par. DST. Vind. 1. 4. Flor. d. g. h. et Eusebio. Solet enim vocula sic in plurium rerum enumeratione usurpari, fuit Astio et Schleiermachero, qui haec annotavit: „Merkwürdig u. in den besten Platonischen Werken ist dieses wir, mitten im dialektischen Verkehr, an einer Stelle, wo an keine Theilnahme zu denken ist, sondern Sokrates sich noch mit seinem Unterredner in Entgegensetzung denkt; ein anderes ist es im Gespräche ton." Recte sane. Sed ἡμῖν est: Leuten wie ich bin; nobis, qui ista caremus sapientia. Annumerat enim Socrates urbane se ipsum plebis imperitae multitudini. Alia ratio est infra p. 11. B. τοῦ ἡμετέρου προγόνου, ubi Socrates gentis suae significationem facit; alia etiam p. 12. E. ubi Socrates, etsi de se uno loquitur, tamen deinde de aliis quoque sui similibus cogitans numero multitudinis utitur.

εἰπὲ πρὸς Φιλίου] V. ad Gorg. p. 519. E. Ruhnken. ad Tim. p. 193.

Καὶ πόλεμον ἄρα ἡγεῖ σὺ εἶναι] Hae fabulae quantopere displicuerint Platoni, ex eo intelligitur, quod in libris de Republica praecipit sedulo esse cavendum, ne animi puerorum illis audiendis corrumpantur. conf. II. p. 378. C sqq. III. p. 408. C. D. al. De pro-

Cap. VII. *ΣΩ. Οὐκ ἄν θαυμάζοιμι. ἀλλὰ ταῦτα μέν μοι εἰσαῦθις ἐπὶ σχολῆς διηγήσει. νυνὶ δέ, ὅπερ ἄρτι σε ἠρόμην, πειρῶ σαφέστερον εἰπεῖν. οὐ γάρ με, ὦ ἑταῖρε, τὸ πρότερον ἱκανῶς ἐδίδαξας ἐρω-* D *τήσαντα τὸ ὅσιον, ὅ τί ποτ' εἴη, ἀλλά μοι εἶπες, ὅτι τοῦτο τυγχάνει ὅσιον ὄν, ὃ σὺ νῦν ποιεῖς, φόνου ἐπεξιὼν τῷ πατρί.*

ΕΥΘ. Καὶ ἀληθῆ γε ἔλεγον, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ἴσως. ἀλλὰ γάρ, ὦ Εὐθύφρον, καὶ ἄλλα πολλὰ φῂς εἶναι ὅσια.

ΕΥΘ. Καὶ γὰρ ἔστιν.

ΣΩ. Μέμνησαι οὖν, ὅτι οὐ τοῦτό σοι διεκελευόμην, ἕν τι ἢ δύο με διδάξαι τῶν πολλῶν ὁσίων, ἀλλ' ἐκεῖνο αὐτὸ τὸ εἶδος, ᾧ πάντα τὰ ὅσια ὅσιά E *ἐστιν; ἔφησθα γάρ που μιᾷ ἰδέᾳ τά τε ἀνόσια ἀνόσια εἶναι καὶ τὰ ὅσια ὅσια· ἢ οὐ μνημονεύεις;*

οἷα λέγεταί τε] V. τε om. quod cum Eusebio tuentur Bodl. Ven. *II.* Vind. 3. 4. Florentini, Par. ADTS. Angel. alii.

D. *Καὶ γὰρ ἔστιν*] Bodl. Ven. *II.* Huet. Par. DST. Flor. g. h. addunt post *ἔστιν* ὅσια, quod procul dubio e glossemate natum est.

ximo δὲ post *ἔχθραν* illato v. ann. ad Criton. c. 2. Apol. Socr. p. 34. D.

καὶ ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν γραφέων] h. e. καὶ οἵοις ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν γρ. Nam pronomen relativum haud ita raro alio casu repetendum relinquitur. v. Matthiae Gr. §. 428. 2. et 474. d. Dein tenor structurae rursus mutatus est, et pro genitivo ὧν vel οἵων additur τῶν τοιούτων ποικιλμάτων. De peplo Minervae in Panathenaeorum sacris v. quos iam olim laudavimus, Boeckh. de Tragicis p. 193 sqq. Creuzer. Symbol. T. II. p. 808 sqq. conf. Meursius Panath. c. 17—19. Lectt. Attic. II. 12.

Μὴ μόνα γε] Int. λέγε. v. ad Menon. p. 71. C.

D. *ἀλλ' ἐκεῖνο αὐτὸ τὸ εἶδος—*] Etsi et εἶδος et ἰδέα de generali notione s. idea dicitur, tamen inter utrumque nomen aliquid discriminis intercedere ad Parmenidem demonstrabimus. Neque enim ex talibus locis, qualis hic est, continuo concludi licet utrumque vocabulum temeraria licentia promiscue usurpari. Interim comparabis, quae de hoc argumento exposuerunt Wyttenbach. ad Phaedon. p. 270 sq. et Grotefend. De doctrina Platonis eth. p. 20. not. 20. quorum errores hic castigare non attinet.

ΕΥΘ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Ταύτην τοίνυν μοι αὐτὴν δίδαξον τὴν ἰδέαν, τίς ποτέ ἐστιν, ἵνα εἰς ἐκείνην ἀποβλέπων καὶ χρώμενος αὐτῇ παραδείγματι, ὃ μὲν ἂν τοιοῦτον ᾖ, ὧν ἂν ἡ σὺ ἢ ἄλλος τις πράττῃ, φῶ ὅσιον εἶναι, ὃ δ', ἂν μὴ τοιοῦτον, μὴ φῶ.

ΕΥΘ. Ἀλλ' εἰ οὕτω βούλει, ὦ Σώκρατες, καὶ οὕτω σοι φράσω.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν βούλομαί γε.

ΕΥΘ. Ἔστι τοίνυν τὸ μὲν τοῖς θεοῖς προσφιλὲς ὅσιον, τὸ δὲ μὴ προσφιλὲς ἀνόσιον.

7 ΣΩ. Παγκάλως, ὦ Εὐθύφρον, καὶ ὡς ἐγὼ ἐζήτουν ἀποκρίνασθαί σε, οὕτω νῦν ἀπεκρίνω. εἰ μέντοι ἀληθές, τοῦτο οὔπω οἶδα, ἀλλὰ σὺ δῆλον ὅτι ἐπεκδιδάξεις ὡς ἔστιν ἀληθῆ ἃ λέγεις.

P. 7. *εἰ μέντοι ἀληθές, τοῦτο*] V. *εἰ μέντοι ὡς ἀληθῶς.* Sed *ὡς* ignorant Bodl. Vind. 1. 4. Vat. Flor. g. h. Huet. Par. DST. et *ἀληθὲς* habent Huet. Par. DS. Flor. h. quod sententia postulat.

B. *Δοκῶ, ὦ Σ.*] *δοκεῖ* Coisl. corr. Totum locum Heusdius hunc in modum refingi volebat: *Οὕτω μὲν οὖν. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ὅτι στασιάζουσιν οἱ θεοὶ καὶ διαφέρονται ἀλλήλοις, ὦ Εὐθύφρον,*

B. *χρώμενος αὐτῇ παραδείγματι*] h. e. *ὡς παραδείγματι.* Sed in talibus *ὡς* nunc addi, nunc omitti, docuit Wyttenbach. ad Eunap. p. 85. conf. ad Protagor. p. 315. C.

Ἔστι τοίνυν — ὅσιον] Antea genus pietatis ac singulas eius partes et formas permutaverat. Nunc alio in genere peccat. Dicit enim pium esse, quod diis carum sit. Quae definitio etsi multo est praestabilior superiore, tamen quia de eo, quod diis carum sit, valde dubitare et ambigere licet, magna sane premitur obscuritate. Accedit, quod pium videri potest non propterea esse pium, quod a diis ametur, sed potius a diis amari, quod pium sit. Haec omnia igitur Socrates subtili disputatione inde ab h. l. usque ad p. 11. A. persequitur, atque id efficit, ut vates denuo in maximam consilii inopiam coniiciatur.

P. 7. B. *Δοκῶ, ὦ Σώκρατες, εἴρηται γάρ*] Pium impio contrarium esse inter eos convenerat. Quo facto Socrates vatem rogat, videaturne ei hoc bene recteque ita indicatum esse. Quod ipsum ille cum superbia quadam graviter asseverat his verbis: Puto; nempe dictum est, vel: Puto *bene recteque* videri iudicatum esse, quia ita a nobis est iudicatum. Facile hic ali-

ΕΥΘ. Πάνυ μὲν οὖν.

Cap. VIII. *ΣΩ. Φέρε δή, ἐπισκεψώμεθα, τί λέγομεν. τὸ μὲν θεοφιλές τε καὶ ὁ θεοφιλὴς ἄνθρωπος ὅσιος, τὸ δὲ θεομισὲς καὶ ὁ θεομισὴς ἀνόσιος· οὐ ταὐτὸν δ' ἐστίν, ἀλλὰ τὸ ἐναντιώτατον τὸ ὅσιον τῷ ἀνοσίῳ· οὐχ οὕτως;*

ΕΥΘ. Οὕτω μὲν οὖν.

ΣΩ. Καὶ εὖ γε φαίνεται εἰρῆσθαι.

ΕΥΘ. Δοκῶ, ὦ Σώκρατες· εἴρηται γάρ. B

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ὅτι στασιάζουσιν οἱ θεοί, ὦ Εὐθύφρον, καὶ διαφέρονται ἀλλήλοις καὶ ἔχθρα ἐστὶν ἐν αὐτοῖς πρὸς ἀλλήλους, καὶ τοῦτο εἴρηται;

ΕΥΘ. Εἴρηται γάρ.

ΣΩ. Ἔχθραν δὲ καὶ ὀργάς, ὦ ἄριστε, ἡ περὶ τίνων διαφορὰ ποιεῖ; ὧδε δὲ σκοπῶμεν. ἆρ' ἂν εἰ

καὶ ἔχθρα ἐστὶν ἐν αὐτοῖς πρὸς ἀλλήλους, καὶ τοῦτο εἴρηται; ΕΥ. Εἴρηται γάρ. ΣΩ. Καὶ εὖ γε φαίνεται εἰρῆσθαι. ΕΥ. Δοκῶ, ὦ Σ. ΣΩ. Ἔχθραν δὲ καὶ ὀργὰς κ. τ. λ. Sed v. infra.

πρὸς ἀλλήλους, καὶ τ. εἴρ.] Vulgo hic demum istud *ὦ Εὐθύφρον* infertur, praeter fidem optimorum codicum.

ὧδε δὲ σκοπῶμεν] *δὲ δὴ σκ.* Tub. Huet. Par. DS. et corr. Ang. quod habet edit. Bas. 2.

πολύ μοι διὰ βραχυτέρων] *Πολύ*, quia pondere suo et gravitate eminet, de more praemissum. v. quae ad Phaedon. p. 110. A. Apol. p. 40. A. Remp. IX. p. 589. E. Cratyl. p. 413. C. et olim ad h. l. col-

λέγειν τε καὶ πράττειν εὐχόμενός τε καὶ θύων, ταῦτ' ἔστι τὰ ὅσια, καὶ σώζει τὰ τοιαῦτα τούς τε ἰδίους οἴκους καὶ τὰ κοινὰ τῶν πόλεων· τὰ δ' ἐναντία τῶν κεχαρισμένων ἀσεβῆ, ἃ δὴ καὶ ἀνατρέπει ἅπαντα καὶ ἀπόλλυσιν.

Cap. XVII. *ΣΩ. Ἡ πολύ μοι διὰ βραχυτέρων, ὦ Εὐθύφρον, εἰ ἐβούλου, εἶπες ἂν τὸ κεφάλαιον ὧν ἠρώτων. ἀλλὰ γὰρ οὐ πρόθυμός με εἶ διδάξαι· δῆλος εἶ. καὶ γὰρ νῦν ἐπειδὴ ἐπ' αὐτῷ ἦσθα,* C *ἀπετράπου· ὃ εἰ ἀπεκρίνω, ἱκανῶς ἂν ἤδη παρὰ σοῦ τὴν ὁσιότητα ἐμεμαθήκη. νῦν δέ — ἀνάγκη γὰρ τὸν ἐρωτῶντα τῷ ἐρωτωμένῳ ἀκολουθεῖν, ὅπῃ ἂν ἐκεῖνος ὑπάγῃ· τί δὴ αὖ λέγεις τὸ ὅσιον εἶναι καὶ τὴν ὁσιότητα; οὐχὶ ἐπιστήμην τινὰ τοῦ θύειν τε καὶ εὔχεσθαι;*

edit. ἴσως ἂν ἤδη π. σ. Dein Bodl. Ven. *Π.* pr. ἐμεμαθήκη. Vulgo ἐμεμαθήκειν. v. ad Sympos. c. XX. p. 198. C. Menon. p. 80. D.

νῦν δέ — ἀνάγκη γὰρ] V. δή, quod ex Par. EH. Tubing. et corr. Angel. emendatum. Dein non pauci libri, in quibus est etiam Bodl. et Tub., τὸν ἐρῶντα τῷ ἐρωμένῳ, quod amplectetur fortasse, qui nuper Platonis dialecticam in artem amatoriam commutare instituit.

ὅπῃ ἂν ἐκεῖνος] οἵπερ Huet. Par. S. ὅποι Vind. 3. ὅπου Vind. 4. ὅπῃ δ' ἂν Bodl. De hoc δὲ v. ann. crit. ad Sympos. p. 199. B.

legimus. Xenophontea suppeditabit Boremannus ad Xenoph. Sympos. p 46. Ceterum venusta in his inest ironia, quia Euthyphro dixerat πλείους ἔργου εἶναι διδάσκειν.

ἀλλὰ γὰρ οὐ πρ. — δῆλος εἶ.] δῆλος εἶ ita adiicitur, ut praecedens sententia denuo confirmetur. Germanice dixeris: aber freilich du willst mich nicht belehren, das ist klar. Aliud eiusmodi exemplum attulit Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 541. Aristoph. Lysistr. v. 919. ἦ τοι γυνὴ φιλεῖ με, δῆλη ἐστὶν καλῶς. ubi καλῶς cum δῆλη ἐστὶν iungendum esse docebant quae Wunderus ad Sophocl. Oed. R. v. 1008. commentatus est.

C. *ἐπειδὴ ἐπ' αὐτῷ ἦσθα*] quum rem iam prope attigisses. De Rep. VII. p. 532. C. τότε δὴ ἐπ' αὐτῷ γίγνεται. Phileb. p. 18. D. ἢ μὴν ἐπ' αὐτῷ γε ἤδη γεγονότες ζητεῖτε, ὡς φῄς, πάλαι. Cratyl. p. 422. A. ubi multa id genus exempla dedimus.

ὅπῃ ἂν ἐκεῖνος ὑπάγῃ] sc. ὁ ἐρωτώμενος. Nam ἐκεῖνος interdum refertur ad nomen propiore loco collocatum, valetque fere idem quod αὐτός. De quo

ΕΥΘ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Οὐκοῦν τὸ θύειν δωρεῖσθαί ἐστι τοῖς θεοῖς, τὸ δ' εὔχεσθαι αἰτεῖν τοὺς θεούς;

ΕΥΘ. Καὶ μάλα, ὦ Σώκρατες.

D ΣΩ. Ἐπιστήμη ἄρα αἰτήσεως καὶ δόσεως θεοῖς ἡ ὁσιότης ἂν εἴη, ἐκ τούτου τοῦ λόγου.

ΕΥΘ. Πάνυ καλῶς, ὦ Σώκρατες, ξυνῆκας ὃ εἶπον.

ΣΩ. Ἐπιθυμητὴς γάρ εἰμι, ὦ φίλε, τῆς σῆς

Καὶ μάλα, ὦ Σ.] *καὶ μάλα γε, ὦ Σ.* Huet. Par. DS. Flor. h.

D. *θεοῖς ἡ ὁσιότης* —] Articulum ἡ praeter Vat. *A.* Tub. Flor. b. d. g. Vind. 3. 4. Zittav. Par. BC. ceteri libri omnes cum Ald. et Bas. 1. omittunt.

οὐ χαμαὶ πεσεῖται] *οὐ χαμαί ποτε πεσεῖται* Vind. 2. 3. Par. BCEH. Ang. Zitt. Flor. a. c. Palat. et ed. Bas. 2. Dein vett.

loquendi genere nolo iterare quae ad Lysid. p. 210. A. et Phaedr. p. 232. D. disputavimus. Pro ὅπῃ ne quis ὅποι requirat, valet illud proprie qua via, ideoque et de motu et de statu vel quiete usurpatur. De Rep. V. p. 474. C. ἴθι δή, ἀκολούθησόν μοι τῇδε. Ibid. VIII. p. 556. A. ὅπῃ τις βούλεται τρέπειν. IX. p. 589. A. ὅπῃ ἂν ἐκείνων ὁπότερον ἄγῃ. Phaedr. p. 237. D. ᾗ ἂν ἄγητον. Lysid. p. 230. E. ταύτῃ ἰέναι. conf. Porson. ad Eurip. Orest. v. 627. Schaefer. ad Demosth. Apparat. I. p. 373. Lycurg. adv. Leocrat. c. 8. §. 11. ἐάν τις Ἀθηναίων ἄλλοσέ πῃ στρατηγήσῃ ἢ ὡς ὑμᾶς. ubi aliquot codd. *ποι*, quibus nollem obsecutus Sauppius esset. Demosth. adv. Lacrit. p. 941. item ἐάν τις ἄλλοσέ πῃ στρατηγήσῃ. ubi rursus Bekkerus ποι. cfr. etiam ad Sympos. p. 173. A.

D. *αἰτήσεως καὶ δόσεως θεοῖς*] Mox p. 15. A. δῶρα τοῖς θεοῖς. ubi ex Aeschylo comparavimus Pers. v. 529. Γῆ τε καὶ φθιτοῖς δορήματα. Ibid. v. 1042. δόσιν κακὰν κακῶν κακοῖς. Aristoph. Nubb. v. 305. οὐρανίοις τε θεοῖς δωρήματα, al. Sic ἀκολουθία τοῖς πράγμασι Cratyl. p. 437. C. βοήθεια τῷ λόγῳ et τοῖς φίλοις Parmenid. p. 128. C. Alcib. I. p. 116. A. ὁμοίωσις θεῷ Theaet. p. 176. B. ὁμοιότης ἑαυτῷ Phaedon. p. 109. A. ὁμοιότης ἐκείνοις Cratyl. p. 434. B. Charmid. p. 434. B. εἰς ὁμοιότητα καὶ φιλίαν καὶ ξυμφωνίαν τῷ καλῷ λόγῳ De Rep. III. p. 401. D. ἐπανάστασις μέρους τινὸς τῷ ὅλῳ τῆς ψυχῆς ibid. IV. p. 444. B. al. Prorsus eodem modo scriptores Latini. Cicer. Legg. I. 15. Iustitia est obtemperatio scriptis legibus, Liv. XXIII. 35. ne qua exprobratio cuiquam veteris fortunae discordiam inter ordines sereret. al. Plaut. Amph. I. 1, 12. Opulento homini servitus dura est. Quae cum aliis multis collegit Ruddimann. Institt. Gramm. T.

σοφίας καὶ προσέχω τὸν νοῦν αὐτῇ· ὥστε οὐ χαμαὶ πεσεῖται ὅ τι ἂν εἴπῃς. ἀλλά μοι λέξον, τίς αὕτη ἡ ὑπηρεσία ἐστὶ τοῖς θεοῖς; αἰτεῖν τε φῂς αὐτοὺς καὶ διδόναι ἐκείνοις;

ΕΥΘ. Ἔγωγε.

Cap. XVIII. ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐ τὸ ὀρθῶς αἰτεῖν ἂν εἴη, ὧν δεόμεθα παρ' ἐκείνων, ταῦτα αὐτοὺς αἰτεῖν;

ΕΥΘ. Ἀλλὰ τί;

edilt. soloece ὅ τι ἂν εἴποις. Coniunctivum optimi quique libri tuentur.

Ἆρ' οὖν οὐ τὸ ὀρθῶς —] οὐ insertum e Bodl. Tub. Ven. Ξ. Huet. Par. BCDEHST. Ang. Vindobb. Florentt. Zitt. Pal. habent etiam Ald. Bas. I. 2. ut ab uno Stephano omissum sit. Post τὸ quod vulgo interpositum legitur γε, auctoritate Bodl. Ven. Η. Tub. Huet. Par. DST. Vind. I. 4. Flor. d. f. g. h. om.

Ἀλλὰ τί;] Steph. Ἄλλο τι;

II. p. 239 sq. ed. meae. Antiquiores etiam accusativo ita utuntur. Plaut. Amph. I. 3, 20. Quid tibi hanc curatio est rem? Id. Casin. II. 6, 54. Quid tibi istunc tractio est? Qui usus loquendi num Graecis quoque vindicari possit, dubium est atque controversum. Utut res se habet, certe quidem in quibusdam formulis ille obtinuit. Demosth. I. p. 53. 10. ed. A. τεθνάναι τῷ δέει τοὺς τοιούτους. ubi v. Schaefer. Id. p. 366. 25. τεθνάναι τῷ φόβῳ καὶ τοὺς Θηβαίους καὶ τοὺς Φιλίππου ξένους. Aristid. T. II. p. 157. ed. lebb. τεθνάναι περιῆν τοῖς βαρβάροις τῷ φόβῳ τοὺς Ἕλληνας, in quibus locis τεθνάναι τῷ δέει s. τῷ φόβῳ etsi κατὰ σύνεσιν construitur, quandoquidem idem est ac metuere usque ad mortem, h. e. adeo, ut prorsus exanimeris, tamen nominum maxime verbalium ea vis esse iudicanda est, ut accusativi usus locum habere possit. Paullo alia ratio est De Rep. V. p. 465. B. δέος δὲ τὸ τῷ πάσχοντι τοὺς ἄλλους βοηθεῖν, ubi τὸ βοηθεῖν accusativus obiecti remotioris esse potest. Ceterum ad αἰτήσεως ex θεοῖς assumendum est παρὰ θεῶν, quae constructionis ratio eadem prorsus est atque in talibus: Xenoph. Hellen. I. 3, 9. ὅρκους ἔδοσαν καὶ ἔλαβον παρὰ Φαρναβάζου. ubi ad ἔδοσαν intell. Φαρναβάζῳ.

οὐ χαμαὶ πεσεῖται] Schol. Παροιμία· οὐ μὴ χαμαὶ πέσῃ, ἐπὶ τῶν διακενῆς οὐδὲν λεγόντων, ἀλλ' ἐπιτυγχανόντων.

αἰτεῖν τε φῂς αὐτοὺς καὶ διδόναι ἐκείνοις] Sic non raro αὐτὸς et ἐκεῖνος ad idem subiectum refertur, cuius generis exempla ad Phaedon. p. 106. B. et p. 111. B. commemoravimus.

Ἀλλὰ τί] At quidnam? h. e. quidnam tandem aliud fuerit. Patet ex antecedentibus repetendum esse τὸ ὀρθῶς αἰτεῖν ἂν εἴη. Istud ἀλλὰ τί post Heindorfium illustravimus ad Phae-

ΣΩ. Καὶ αὖ τὸ διδόναι ὀρθῶς, ὧν ἐκεῖνοι τυγχάνουσι δεόμενοι παρ' ἡμῶν, ταῦτα ἐκείνοις αὖ
E ἀντιδωρεῖσθαι; οὐ γάρ που τεχνικόν γ' ἂν εἴη δωροφορεῖν διδόντα τῷ ταῦτα, ὧν οὐδὲν δεῖται.

ΕΥΘ. Ἀληθῆ λέγεις, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ἐμπορικὴ ἄρα τις ἂν εἴη, ὦ Εὐθύφρον, τέχνη ἡ ὁσιότης θεοῖς καὶ ἀνθρώποις παρ' ἀλλήλων.

ΕΥΘ. Ἐμπορική, εἰ οὕτως ἥδιόν σοι ὀνομάζειν.

ΣΩ. Ἀλλ' οὐδὲν ἥδιον ἔμοιγε, εἰ μὴ τυγχάνει ἀληθὲς ὄν. φράσον δέ μοι, τίς ἡ ὠφέλεια τοῖς θεοῖς τυγχάνει οὖσα ἀπὸ τῶν δώρων ὧν παρ' ἡμῶν

E. Ἀλλ' οὐδὲν ἥδιον] V. οὐδὲ ἥδιον.

φράσον δέ μοι] δέ Bodl. Tub. Vat. Coisl. Ven. ΞΠ. Par. BCEHT. Angel. Vind. 1. 3. 4. 5. Editt. omnes φράσον δή μοι. Recte se habet δέ, siquidem verborum sententia haec est: Sed, missa hac altercatione, dic mihi, quaenam in deos redundet utilitas e donis a nobis oblatis.

don. p. 89. B. Euthydem. p. 294. B. et Hipp. mai. p. 296. A. ubi est ἀλλὰ τί οἴει;

E. οὐ γάρ που τεχνικόν] Referas hoc eo, quod pietas antea vocata est ὑπηρετικὴ θεοῖς. Hoc enim nomen artis indicium facit. Verbo δωροφορεῖν Plato usus est etiam Phaedr. p. 266. C. οἳ ἂν δωροφορεῖν αὐτοῖς ὡς βασιλεῦσιν ἐθέλωσιν, quod mirum est Lexicorum conditores praeteriisse sola Gregorii utentes illos auctoritate.

Ἐμπορικὴ ἄρα τις — παρ' ἀλλήλων] Quoniam dicitur ἐμπορεύεσθαι παρ' ἀλλήλων, mutuo mercari inter se, propterea mutua mercatura recte vocatur ἐμπορικὴ παρ' ἀλλήλων: nam talia quoque nomina verborum suorum sequuntur constructionem. Mox τίς ἡ ὠφέλεια τοῖς θεοῖς κ. τ. λ. est: quaenam sit illa utilitas, quam dii percipiant e donis, quae a nobis accipiunt. De hac breviloquentia v. Matthiae Gr. §. 265. 4. ann. qui quae exposuit, tam clara sunt et perspicua, ut cur ea Engelhardto visa sint veram huius loquendi rationis causam non satis explicare, haudquaquam assequamur. Sed nimirum quae Engelhardtus ipse disputat, ea cum doctissimi grammatici sententia amicissime conspirant.

ἃ μὲν γὰρ διδόασι, παντὶ δῆλον] Male Engelhard-

λαμβάνουσιν; ἃ μὲν γὰρ διδόασι, παντὶ δῆλον· οὐ- 15
δὲν γὰρ ἡμῖν ἐστὶν ἀγαθόν, ὅ τι ἂν μὴ ἐκεῖνοι δῶ-
σιν· ἃ δὲ παρ' ἡμῶν λαμβάνουσι, τί ὠφελοῦνται; ἢ
τοσοῦτον αὐτῶν πλεονεκτοῦμεν κατὰ τὴν ἐμπορίαν,
ὥστε πάντα τἀγαθὰ παρ' αὐτῶν λαμβάνομεν, ἐκεῖ-
νοι δὲ παρ' ἡμῶν οὐδέν;

ΕΥΘ. Ἀλλ' οἴει, ὦ Σώκρατες, τοὺς θεοὺς ὠφε-
λεῖσθαι ἀπὸ τούτων, ἃ παρ' ἡμῶν λαμβάνουσιν;

ΣΩ. Ἀλλὰ τί δήποτ' ἂν εἴη ταῦτα, ὦ Εὐθύ-
φρον, τὰ παρ' ἡμῶν δῶρα τοῖς θεοῖς;

ΕΥΘ. Τί δ' οἴει ἄλλο ἢ τιμή τε καὶ γέρα καὶ
ὅπερ ἐγὼ ἄρτι ἔλεγον, χάρις;

τίς ἡ ὠφέλεια τ. θ. τυγχάνει οὖσα] Errore in vett. editt. *τυγχάνει* excidit, quod codd. unanimi consensione tuentur.

P. 15. οὐδὲν γὰρ ἡμῖν ἐστιν] V. *ἐστιν ἡμῖν*, quem ordinem praeter cod. Coisl. habent etiam Par. BCEH. ac praeterea quidam exiguae auctoritatis libri.

ἢ τιμή τε καὶ γέρα] V. *γέρας*, invitis codd. Schol. *γράφεται καὶ ἔργα*. Flor. g. Vind. 1. *τιμή τε καὶ δῶρα*.

tus *δῆλον* statuit ad totum enuntiatum, non ad *ἃ* pronomen pertinere atque sensum verborum declaravit sic: quanta bona a diis nobis contingant, cuivis manifestum est. Nam ita pro *ἃ* scriptum esse oportuit *ἅ τινα* vel *τίνα*. v. ad Menon. p. 80. C. Enimvero explicanda haec sunt eo modo, quo dicitur *ταὐτά ἐστι καλόν*, v. Matthiae Gr. §. 437. Nam plena oratio fuerit haec: *παντὶ γὰρ ἐστι δῆλον ταῦτα, ἃ διδόασι*: denn das, was sie geben, ist für jeden eine klare Sache.

P. 15. Ἀλλὰ τί δήποτ' ἂν εἴη ταῦτα;] Pronomen interrogativum sicubi ad generalem quandam notionem refertur, in talibus numero singulari usurpatur; sin pertinet ad singularum partium enumerationem ac descriptionem, nomini pluralis ipsum quoque in numero multitudinis adiicitur. v. ad Phaedon. p. 57. A. Itaque *τί δήποτ' ἂν εἴη ταῦτα*; significat: cuiusnam generis haec fuerint? sed *τίνα δήποτ' ἂν εἴη ταῦτα*; quaenam haec fuerint? Quocirca falsa est Engelhardti sententia, in dialogo *τίνα* et in continua oratione *τί*, sicuti res singulis locis postulet, ponendum esse existimantis: quod decretum qua causa et ratione pitatur, vix quisquam dixerit.

B ΣΩ. Κεχαρισμένον ἄρα ἐστίν, ὦ Εὐθύφρον, τὸ ὅσιον, ἀλλ' οὐχὶ ὠφέλιμον οὐδὲ φίλον τοῖς θεοῖς;

ΕΥΘ. Οἶμαι ἔγωγε πάντων γε μάλιστα φίλον.

ΣΩ. Τοῦτο ἄρ' ἐστὶν αὖ, ὡς ἔοικε, τὸ ὅσιον, τὸ τοῖς θεοῖς φίλον.

ΕΥΘ. Μάλιστά γε.

Cap. XIX. ΣΩ. Θαυμάσει οὖν ταῦτα λέγων, ἐάν σοι οἱ λόγοι φαίνωνται μὴ μένοντες, ἀλλὰ βαδίζοντες, καὶ ἐμὲ αἰτιάσει τὸν Δαίδαλον βαδίζοντας αὐτοὺς ποιεῖν, αὐτὸς ὢν πολύ γε τεχνικώτερος τοῦ Δαιδάλου καὶ κύκλῳ περιιόντας ποιῶν; ἢ οὐκ αἰσθά-
C νει, ὅτι ὁ λόγος ἡμῖν περιελθὼν πάλιν εἰς ταὐτὸν ἥκει; μέμνησαι γάρ που, ὅτι ἐν τῷ ἔμπροσθεν τό τε

B. Οἶμαι ἔγωγε, πάντων γε μάλιστα φ.] γε secundo loco om. Huet. Par. S. Vind. 2. 5. Flor. a. c. e. Zittav. Mox iidem fere αὖ male negligunt.

ἐμὲ αἰτιάσει τὸν Δαίδαλον] Vin. Π. γρ. διδάσκαλον, quod etiam Vind. 1. in marg. adscriptum habet. Idem notavit Scholiastes.

πολύ γε τεχνικώτερος] γε addidi e Bodl. Vat. Δ. Tull. Par. DST. Ven. Π. Vind. 1. 4. Flor. d. f. g. h. Dein περιιόντα Bodl. Tub. Vat. Δ. Vind. 1. 3. Flor. d. Coisl. Par. D. errore manifesto.

C. ἐν τῷ ἔμπροσθεν] Sic scripsi e Bodl. Vat. Tub. Ven.

B. Κεχαρισμένον ἄρα ἐστίν, ὦ Εὐθ.] Haec Socrates non serio dicit, sed potius eo consilio, ut Euthyphronem denuo dialectices laqueis irretiat. Vult enim ex eo hanc elicere sententiam, ut τὸ κεχαρισμένον idem esse atque τὸ φίλον fateatur. Quo facto eum ita redarguit, ut τὸ θεοῖς φίλον non idem esse atque τὸ ὅσιον iam antea demonstratum esse ostendat. Itaque frustra fuerunt qui in isto οὐδὲ φίλον haererent.

καὶ ἐμὲ αἰτιάσει τὸν Δαίδαλον —] ac me accusabis tanquam Daedalum illum, h. e. quasi sim ille Daedalus, de quo antea diximus, quod eos reddam euntes etr. Non tamen ὡς τὸν

ὅσιον καὶ τὸ θεοφιλὲς οὐ ταὐτὸν ἡμῖν ἐφάνη, ἀλλ' ἕτερα ἀλλήλων· ἢ οὐδὲ μέμνησαι;

ΕΥΘ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Νῦν οὖν οὐκ ἐννοεῖς, ὅτι τὸ τοῖς θεοῖς φίλον φῂς ὅσιον εἶναι; τοῦτο δὲ ἄλλο τι ἢ θεοφιλὲς γίγνεται; ἢ οὔ;

ΕΥΘ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἢ ἄρτι οὐ καλῶς ὡμολογοῦμεν, ἢ εἰ τότε καλῶς, νῦν οὐκ ὀρθῶς τιθέμεθα.

ΕΥΘ. Ἔοικεν.

Cap. XX. ΣΩ. Ἐξ ἀρχῆς ἄρα ἡμῖν πάλιν σκεπτέον, τί ἐστι τὸ ὅσιον· ὡς ἐγώ, πρὶν ἂν μάθω, D

Π. Huet. Par. DST. Vind. 1. 4. Flor. d. f. g. h.

ἢ οὐδὲ μέμνησαι;] Pro οὐδὲ Vat. Ven. *Π.* Huet. Tub. Par. DST. Vind. 1. 4. Flor. d. f. g. h. οὐ. sed v. ann.

ἄλλο τι ἢ θεοφιλὲς γίγν.] Bekkerus ἢ uncinis seclusit. v. ad Sympos. p. 200. D. Euthydem. p. 277. B. Cratyl. p. 436. E. Men. p. 83. B. 87. D. 82. D. al.

πάλιν σκεπτέον] V. σκεπτέον πάλιν, praeter fidem codicum. Deinde τὸ ante ὅσιον additum e Bodl. Vat. *Δ.* Ven. *Π.* Vind. 1. Flor. d. f. g. h. Huet. Par. CDST.

Δαίδαλον ob eam causam, quam ad Symp. p. 221. E. memoravimus. v. Hermann. ad Viger. p. 885.

C. ἢ οὐδὲ μέμνησαι;] an ne meministi quidem? h. e. an plane non meministi, quum tamen ipse rem ita se habere antea iudicaveris?

τοῦτο δὲ ἄλλο τι ἢ θεοφ. γ.] hoc autem num aliud quid est atque diis carum? h. e. nonne idem atque diis carum est? Bekkerus hic quoque, ut multis aliis locis, ἢ tanquam suspectum uncis seclusit, quod cur ita fecerit, equidem non perspicio. Quanquam aliquid interest, vocula adiiciatur an omittatur. De qua re vide quae breviter exposuimus

ἐκὼν εἶναι οὐκ ἀποδειλιάσω· ἀλλὰ μή μὲ ἀτιμάσῃς, ἀλλὰ παντὶ τρόπῳ προσέχων τὸν νοῦν ὅ τι μάλιστα νῦν εἰπὲ τὴν ἀλήθειαν. οἶσθα γάρ· εἴπερ τις ἄλλος ἀνθρώπων, καὶ οὐκ ἀφετέος εἶ, ὥσπερ ὁ Πρωτεύς, πρὶν ἂν εἴπῃς. εἰ γὰρ μὴ ἤδησθα σαφῶς τό τε ὅσιον καὶ τὸ ἀνόσιον, οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν ποτε ἐπεχείρησας ὑπὲρ ἀνδρὸς θητὸς ἄνδρα πρεσβύτην πατέρα διωκάθειν φόνου, ἀλλὰ καὶ τοὺς θεοὺς ἂν ἔδεισας παρα-
E κινδυνεύειν, μὴ οὐκ ὀρθῶς αὐτὸ ποιήσοις· καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἠσχύνθης· νῦν δὲ εὖ οἶδ', ὅτι σαφῶς

D. *παντὶ τρόπῳ προσέχων*] Sic Vat. *A.* Tub. Ven. *II.* Par. DST. Vind. 4. Flor. d. f. g. h. Vett. editt. *προσχών.*

οὐκ ἀφετέος εἶ] *ἂν εἴης* vett. editt. pro qua lectione *εἶ* suppeditant Coisl. Ven. *II.* Vat. Tub. Huet. Par. BCDEHST. Ang. Vind. 1. 3. 4. Flor. b. d. e. f. g. h. i.

μὴ ἤδησθα] V. *ἤδεισθα.* Ven. *Ξ.* Huet. Par. DEH. Ang. Vind. 3. 5. Flor. b. cum editt. Ald. et Bas. 2. *εἴδησθα.* Vind. 2. et pr.

ad Lysid. p. 222. D. et Sympos. p. 200. D. Neque enim nunc iterare placet quae olim ad h. l. copiosius de hac re exposuimus.

D. *ἐκὼν εἶναι οὐκ ἀποδ.*] quantum quidem ex mea voluntate pendeat. Frequens formulae usus, in qua *εἶναι* haudquaquam redundare acute docuit Hermannus ad Viger. p. 888. Dein *παντὶ τρόπῳ* est omni modo, iedenfalls; ut Menexen. p. 236. C. *ἀλλ' εἰπὲ παντὶ τρόπῳ.* Aliud quid est *πάντα τρόπον*, ad omnem modum, quavis ratione.

ὥσπερ ὁ Πρωτεύς] Similis comparatio est Euthydem. p. 288. B. Hoc loco Socrates Euthyphronem censet non prius dimittendum esse, quam quomodo res se habeat indicaverit. Quo nomine eum comparat cum Proteo, quem ferunt a Menelao, quamvis varias induentem figuras, tamen constrictum fuisse, donec ipsi consulenti respondisset. Nota est fabula ex Homero Odyss. IV. v. 455 sqq. et Virgilio Georg. IV. v. 429 sqq.

διωκάθειν φόνου] Libri nonnulli *διώκειν.* Quid inter has formas discriminis intercedat, nuper subtiliter rimatus est Imman. Herrmannus, Professor Gymnasii Erfordiensis celeberrimus, qui scripsit peculiarem dissertationem De verbis Graecorum in *αθέιν*, *εθειν* et *υθειν* exeuntibus Erfordiae, 1832. 4. Is igitur reiecta Elmsleii sententia, qui ad Eurip. Med. v. 186. et ad Sophocl. Oed. Colon. v. 1015. verba *ἀμυνάθειν*, *διωκάθειν*, *εἰκάθειν*, *εἰργάθειν*, in aoristis numeranda ideoque in

οἴει εἰδέναι τό τε ὅσιον καὶ μή. εἰπὲ οὖν, ὦ βέλτιστε Εὐθύφρον, καὶ μὴ ἀποκρύψῃ ὅ τι αὐτὸ ἡγεῖ.

ΕΥΘ. Εἰςαῦθις τοίνυν, ὦ Σώκρατες· νῦν γὰρ σπεύδω ποι, καί μοι ὥρα ἀπιέναι.

ΣΩ. Οἷα ποιεῖς, ὦ ἑταῖρε! ἀπ' ἐλπίδος με καταβαλὼν μεγάλης ἀπέρχει, ἣν εἶχον, ὡς παρὰ σοῦ μαθὼν τά τε ὅσια καὶ μὴ καὶ τῆς πρὸς Μέλητον γραφῆς ἀπαλλάξομαι, ἐνδειξάμενος ἐκείνῳ ὅτι σοφὸς 16

Coisl. οἴδησθα. Par. B. pr. ἤδησθα. v. ad Apol. Socr. p. 22. D. 63. C. 31. D. Symp. 198. C.

αὐτὸ ποιήσοις] V. ποιήσεις. Optativum praebuerunt Bodl. Vat. Δ. Ven. Π. Par. BCDT. Vind. 1. 3. Flor. e. f. g. i. Alii non pauci ποιήσῃς.

E. σπεύδω ποι] Sic Bodl. Vat. Tub. Ven. Π. Huet. Par. DST. Vind. 1. Flor. d. f. g. h. pro vulg. που. Vind. 4. πῃ.

ultima syllaba infinitivi circumflexu insignienda esse iudicabat, subtili plurimorum locorum interpretatione certissime hoc effecit, ut istiusmodi formae praesentis temporis esse iudicandae sint; vim autem atque potestatem talium verborum voluit esse hanc, ut actionis quandam denotent intentionem valeantque ad diuturnitatem aliquam vel perpetuitatem vel etiam virium contentionem designandam. Quod profecto prorsus in hunc locum convenit, in quo Euthyphro dicitur gravius quiddam moliri, ut qui propter hominem mercenarium seni patri actionem intendere constituerit. Ad hanc igitur normam exigas etiam De Rep. II. p. 375. A. Gorg. p. 483. A. ubi item est διωκάθειν. Apolog. Socr. p. 32. A. ubi est ὑπεικάθειν.

ἀλλὰ καὶ τοὺς θεοὺς ἂν ἔδεισας παρακ.] e deorum metu cavisses temere adire periculum, ne id non recte faceres. Nam infinitivus παρακινδυνεύειν et ipse pendet ex ἔδεισας.

E. Οἷα ποιεῖς, ὦ ἑτ.] Est formula mirantium, quum alios vident aliquid insoliti et inexpectati facere. Legitur etiam Charmid. p. 166. C. et Alcibiad. I. p. 113. E. Dein καταβάλλεσθαι ἀπ' ἐλπίδος respondet formulae Latinae deiici, depelli de spe. Contrarium est ἐπ' ἐλπίδος ὀχεῖσθαι Leg. III. p. 699. B. de qua loquutione v. intpp. ad Eurip. Orest. v. 68.

τά τε ὅσια καὶ μή] H. e. καὶ τὰ ἀνόσια. Repetito articulo p. 12. E. τά τε εὐσεβῆ καὶ ὅσια καὶ τὰ μή. Sed p. 9. C. οὐ τούτῳ ἐφάνη ἄρτι ὡρισμένα τὸ ὅσιον καὶ μή. De Rep. VI. p. 486. B. ψυχὴν σκοπῶν φιλόσοφον καὶ μή.

ἤδη παρ' Εὐθύφρονος τὰ θεῖα γέγονα καὶ ὅτι οὐκέτι ὑπ' ἀγνοίας αὐτοσχεδιάζω οὐδὲ καινοτομῶ περὶ

P. 16. *καὶ δὴ καὶ τὸν ἄλλον β. — βιωσοίμην*] De constructione horum verborum magna est virorum doctorum dissensio. Nam Wolfius, Boeckhius in Min. p. 62. alii, ea pendere censent ex *ἐνδειξάμενος*, ut locum habeat rarior quaedam modorum enallage. Schleiermacherus autem atque Engelhardtus ea iunxerunt cum *ἦν εἶχον* (*ἐλπίδα*), ut haec esset structurae ratio: *ἦν εἶχον, ὡς παρὰ σοῦ μαθὼν τά τε ὅσια καὶ μὴ καὶ τῆς πρὸς Μέλητον γραφῆς ἀπαλλάξομαι, καὶ δὴ καὶ τὸν ἄλλον βίον ὅτι ἄμεινον βιωσοίμην.* Quo facto etsi item locum habet modorum permutatio, tamen ista quidem nescio quam ob rem tolerabilior visa est. Videamus igitur, quid rei sit. Apparet autem, probata Schleiermacheri ratione, constructionem existere admodum difficilem et contortam. Quis enim non offendat in eo, quod posteaquam bis illatum est ὅτι, ita quidem, ut cum *ἐνδειξάμενος* cohaereat, iam tertium subiicitur ὅτι, quod pendeat a remotiore illo *ἐλπίδα εἶχον*, praesertim quum huic formulae ὡς, non ὅτι, in superioribus adiunctum sit? Hoc igitur tale est, ut nativam constructionis facilitatem omnem funditus auferat. Praeterea etiam ipsa sententia hanc constructionem nullo modo ferre videtur. Quid enim hoc est: sperabam me a te de pietate et impietate edoctum et Meleti accusatione liberatum iri et vero etiam in posterum vitam melius esse acturum? Quasi vero Socrates nunc Euthyphroni vati hoc recte fateatur, se in posterum melius victurum quam adhuc ab ipso factum sit! Nimirum vates ipse haudquaquam virum sanctissimum impietatis insimulaverat, cuius innocentiam et integritatem ipse antea mirabundus praedicavit. v. p. 3. A. Quocirca quasi necessitate quadam eo adducimur, ut alteram constructionis rationem unice rectam atque veram esse nobis persuadeamus. Qua comprobata verissima pariter atque simplicissima verborum sententia haec existit: Discedis ita, ut me magna spe exturbaveris: sperabam enim, me a te de pietate et impietate edoctum liberatum iri a Meleti accusatione, si ei ostendissem, me iam ab Euthyphrone accepisse rerum divinarum notitiam, neque amplius prae ignorantia de iis temere statuere aut nova comminisci, atque in posterum *velle* vitam melius agere. Enimvero postremum hoc in isto optativo post indicativum repente illato sane inest. Quo non perspecto Engelhardtus nihil ad rem facere opinatus est quae ego olim de modorum vicissitudine in his conspicua disputavi. Sed nimirum non una eademque ratio est talium locorum, in quibus optativus post indicativum infertur. Aut enim optativus ponitur ad significandam loquentis opinionem vel voluntatem, quod in hunc locum congruit, aut ex permutatione orationis rectae et obliquae explicandus est, aut indicat fieri aliquid posse sumi atque cogitari, aut denique inde est repetendus, quod in quibusdam constructionis generibus ad sensum quidem nihil aut parum refert, sic an aliter dicatur, propterea quod

αὐτά, καὶ δὴ καὶ τὸν ἄλλον βίον ὅ τι ἄμεινον βιωσοίμην.

usus loquendi plus quam unam sermonis formam admittit. Quae omnia qui secum reputaverint, ii certe non mirabuntur, quod haec modorum enallage longe est frequentissima. Ex Platone in praesenti haec eius exempla in promtu habemus: Gorg. p. 512. A. ubi v. annn. Protagor. p. 235. A. Menexen. p. 240. D. Charmid. p. 156. E. De Rep. v. p. 466. A. VI. p. 490. D. Tim. p. 18. C. D. quae suo quaeque modo expendenda et interpretanda sunt. Alia multa collegerunt Matthiae Gr. Gr. §. 529. 9. qui tamen diversa miscuit; Haitinger in Actis Monacenss. III. 2. p. 165. Bähr. in Creuzeri Melett. III. p. 49. Schaefer. ad Demosth. App. IV. p. 419. 481. 546. V. p. 573. Poppo ad Xenoph. Anab. I. 9, 27.

PROLEGOMENA

AD

THEAGEM.

PROLEGOMENA
AD
THEAGEM.

Quoniam nuper versati in hoc negotio sumus, ut libri Alcibiadis secundi nomine inscripti fidem et auctoritatem, iam dudum illam labefactatam, penitus convelleremus atque everteremus, duos alios libros vulgo Platoni adscriptos nunc examinare placet, quorum similis causa est, Theagem et Erastas. Quas scriptiones quod nunc potissimum tractandas suscepimus, effectum eo est, quod utraque cum dialogis quinto volumine comprehensis adeoque cum Menone et Euthyphrone non exiguam habet coniunctionem. Nam Theages multa habet cum Lachete et Alcibiade communia; Erastis autem aliquid necessitudinis intercedit cum Charmide. Quocirca non veremur, ne hos libros iam a nobis utcunque illustratos in lucem emittentes instituti nostri immemores fuisse videamur.

Et de Erastis quidem suo loco disseremus. Nunc explicandum de Theage est; de quo libro ut agendum sit paullo copiosius, facit Socheri De Scriptis Platonis p. 92 sqq et Knebelii, nuperi editoris, de eo sententia. Hi enim, quum Boeckhii, Heindorfii, Astii, Schleiermacheri iudiciis causa posset profligata videri, fidem et auctoritatem libelli ita stabilire ac sustentare conati sunt, ut quid iudicari oporteat, facile possis denuo haesitare atque ambigere.

Neque enim negari potest multas criminationes in Theagem nostrum coniectas a viris doctissimis subtiliter esse refutatas. Quocirca erunt fortasse qui aut reliqua accusationis capita nihili facienda esse sibi persuadeant, aut omnia exhausta arbitrentur, quae contra libri fidem dici proferrique possint. A quorum iudicio me fateor longissime discedere. Neque enim si quis quem cupidius aut acrius insectatus est, quam ius et aequitas patiatur, continuo reliqua crimina omnia pro vanis et inanibus habenda erunt: et fieri haud raro solet, ut quum primum accusatio aliqua frustra suscepta sit, tum eadem repetita prospero eventu non destituatur. Itaque ut tandem aliquando lis componatur, placet totam causam denuo cognoscere et cur reus non absolvendus, sed condemnandus videatur, quam clarissime exponere.

Quatuor autem sunt genera argumentorum quibus mea sententia libelli fides non modo suspecta reddatur, sed funditus deleatur. Primum enim ipsum eius argumentum et propositum ita comparatum est, ut vix credibile sit id a Platone esse excogitatum. Deinde permulta prorsus absurde et contra Platonis rationem disseruntur. Huc accedunt pravae imitationis vestigia, quae si vel sola animadvertantur, legentium animis possint aliquid scrupuli iniicere. Denique reperiuntur loquutiones quaedam atque formulae dicendi, quae vel a Platonico sermone abhorreant vel omnino Graece loquentium consuetudini, qualis Platonis aetate et paullo post viguit, vehementer adversentur. De quibus rebus omnibus ordine deinceps exponere conabimur.

Et de primo quidem et secundo, quem posuimus, loco quo facilius ab omnibus iudicari possit, universi sermonis argumentum paucis adumbrare placet: quo explicato et summum scriptoris consilium, et disserendi ratio magna saltem ex parte cognoscetur et iudicabitur.

Habitum fingitur colloquium inter Demodocum, Theagem atque Socratem. Et Demodocus quidem quo tempore hic sermo instituitur, ruri degisse narratur, olim summis in republica honoribus functus v. p. 127. E. Is filium habuit Theagem, de quo narratur Reip. VI. p. 496. B. et Apolog. Socr. p. 33. E. Altero enim loco dicitur philosophiae studio, ad quod natura eum finxerit aptissimum, prae iuvenili quadam ambitione valedicturus fuisse, nisi infirma valetudo eum tanquam freno

retinuisset. Ex Apologia autem discimus eum ante Socratis obitum praematura morte decessisse. Hic igitur in hoc sermone inducitur adolescentulus sapientiae illius, quam Sophistae tradebant, cupidissimus, ita ut patri de filii salute maxime sollicito non exiguam afferret curam et sollicitudinem, quippe qui novitiam istam sapientiam, quam adolescentes vulgo studiose expeterent, admodum suspectam haberet. Nihilominus pater precibus filii concedens tandem faciendum statuit, ut eum ad virum aliquem sapientem deducat. Quod dum facturus est, Socrati obviam venit, cum eoque de illa re colloquium instituit. Posteaquam enim ostendit facile esse liberos procreare, difficile eosdem educare et instituere, filium suum valde optare narrat, ut more et exemplo aliorum adolescentium σοφὸς evadat. Quod consilium quanquam ei periculosum videtur, tamen sese precibus filioli fatigatum nunc constituisse fatetur, ut eum Sophistae alicui in disciplinam tradat. Qua in re Socratem rogat ut sibi consilio sua adesse velit. P. 121 — 122. A.

Hic vero ante omnia percontatur, quid sit illud, de quo consilium capiendum sit. Itaque primum pueri mentem et sententiam explorandam censet, quo magis intelligatur, quid tandem sit, quod is tam studiose expetendum arbitretur. Conversa igitur ad Theagem oratione: Cupis, o bone, inquit, sapiens fieri atque tradi in sapientiae disciplinam. Iam vero sapientes existimantur quicunque alicuius rei periti sunt. Atqui pater tuus quum te artibus liberalibus omnibus, quibus puerorum animi et ingenia conformari solent, instituendum curaverit, incertum est, quaenam sit ea ars ac disciplina, cuius cupiditate adeo captus teneris. Itaque certo aliquo nomine ea insignienda est, quemadmodum artem naves gubernandi, vehendi, alias, suo atque proprio nomine significamus. Respondet Theages eam una scientia contineri ideoque solo hoc nomine notari posse. Cui Socrates: At vero etiam vehendi et gubernandi artes continentur scientia, quarum altera naves, altera vehicula regendi sollertia absolvitur. Quid igitur est, ad quod regendum et gubernandum tua ista scientia refertur? Hic vero puerulus ita respondet, ut malam mentis ambitionem, qua ductus sapientiam scilicet expetebat, prodat satis aperte. Pertinere enim illam scientiam ait ad homines, qui in civitate vivunt, regen-

dos atque moderandos. Quibus verbis auditis Socrates graviter vituperat homuncionis consilium, qui hoc sibi proposuerit, ut aliquando tyrannus evadat, adeoque hanc ex eo exprimit confessionem, ut se dicat pro consilii sui ratione tyrannorum consuetudinem et disciplinam appetere. P. 122. A. — 125. E.

Sentiens adolescentulus, quam id turpe sibi sit et ignominiosum, satis prudenter ita se excusat, ut dicat non de violenta se cogitare dominatione, sed de iusto imperio, cui cives sponte et lubenter pareant. Quo audito Socrates argumentatur viros civiles ei adeundos fore, ut civili prudentia imbuatur. Verum ipse Theages horum disciplinam censet sibi parum aut nihil profuturam esse, siquidem Socrates vere soleat dictitare eos nec suos ipsorum filios ad virtutem et sapientiam instituere posse. Itaque Socrates nihil aliud faciendum restare arbitratur, quam ut pater adolescentem deducat ad bonum aliquem atque honestum civem, qui eum prudentia civili instruere et augere idoneus habeatur. P. 125. E. — 127. E.

Vix hoc audivit Theages, quum ipsum Socratem dicit optimum sibi magistrum fore, adeoque eum rogat, ut se in disciplinam recipiat. Assentitur Demodocus pater, qui et ipse Socratem obsecrat, ut filioli desiderio satisfacere velit. Socrates vero primum vehementer miratur quod Demodocus non ipse filium erudiendum suscipiat, quum tamen et annis sit provectior et summos in republica honores gesserit. Deinde Theagi licere ait adire sophistas, qui se palam sapientiae magistros profiteantur, quum ipse unius artis amatoriae peritus sit. Verum Theages Socratem haec per iocum dicere arbitratur, cuius disciplina et institutione plurimi exstiterint tales, ut ceteros omnes virtute et sapientia superaverint. P. 127. E. — 128. C.

Hic vero Socrates docere instituit, cur non sit penes ipsum, ut discipuli in sapientiae studio et intelligentia proficiant. Hoc enim non a suo ipsius arbitrio et voluntate, sed a daemonio ait pendere, quod tum ipsum tum familiares suos quandoque a quibusdam rebus dehortetur ac deterreat. Afferam, inquit, nonnulla huius rei exempla. Charmides quum aliquando mihi dixisset velle se currendi exercitationes instituere, ut in ludis Nemeis posset certare, a daemonio admonitus meo hoc

i consilium protenus dissuasi. Ille vero mihi non paruit: aque infelix rei eventus divinae veritatem admonitionis estatus est. Timarchus porro quum una cum Philemone e cocna surgeret caedem patraturus, ego daemonio intinctus iterum iterumque eum admonui, ne discederet. Ille vero discessit atque facinus illud commisit, quod psi postea mortem attulisse constat. Praeterea expeitionis illius in Siciliam susceptae exitum auguratus sum c velut divinavi. Sed ne praeterita tantum commemonorem, unum certe exemplum divinationis adiiciam, quod d praesentia pertinet. Quum enim nuper Sannio cum Thrasyllo in bellum proficisceretur, daemonii vocem aulire mihi visus sum. Itaque et de Sannionis fortuna netuo, et totum hoc belli negotium auguror male cesurum. P. 128. B. — 129. D.

Haec omnia, o bone, nunc narranda putavi, quo certius intelligas etiam in iis, qui mea familiaritate utuntur, daemonium illud maximam vim habere. Nam quibus adversatur, hi nec quidquam proficiunt nec in familiaritatem meam facile admittuntur. Quibus autem favet, ii in sapientiae studio faciunt progressus; quanquam non omnes perennes inde reportant fructus; imo multi statim ut a me discesserunt, in pristinam relabuntur inertiam; veluti Aristides, magni Aristidis nepos. Hic enim quum relicta mea consuetudine in bellum esset profectus, disserendi facultate adeo destitutus est, ut vix cum hominibus eruditioribus colloqui auderet: id quod ipse ex bello reversus mihi narravit his verbis usus: Quamdiu, inquit, apud te fui, o Socrate, etsi nihil a te edocebar, tamen nescio quo modo mirifice proficiebam. Sentiebam enim me auctum scientia et eruditione, si vel in eadem domo vel in uno conclavi tecum versarer. Sed longe plurimum promovebar, quum iuxta te sederem, te amplecterer, te attingerem. — Haec igitur, o Theage, ratio est meae consuetudinis ac disciplinae. Quodsi igitur deo placuerit, evades melior; sin minus, nihil proficies. Vide ergo, ne tutius eorum appetas institutionem et disciplinam, quorum opera non habet tam incertum eventum atque fructum.

Sed Theages hac Socratis oratione minime deterritus in consilio suo perseverat, experturus, utrum ipsi daemonium sit adversaturum necne. P. 129. D. — 131. A.

Retulimus summatim libri argumentum. Sequitur ut ante omnia demonstrandum sit summum scriptoris

consilium tale esse, quod Platonis ingenium omnino dedeceat.

Pertinet autem universa scriptio potissimum eo, ut demonstretur eventum disciplinae et institutionis Socraticae totum pependisse ex divina quadam daemonii vi et efficacia, qua effectum sit, ut alii, qui cum eo conversati sint, in studio sapientiae processerint, alii nihil bonae frugis in medium attulerint. Quod ut demonstret scriptor, utitur exemplo Theagis, quem Plato in Republica narrat sola valetudinis infirmitate in philosophiae studio et amore retentum esse, quanquam quatenus ei daemonion olim faverit aut adversatum sit, non diserte significat. Scilicet quod Theages ob valetudinis infirmitatem philosophiae studiosus permansit, id manifestum est ab homine nostro iudicari effectum esse a daemonio, quod eo modo prohibuerit, quo minus mala ambitione transversus ageretur. Quid igitur? hanccine sententiam ita a Platone adumbratam vel illustratam esse nobis persuadebimus? Minime vero. Quam enim Plato alias de Socratis daemonio prodidit sententiam, ea longissime recedit ab illa ratione, quae in hoc sermone exposita est. Nam in Phaedro, Theaeteto, Republica, aliis libris, daemonium illud uni Socrati adest, eumque admonet, si quid praeter rectam rationem suscipiatur: in Theage autem etiam in iis, qui ipsius consuetudine utuntur, miro modo efficax est ac vere patrat miracula. Nam favente daemonio omnia prospere cedunt; eodem adversante omnis discendi opera frustra consumitur. Sed nimirum homo noster pro fundo disputationis suae posuit locum Theaeteti p. 150. D. quem tamen Schleiermacherus verissime iudicavit ab eo sinistre esse acceptum. Nam in Theaeteto neutiquam illud docetur, ab isto daemonio alios in discendo esse adiutos, alios retardatos, id quod miror a Sochero et Knebelio prorsus neglectum esse, sed hoc potius ostenditur, eos, quibus divinitus destinatum sit, per Socratis familiaritatem veri cognitione augeri, etiamsi ab eo nihil edoceantur. Itaque ὁ θεὸς, qui ibi memoratur, non est Socratis daemonium, sed potius deus, i. e. sors divina. Quod non perspiciens noster tenebrio protenus illud daemonium, quod Socrates sibi semper adesse dictitabat, ad eum dignitatis et potentiae gradum evexit, ut non modo Socrati res plane fortuitas praedicat, verum etiam discipu-

los eius arbitratu suo vel provehat in discendo vel remoretur. Hanc vero sententiam Platonis de ea re opinioni adeo contrariam ecquis sibi persuadebit ab ipso philosopho potuisse defendi atque peculiari libello illustrari? Hoc vero multo minus statuere licebit, ubi totam scriptionem, ut par est, ad Socratis defensionem pertinere iudicaverimus. Talis enim defensio profecto nihil habere potuit utilitatis, sed debuit potius confirmare accusatorum crimina, qui illum novos deos credere arguerent. Quae si vere disputavimus, consequitur, quod antea iudicavimus, ipsum scriptionis argumentum tale esse, quod in Platonem convenire nullo modo videatur.

Progredimur ad examinandam rationem, qua materies operis tractata est. Hic vero plura sunt, quae gravem censuram commereantur. Ante omnia notare licebit amfractuosam istam atque diffusam disserendi rationem, quae haud paucis in locis molesta accidit. Ea iam inde a principio libri p. 121. B, animadverti potest, ubi posteaquam Demodocus dixit *Ἴωμεν δή, ὦ Σώκρατες*, ambo se in viam dare et porticum ingredi existimandi sunt: quod dum faciunt, piscium ritu ne hiscunt quidem: sed confecto itinere iam rupto silentio Demodocus longam deblatterare instituit orationem, qua Socrati eleganter scilicet demonstrat procreationem liberorum esse facillimam, educationem eorum difficillimam. Sed eam garrulitatem sanequam parum elegantem nolumus nimis urgere, quam erunt qui in opere iuvenili, quale hoc Sochero et Knebelio visum est, excusandam arbitrentur. Luculentiora sunt vitia, quae, si quid iudicare possum, talem excusationem non habeant. Quorsum referendum est maxime illud, quod non pauca disputationi immiscentur, quae ad praesentem materiam nihil pertinent. Quid enim? narratiunculae illae de vatidica daemonii vi nonne prorsus absurde intrusae sunt? Enimvero rem si accurate perpenderis, eas videbis nihil prorsus valere ad demonstrandum id, cuius causa vel maxime interponuntur. Constituit Socrates, ut ipse fatetur, docere atque exponere penes daemonium esse, utrum discipuli sui in sapientiae studio proficiant necne. Hoc igitur ut clarum et perspicuum faciat, compluribus exemplis evincere studet saepenumero se daemonio instinctum familiaribus futura mala praedixisse. Verum hoc quid, obsecro, momenti facit ad illud, quod daemonium vult etiam in eos pluri-

mum posse, qui cum ipso conversentur? Sed nimirum artifex noster hanc declamandi opportunitatem nactus fabularum narrandarum opportunitatem noluit dimittere; quo factum est, ut res dissimillimas confuderit et narratiunculas iam per se superstitiosas et absurdas absurdius etiam inculcaverit. Similis ratio eorum est, quae extrema libri parte de Aristide narrantur. Qui quod perhibetur, postcaquam ad bellum profectus sit, colloquendi ac disserendi facultate defecisse, mirum est profecto, quod ista potissimum facultas commemoratur, quum Socratica disciplina longe aliam spectaverit disserendi rationem, quam quae ibi describitur confabulandi sollertia. Non minus absurde p. 128. B. Socrates ita loquens inducitur, ut artis amatoriae suae mentionem iniiciat: quae quorsum referri debeat, quia ex hoc hoc sermone minime intelligitur, nemo quisquam viri mentem assequetur, nisi qui vim et significationem amatoriae huius professionis iam ex aliis Platonis libris cognitam habuerit: quod certe in Theagem non convenire quilibet facile videbit. Sed morum notatio, ut de hac quoque aliquid dicamus, omnino parum est elegans atque subinde inficeta. Quis enim non miretur Theagem, vix puerili institutione egressum, necdum cum quoquam civilis prudentiae comparandae gratia versatum, tamen ita loquentem induci, ut Socratem noverit civilium virorum institutionem ac disciplinam admodum vilipendere, sibique de huius sententiae veritate persuaserit? Cui non Demodoci mores permiri videantur? qui quum olim summos magistratus magna cum laude gessisse dicatur, per totum librum eo sermone utitur, ut more rustici alicuius rhetorice balbutiat atque loquutiones ab opere agresti petitas ad taedium usque repetat. Sed omnium pessime Socratis adumbratum est ingenium. Hic enim non tam philosophi quam vatidicae alicuius anus partes agit. Nam quae de vi daemonii sui disputat, ea haudquaquam id spectant, ut faceta cum urbanitate simulet inscientiam, sed eo potius pertinent, ut daemonium ostendatur non modo ipsi futura portendere, sed etiam discipulis vel prosperos vel parum secundos in philosophia progressus afferre. Quod quis est quin Socratis Platonici persona prorsus indignum esse largiatur? Haec igitur atque alia similia nos quidem arbitramur apud prudentes viros eam vim habitura, ut huius operis fidem auctoritatemque, iam dudum suspectam illam, penitus infringant.

Tertium malae suspicionis argumentum in imitationis vestigiis positum esse diximus. Hic vero duo locorum genera discernenda sunt. In aliis enim tectior est imitatio callidoque artificio occultata; in aliis eadem tam aperta exstat, ut propemodum incurrat in oculos. Illius generis exempla sunt p. 123. C. E. quae adumbrata videntur ad Alcib. I. p. 125. B sqq., porro p. 126. D. quibuscum illa Men. p. 93. D sqq. Protag. p. 319. E sqq. Gorg. p. 518. C. Alcib. I. p. 118. C. contendisse iuvabit; p. 130. A. ubi respicitur Theaet. p. 150. E.; p. 139. B. qui locus inepte ex Symp. p. 175. D. E. expressus est; al. Sed nolumus omnia, quae leviorem habent imitationis suspicionem, enumerare. Nam gravissimum momentum ad litem diiudicandam duo loci faciunt p. 128. A. et 128. D., qui propemodum ad verba ex Apologia Socratis exscripti sunt. v. annot. Quod qui potuerit ab iis negligi vel excusari, qui nuper libri auctoritatem tueri studuerunt, vehementer miramur. Nam quemadmodum Platonem bene novimus haud raro easdem sententias simili modo repetere atque denuo inculcare; ita in iis operibus philosophi, de quorum fide certo constat, nullum usquam locum inveniri compertum habemus isto modo, hoc est iisdem verbis ac servato adeo anacoluthо, iteratum. Iam quum hoc apertissimum sit servilis imitationis documentum, quid de iis locis statui oporteat, in quibus leviora sunt imitationis vestigia, non est quod moneamus. Verum utcunque de singulis iudicaveris, faciunt tamen haec omnia, ut librum non a Platone, sed ab alio scriptore consarcinatum esse suspicari cogamur. Sed satis de hac re: progredimur ad quartum *νοθείας* argumentum.

Etenim genus dicendi, quo scriptor utitur, etsi in universum satis castum est atque probum, tamen subinde aliquas notas habet, quibus vel ab ipsius Platonis sermone, vel omnino a Graecitate, qualis eius aetate et paullo post viguit, facile dignoscatur. Quae quamquam numero paucae sunt, tamen pro exiguo libri ambitu videri possunt satis multae. Ita quod p. 121. A. *ἰδιολογεῖσθαι* dicitur sic, ut sit privatim cum aliquo colloqui, huius verbi usum antiquior certe Attica dialectus ignoravit: frequentavit citerior Graecitas, de qua consulas Dorvillium ad Charit. p. 451 ed. Lips. p. 548. et Suicerum Thes. Eccles. T. I. p. 1434. Ibid. B. *τὸ φυτευθέν*, quod propullulavit, contra Platonis loquendi

consuetudinem dicitur *βιῶναι*. Nam illa Timaei p. 77. C. nemo temere huc revocabit; ac multum etiam diversa sunt, quae legimus apud Ciceronem Tuscul. I. 24. tam natura putarem hominis vitam sustentari, quam vitis aut arboris: haec enim etiam dicimus vivere: id quod non obscurum erit utrumque locum diligenter examinantibus. Itaque ego in ea sententia sum, ut hanc loquutionem existimem scriptorem aliquem posterioris aetatis arguere parum eleganter rhetorissantem. Ibid. sect. C. nescio an praeter usum veterum Atticorum dicatur *τεκμαίρεσθαι ἀπό τινος εἴς τι*, concludere ex aliqua re aliquid. Apud Platonem quidem certe atque Xenophontem usitatum esse novimus tantum *τεκμαίρεσθαί τι ἐκ* vel *ἀπό τινος*. Pag. 122. D. offensioni est verbum *προσαγορεύειν*, pro quo Schleiermacherus non sine caussa idonea *ὀνομάζειν* vel *καλεῖν* requisivit. Eidem viro docto p. 123. C. merito suspecta fuit loquutio *κυβερνᾶν τὰ ἄρματα*, de cuius probitate nobis nec Knebelius persuasit, Graecis maximeque Atticis usitatum fuisse monens imaginibus a re nautica petitis uti. Enimvero in talibus usus loquendi accurate observandus est, ad cuius normam quae dubia sunt omnia exigi debent. Pag. 128. B. quid verba *ποιοῦμαι δεινὸς εἶναι* difficultatis habeant, non usquequaque intellectum est. Nam etsi *ποιοῦμαι* subinde sic dicitur, ut sit existimor, iudicor, veluti De Rep. VI. p. 498. A. *ἀπαλλάττονται οἱ φιλοσοφώτατοι ποιούμενοι*. Ibid. VII. p. 538. C. *πατρὸς δὲ ἐκείνου καὶ τῶν ἄλλων ποιουμένων οἰκείων*. Ibid. IX. p. 573. B. *ἐπιθυμίας ποιουμένας χρηστάς*: tamen quum per ipsam sententiam requiratur potius *οἶομαι* vel *προσποιοῦμαι*, quoniam Socrates ipse sibi solebat amandi artem vindicare, vix dubium esse videtur, quin homo noster *ποιοῦμαι* pro *προσποιοῦμαι* dicere ausus sit. Singularis usus loquendi est etiam p. 129. A. quo loco *εὐθὺ τοῦ δαιμονίου* est contra daemonii mandatum: quo modo qui loquutus sit, inter Platonis aequales novimus neminem, neque novit Ruhnkenius ad Tim. Gloss. p. 127. Sed satis haec sunto. Videmus enim vel ex his exemplis, quam parum sibi scriptor, ceteroquin satis cautus, temperaverit, quominus prava aetatis suae consuetudine deceptus insolentibus dictionibus, quae fraudis suspicionem possent excitare, abuteretur.

Atque his ita expositis non iam vereor, ne quis

reum indicta caussa a nobis condemnari arguat. Itaque actum est! ilicet!

Etsi vero omnia clamant detrahendum tandem Platonis nomen esse inepto tenebrioni, qui operis huius auctor fuit, tamen liber satis antiquus sit necesse est. Nam praeter Aelian. Varr. Hist. VIII. I. et personatum Plutarchum De Fato T. VIII. p. 367. ed. Reisk. eum etiam Thrasyllus apud Diogen. Laert. III. 57. et Dionysius Halic. T. V. p. 405. ed. Reisk. ad Platonem auctorem referunt. Ex quo perspicuum est, iam Augusti et Tiberii aetate vulgo ita iudicatum esse, ut pro opere Platonis haberetur. De Thrasyllo enim Scholiastes Iuvenalis ad Sat. VI. 576. p. 258. ed. Cramer. Thrasyllus multarum artium scientiam professus postremo se dedit Platonicae sectae ac deinde mathesi, qua praecipuo viguit apud Tiberium etc. v. Sueton. in Tiber c. 14. ibique Casaubon. Taciti Annal. VI. 20 sq. Fabricii Biblioth. Vol. III. p. 190. intpp. ad Dion. Cass. LV. p. 783. ed. Reimar. Quamquam veteres critici interdum etiam ea scripta in catalogos suos retulerunt, quae ipsis de fraude suspecta essent. Cuius rei exemplum Erastae praebent, quem librum Thrasyllus etsi teste Laertio II. 57. in tetralogias suas retulit, tamen eodem scriptore libr. IX. 37. narrante tamquam suppositicium in suspicionem adulterinae originis adduxit. Et fieri sane potest, ut nec Theagis nostri fides omnibus satis fuerit probata. Nam nec Maximus Tyrius, nec Plutarchus in disputationibus de genio Socratis eo usquam usi esse reperiuntur, quod sanequam esset mirabile, nisi res iam illius aetatis criticis suboluisset. Verum utcunque se habet, certe non erit iniucundum aut inutile, quantum quidem fieri possit, exquirere, in quaenam tempora foetus istius natalitia incidere existimanda sint.

Et illud quidem omnibus certum et perspicuum esse debet, librum verisimiliter eo tempore ab ignoto aliquo homine esse compositum, quo id genus narrationes de genio Socratis iam valde divulgatae erant ac studiose collectae. Quod quale fuerit, age paucis exquirere conemur. Possit igitur aliquis suspicari natum eum esse in ipsa Academia aetate Xenocratis vel proximo inde tempore. Hunc enim philosophum accepimus doctrinam de daemonibus singulari studio tractavisse ac diligentius

explicare conatum esse: de qua re exposuit Wympersee Diatrib. De Xenocrate Chalcedon. p. 96 sqq. At eam suspicionem nos quidem vanam et inanem esse putamus. Neque enim Xenocrates ullo modo id egit, ut superstitiosas de divinandi facultate rationes commendaret, sed doctrinam de daemonibus ab ipso Platone profectam ita tractavit, ut eam vel populari religioni accommodare studeret, vel ad Pythagoreorum rationem referret et exigeret. Id quod satis certo colligitur ex Plutarcho De Isid. et Osir. p. 360. D. 361. B. De Defectu Oracul. p. 416. C. 419. A. et Stobaeo Eclogg. Phys. I. 3. p. 5 sq. ed. Heeren. Lustrantes autem omnem eorum ordinem, qui illi in Academia deinceps successerunt, neminem unum invenimus, qui videri possit ita in philosophando versatus esse, ut tales superstitionis foetus ullo modo foverit. Quocirca alibi quaerendae investigandaeque libri origines sunt. Quid multa? nos quidem penitus nobis persuasimus ortum illum esse eo demum tempore, quo doctrina Stoicorum viguit, et fortasse ab homine aliquo compositum, qui illorum scriptis de talibus rebus editis uteretur. Quod si quaeris unde coniiciamus, quum aliunde constat Stoicos τῇ μαντικῇ plurimum tribuisse, de qua re dixit Creuzerus Symbol. T. I. p. 215. ed. 2. tum gravem habemus nostrae coniecturae patronum ipsum Ciceronem. Is enim De Divinatione L. I. 3. de illorum hoc in genere studiis: Cratippus, familiaris noster, quem ego parem summis Peripateticis iudico, iisdem rebus fidem tribuit, reliqua divinationis genera reiecit. Sed quum Stoici omnia fere illa defenderent, quod et Zeno in suis commentariis quasi semina quaedam sparsisset et ea Cleanthes paullo uberiora fecisset; accessit acerrimo vir ingenio, qui totam de divinatione duobus libris explicavit sententiam, uno praeterea de oraculis, uno de somniis: quem subsequens unum librum Babylonius Diogenes edidit eius auditor; duo Antipater; quinque noster Posidonius." Idem L. I. 54. memoriae prodidit quod ad nostram rem sanequam facit plurimum. Antipatrum enim Tarsensem narrat librum scripsisse de iis, quae mirabiliter a Socrate divinata essent. Quod quale argumentum habuerit, ex illis ipsis historiolis perspicere licet, quas Tullius eo loco memo-

ἔπειτα εἰ ἄρα τῆς μὲν τῶν πολιτικῶν —] Hactenus colloquium non omnino ineptum aut prorsus inelegans. Quocirca fieri sane potuit, ut Platone non indignum iudicaretur. Sed quae sequuntur, ea manifesta continent νοθείας signa atque argumenta. Ex quibus hic statim unum deprehendimus, idque luculentissimum. Nam qui sequitur locus, paucis verbis mutatis ac ne anacolutho quidem evitato totus exscriptus est ex Apolog. Socr. p. 19. E. ubi haec leguntur: ἀλλὰ γὰρ οὔτε τούτων οὐδέν ἐστιν (quod homo noster expressit verbis: ἐμοὶ δὲ τούτων οὐδὲν ἐνορᾷ οὐδέτερος ὑμῶν) οὐδέ γε εἴ τινος ἀκηκόατε, ὡς ἐγὼ παιδεύειν ἐπιχειρῶ ἀνθρώπους καὶ χρήματα πράττομαι, οὐδὲ τοῦτο ἀληθές. ἐπεὶ καὶ τοῦτό γ' ἐμοὶ δοκεῖ καλὸν εἶναι, εἴ τις οἷός τ' εἴη παιδεύειν ἀνθρώπους ὥσπερ Γοργίας τε ὁ Λεοντῖνος, καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος, καὶ Ἵππίας δὲ ὁ Ἠλεῖος. τούτων γὰρ ἕκαστος, ὦ ἄνδρες, οἷός τ' ἐστὶν ἰὼν εἰς ἑκάστην τῶν πόλεων τοὺς νέους, οἷς ἔξεστι τῶν ἑαυτῶν πολιτῶν προῖκα ξυνεῖναι ᾧ ἂν βούλωνται, τούτους πείθουσι τὰς ἐκείνων ξυνουσίας ἀπολιπόντας σφίσι ξυνεῖναι χρήματα διδόντας καὶ χάριν προσειδέναι. Quae quis sibi persuadeat ab ipso Platone ita iterata esse? Nimirum id non prius credam, quam similis repetitionis exempla in sermonibus indubitatae fidei demonstrata fuerint. Ceterum artifex noster in Hippiae locum callide Polum substituit, quem in Gorgia dialogo meminisset una cum sophista cognomine disserentem induci.

P. 128. B. οὐδὲν γὰρ τούτων ἐπίσταμαι — ἐβουλόμην ἄν] Similiter Apolog. p. 19. C. ὧν ἐγὼ οὐδὲν οὔτε μέγα οὔτε σμικρὸν περὶ ἐπαΐω. καὶ οὐχ ὡς ἀτιμάζων λέγω τὴν τοιαύτην ἐπιστήμην, εἴ τις περὶ τῶν τοι-

κατατιθέντας ἀργύριον πάνυ πολὺ μισθόν, καὶ χάριν πρὸς τούτοις εἰδέναι. τούτων τινὰς εἰκὸς ἦν προαιρεῖσθαι καὶ τὸν υἱόν σου καὶ αὐτόν σε, ἐμὲ δ' οὐκ εἰκός· οὐδὲν γὰρ τούτων ἐπίσταμαι τῶν μα- B
καρίων τε καὶ καλῶν μαθημάτων, ἐπεὶ ἐβουλόμην ἄν· ἀλλὰ καὶ λέγω δήπου ἀεί, ὅτι ἐγὼ τυγχάνω, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐδὲν ἐπιστάμενος πλήν γε σμικροῦ τινὸς μαθήματος, τῶν ἐρωτικῶν. τοῦτο μέντοι τὸ μάθημα παρ' ὁντινοῦν ποιοῦμαι δεινὸς εἶναι καὶ τῶν προγεγονότων ἀνθρώπων καὶ τῶν νῦν.

ΘΕ. Ὁρᾷς, ὦ πάτερ, ὅτι Σωκράτης οὐ πάνυ μοι δοκεῖ ἔτι ἐθέλειν ἐμοὶ συνδιατρίβειν; ἐπεὶ τό γ'

Ven. ΞΣ. Par. BEF. et alii plurimi. Vett. editt. habent πλὴν σμικροῦ γέ τινος.

οὐ πάνυ μοι δοκεῖ ἔτι ἐθέλειν] Sic Flor. b. c. Ven. Σ. pro vulg. οὐ πάνυ μοι δοκεῖ τι ἔτι ἐθέλειν. Bekkerus ἔτι uncis inclusit.

οὑτῶν σοφός ἐστιν. ἀλλὰ γὰρ ἐμοὶ τούτων — οὐδὲν μέτεστιν.

ἀλλὰ καὶ λέγω δήπου —] Sympos. p. 177. D. ὃς οὐδέν φημι ἄλλο ἐπίστασθαι ἢ τὰ ἐρωτικά. conf. ad Lysid. p. 204. B. Ineptissime haec nunc interponi vere iudicarunt Heindorfius et Schleiermacherus. Tantum abest enim, ut huius disputationis consilio sint accommodata, ut ei vehementer adversentur. Accedit quod deinde nihil adiicitur, unde perspici queat, quorsum ea pertineant aut referantur. Longe alia ratio est in Symposio, Phaedro, Lyside, in quibus libris Socrates artem amatoriam suam ita commemorat, ut deinde appareat evidentissime, quid sit quod eius mentione spectet atque sibi velit. Quod si Knebelius tenuisset, virorum acutissimorum sententiae haudquaquam erat adversaturus.

τοῦτο μέντοι — παρ' ὁντινοῦν ποιοῦμαι δ. εἶναι] Recte Knebelius παρ' ὁντινοῦν interpretatur praeter ceteros, prae quolibet, id est magis quam quilibet. Qui usus loquendi minime insolens est. Sed quod subsequitur ποιοῦμαι, id usu longe rarissimo ita ponitur, ut sit existimor, iudicor. Compares Politicae Libr. VI. p. 498. A. ἀπαλλάττονται οἱ φιλοσοφώτατοι προϊόμενοι. quanquam ibi verba non incommode aliter licebit interpretari. Libr. VII. p. 538. C. πατρὸς δὲ ἐκείνου καὶ τῶν ἄλλων ποιουμένων οἰκείων — μέλειν τὸ μηδέν. Libr. IX. p. 573. B. ἐπιθυμίας ποιουμένας χρηστάς. Fuit tamen qui οἶομαι aut προσποιοῦμαι legendum putaret. Et profecto tale quippiam requiritur, quia Socrates ipse sibi sulebat hanc amandi artem vindicare. Sed nimirum homo noster fortasse ποιοῦμαι pro προσποιοῦμαι dicere non dubitavit.

C ἐμὸν ἕτοιμον, ἐὰν οὗτος ἐθέλῃ· ἀλλὰ ταῦτα παίζων πρὸς ἡμᾶς λέγει. ἐπεὶ ἐγὼ οἶδα τῶν ἐμῶν ἡλικιωτῶν καὶ ὀλίγῳ πρεσβυτέρων οἳ πρὶν μὲν τούτῳ συνεῖναι οὐδενὸς ἄξιοι ἦσαν, ἐπειδὴ δὲ συνεγένοντο τούτῳ, ἐν πάνυ ὀλίγῳ χρόνῳ πάντων βελτίους φαίνονται ὧν πρότερον χείρους.

ΣΩ. Οἶσθα οὖν οἷον τοῦτό ἐστιν, ὦ παῖ Δημοδόκου;

ΘΕ. Ναὶ μὰ Δί' ἔγωγε, ὅτι ἐὰν σὺ βούλῃ, καὶ ἐγὼ οἷός τ' ἔσομαι τοιοῦτος γενέσθαι, οἷοίπερ καὶ ἐκεῖνοι.

C. *ἀλλὰ ταῦτα παίζων π. ἡ. λέγει*] Videlicet se nullius artis ac disciplinae peritum esse. Hoc autem nonnisi per lusum iocumque a Socrate ita dictitari ex eo demonstrat puerulus, quod noverit nonnullos aequalium et vero etiam aetate provectiores, qui priusquam illius consuetudine uterentur, contemti fuerint, postea autem extiterint tales, ut ceteris omnibus antecellere viderentur. In quibus verbis diffitendum non est primo certe adspectu mirabile videri istud *φαίνονται*, pro quo Schleiermacherus olim *ἐφαίνοντο* requirebat. Veruntamen ea mutatione, re diligentius deliberata, non opus esse videbitur. Transit enim Theages repente a rerum praeteritarum commemoratione ad cogitationem eorum, qui quum olim Socratis institutione usi essent, etiam nunc sapientia et virtute excellere videantur. Opportune autem Schleiermacherus ad ipsam rem conferri iussit Theaetet. p. 150. D. *εἰμὶ δὴ οὖν αὐτὸς μὲν οὐ πάνυ τι σοφός, οὐδέ τί μοί ἐστιν εὕρημα τοιοῦτον γεγονὸς τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἔκγονον· οἱ δέ μοι συγγιγνόμενοι τὸ μὲν πρῶτον φαίνονται ἔνιοι μὲν καὶ πάνυ ἀμαθεῖς, πάντες δὲ προϊούσης τῆς συνουσίας, οἷσπερ ἂν ὁ θεὸς παρείκῃ, θαυμαστὸν ὅσον ἐπιδιδόντες, ὡς αὐτοῖς τε καὶ τοῖς ἄλλοις δοκοῦσι· καὶ τοῦτο ἐναργές, ὅτι παρ' ἐμοῦ οὐδὲν πώποτε μαθόντες, ἀλλ' αὐτοὶ παρ' αὑτῶν πολλὰ καὶ καλὰ εὑρόντες καὶ κατέχοντες. τῆς μέντοι μαιείας ὁ θεός τε καὶ ἐγὼ αἴτιος. κ. τ. λ.* Qui locus universae huic disputationi tanquam fundamentum subiectus est.

καὶ ἐγὼ οἷός τ' ἔσομαι — καὶ ἐκεῖνοι] Nihil apud Platonem frequentius est quam *καὶ* ita in comparationibus geminatum. v. ad Apolog. Socrat. p. 22. D. Gorg. p. 457. E. Protag. p. 466. D. De Rep. V. p. 466. D. al.

D. *ἔστι γάρ τι θεῖα μοῖρα —*] Haec rursus ex Apolog. Socrat. p. 31. D. ita exscripta sunt, ut paucula tantum verba immutata sint. Inepte autem homo noster simul in rem suam usus est loco Theaeteti modo allato, eoque male intellecto; de qua re mea sententia verissime iudicavit Schleiermacherus p. 254 sqq. Nam quae deinde afferuntur narrationes, eae quum non omnino pertineant ad rerum cum honestate aut turpi-

Cap. XI. ΣΩ. Οὔκ, ὦ ’γαθέ, ἀλλά σε λέλη- D
θεν, οἷον τοῦτ’ ἔστιν, ἐγὼ δέ σοι φράσω. ἔστι γάρ τι θεῖα μοῖρα παρεπόμενον ἐμοὶ ἐκ παιδὸς ἀρξάμενον δαιμόνιον. ἔστι δὲ τοῦτο φωνή, ἣ ὅταν γένηται, ἀεί μοι σημαίνει, ὃ ἂν μέλλω πράττειν, τούτου ἀποτροπήν, προτρέπει δὲ οὐδέποτε. καὶ ἐάν τίς μοι τῶν φίλων ἀνακοινῶται καὶ γένηται ἡ φωνή, ταὐτὸν τοῦτο ἀποτρέπει καὶ οὐκ ἐᾷ πράττειν. καὶ τούτων ὑμῖν μάρτυρας παρέξομαι. Χαρμίδην γὰρ τουτονὶ γιγνώσκετε τὸν καλὸν γενόμενον, τὸν Γλαύκωνος. οὗτός ποτε ἐτύγχανεν ἐμοὶ ἀνακοινούμενος μέλλων E

tudine susceptarum eventum, in quo uno divinando Socrati illud daemonium suum affuisse constat, facile est ad iudicandum quam absurde ista omnia commemorentur. Nam Charmidis, quidem et Thrasylli calamitates quis est quin largiatur non ab ipsorum moribus et ingenio, sed ex casu fortuito pependisse? Has igitur quum scriptor narrat Socratem daemonii sui beneficio praesagivisse ac veluti divinasse, homini sapientissimo inepti harioli partes tribuit, qui ea quoque sibi visus sit posse animo praevidere, quae unice ex casus temeritate, non ex humana voluntate et consilio suspensa sunt. Tantum igitur abest, ut hanc libri partem legentes sacro quodam horrore perfundamur, id quod Astius sibi accidisse narrat, ut propemodum indignemur fabellas adeo aniles ac superstitiosas Platonis nomine ad posteritatis memoriam propagari potuisse. Ceterum ingenue fatemur ea, quae Socherus p. 97 sqq. hac de re adversus Schleiermacherum disputavit, nobis nulla ex parte satisfacere.

ἀνακοινῶται] Intelligas infinitum pronomen τι. Suidas s. v. Ἀνακοινώσασθαι καὶ ἀνακοινῶσαι ἄμφω λέγουσι. Ξενοφῶν δὲ καὶ ἀνεξυνοῦτο εἴρηκεν ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς (I. 1, 21.). Paullo aliter Moeris: Ἀνακοινῶσαι, Ἀττικῶς, ὡς Θουκυδίδης· ἀνακοίνωσον τοῖς φίλοις· ἀνακοινώσασθαι, Ἑλληνικῶς. Veruntamen non modo activum ἀνακοινοῦν, sed etiam medium ἀνακοινοῦσθαι de iis, qui aliquem de rebus suis consulunt, ab Atticis usurpatum reperitur; conf. Aristoph. Nubb. v. 470. Lysistr. v. 1179. Xenoph. Cyrop. v. 4, 8. Anab. III. 1, 5. De simplici verbo κοινοῦν et κοινοῦσθαι eadem quae Moeris praecipiunt Thomas Mag. et Herodianus ap. Pierson. ad Moer. p. 434. quanquam nec hi errore liberi sunt et immunes.

E. Χαρμίδην γὰρ τουτονί —] De hoc copiose exposuimus in Prolegomenis ad dialogum cognominem, in quo dialogo adolescentis formositas egregie adumbratur inde a pag. 154. C. Quae hoc loco de eo narrantur, ea ex quo fonte ducta sint, non constat: sunt enim nusquam alibi memoriae prodita. — εἰς Νεμέαν, ut in ludis Nemeis certaret.

ἀσκήσειν στάδιον εἰς Νεμέαν· καὶ εὐθὺς αὐτοῦ ἀρχομένου λέγειν ὅτι μέλλοι ἀσκεῖν, ἐγένετο ἡ φωνή. καὶ ἐγὼ διεκώλυόν τε αὐτὸν καὶ εἶπον, ὅτι Λέγοντός σου μεταξὺ γέγονέ μοι ἡ φωνὴ ἡ τοῦ δαιμονίου· ἀλλὰ μὴ ἄσκει. Ἴσως, ἔφη, σημαίνει σοι, ὅτι οὐ νικήσω· ἐγὼ δὲ κἂν μὴ μέλλω νικᾶν, γυμνασάμενός γε τοῦτον τὸν χρόνον ὠφεληθήσομαι. ταῦτα εἰπὼν ἤσκει. ἄξιον οὖν πυθέσθαι αὐτοῦ, ἃ αὐτῷ
129 ξυνέβη ἀπὸ ταύτης τῆς ἀσκήσεως. Εἰ δὲ βούλεσθε τὸν Τιμάρχου ἀδελφὸν Κλειτόμαχον ἐρέσθαι, τί εἶπεν αὐτῷ Τίμαρχος ἡνίκα ἀποθανούμενος ἦει εὐθὺ τοῦ δαιμονίου, ἐκεῖνός τε καὶ Εὔαθλος ὁ σταδιοδρομῶν, ὃς Τίμαρχον ὑπεδέξατο φεύγοντα· ἐρεῖ γὰρ ὑμῖν, ὅτι εἶπεν αὐτῷ ταῦτα.

ΘΕ. Τί;

ΣΩ. Ὦ Κλειτόμαχε, ἔφη, ἐγὼ μέντοι ἔρχομαι ἀποθανούμενος νυνί, διότι Σωκράτει οὐκ ἤθελον πείθεσθαι. Τί δὴ οὖν ποτὲ τοῦτο εἶπεν ὁ Τίμαρχος; ἐγὼ φράσω. ὅτε ἀνίστατο ἐκ τοῦ συμποσίου
B ὁ Τίμαρχος καὶ Φιλήμων ὁ Φιλημονίδου ἀποκτενοῦντες Νικίαν τὸν Ἡροσκαμάνδρου, ἠπιστάσθην

E. ὅτι μέλλοι ἀσκεῖν] Sic Bodl. Vat. Ven. ΞΣ. Par. BC. Ang. Barb. Vind. Flor. a. b. c. o. Vett. editt. habent μέλλει.

P. 129. ὅτι εἶπεν αὐτῷ ταῦτα] Vulgo ταυτί, quod e Bodl. et Vat. Θ. mutatum.

B. πρὸς ἐμὲ εἶπε] Sic Bodl. Vat. Θ. Vind. Vulgo πρός μι.

P. 129. τὸν Τιμάρχου ἀδελφὸν κλ.] Nicias, Heroscamandri filius, de quo nihil aliunde constat, diligenter distinguendus est a nobilissimo illo belli Peloponnesiaci imperatore. Hic igitur nunc narratur a Philemone et Timarcho occisus esse. Et Timarchum quidem ad hoc scelus proficiscentem Socrates, daemonio instinctus, frustra revocavit: frustra item Euathlus ὁ σταδιοδρομῶν celare voluit redeuntem. Lepida sane historiola, quae tamen huius unius scriptoris fide et auctoritate nititur, quam non ita magnam esse hic ipse locus testatur. Nam εὐθὺ τοῦ δαιμονίου, sive cum Serrano interpreteris contra daemonii voluntatem et monitum, sive explices alio modo, posterioris Graecitatis esse videtur. v. Rubnk. ad Tim. p. 127. De omissa apodosi conf. ad Gorg. p. 454.

ἔρχομαι ἀποθανούμε-

μὲν αὐτὼ μόνω τὴν ἐπιβουλήν, ὁ δὲ Τίμαρχος ἀνιστάμενος πρὸς ἐμὲ εἶπε, Τί λέγεις, ἔφη, ὦ Σώκρατες; ὑμεῖς μὲν πίνετε, ἐμὲ δὲ δεῖ ποι ἐξαναστῆναι· ἥξω δὲ ὀλίγον ὕστερον, ἐὰν τύχω. καί μοι ἐγένετο ἡ φωνή, καὶ εἶπον πρὸς αὐτόν, Μηδαμῶς, ἔφην, ἀναστῇς· γέγονε γάρ μοι τὸ εἰωθὸς σημεῖον τὸ δαιμόνιον. καὶ ὃς ἐπέσχε. καὶ διαλιπὼν χρόνον αὖθις ὡρμᾶτο ἰέναι, καὶ ἔφη, Εἶμι δή, Σώκρατες. αὖθις C ἐγένετο ἡ φωνή· αὖθις οὖν αὐτὸν ἠνάγκασα ἐπισχεῖν. τὸ τρίτον, βουλόμενός με λαθεῖν, ἀνέστη οὐκέτι εἰπών μοι οὐδέν, ἀλλὰ λαθών, ἐπιτηρήσας ἄλλοσε τὸν νοῦν ἔχοντα· καὶ οὕτως ᾤχετ' ἀπιὼν καὶ διεπράξατο ἐξ ὧν ἦει ἀποθανούμενος. ὅθεν δὴ τοῦτο εἶπε πρὸς τὸν ἀδελφὸν ὅπερ νῦν ὑμῖν ἐγώ, ὅτι ἴοι ἀποθανούμενος διὰ τὸ ἐμοὶ ἀπιστῆσαι. Ἔτι τοίνυν περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ πολλῶν ἀκούσεσθον, ἃ D ἐγὼ ἔλεγον περὶ τῆς διαφθορᾶς τοῦ στρατοπέδου. Καὶ τὰ μὲν παρεληλυθότα τῶν εἰδότων ἔστιν ἀκοῦσαι· πεῖραν δ' ἔξεστι νυνὶ λαβεῖν τοῦ σημείου, εἰ ἄρα τι λέγει. ἐπὶ γὰρ τῇ ἐπὶ στρατείαν ἐξορμῇ Σαννίωνος τοῦ καλοῦ ἐγένετό μοι τὸ σημεῖον, οἴχεται δὲ νῦν μετὰ Θρασύλλου στρατευσόμενος εὐθὺ Ἐφέ-

διαλιπὼν χρόνον] Sic Bodl. Vulgo διαλείπων. vid. ann. ad Phaedon. p. 117. E.

D. Σαννίωνος τοῦ καλοῦ] Cornarius in cod. suo τοῦ Καλοῦ scriptum invenit, quod nollem recentioribus placuisset. v. ann. Dein τὸ ante σημεῖον e Bodl. et Vat. Θ. additum.

νος] Hanc structuram Atticis abindicat Elmsleius ad Med. v. 1024. sed v. Matthiae Gr. §. 566.

B. καὶ διαλιπὼν χρόνον] intermisso aliquo intervallo. v. Phaedon. p. 117. E. ibique annot. mox ad ἐπιτηρήσας — ἔχοντα intell. ἐμέ.

C. περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ —] Intelligitur infelix illa Atheniensium in Siciliam expeditio, de qua Thucyd. VI. 8 sqq.

D. ἐπὶ γὰρ τῇ ἐπὶ στρατείαν] Cur tale quippiam de ignoto isto Sannione metuerit, ne levissima quidem suspicionis causa indicatur. Quod quantum a Platonis arte et ratione recedat, monere vix attinet. Pro τοῦ καλοῦ Cornarius narrat in cod. quodam legi τοῦ Καλοῦ, litera maiuscula, ut sit nomen proprium. Et ita etiam Ficinus, Bekkerus et nuper Schleiermacherus atque Knebelius acceperunt. Sed

σον καὶ Ἰωνίας. ἐγὼ οὖν οἶομαι ἐκεῖνον ἢ ἀποθανεῖσθαι ἢ ὁμοῦ τι τούτῳ ἑλᾶν, καὶ περί γε τῆς πραγματείας τῆς ἄλλης πάνυ φοβοῦμαι.

E Cap. XII. Ταῦτα δὴ πάντα εἴρηκά σοι, ὅτι ἡ δύναμις αὕτη τοῦ δαιμονίου τούτου καὶ εἰς τὰς συνουσίας τῶν μετ' ἐμοῦ συνδιατριβόντων τὸ ἄπαν δύναται. πολλοῖς μὲν γὰρ ἐναντιοῦται, καὶ οὐκ ἔστι τούτοις ὠφεληθῆναι μετ' ἐμοῦ διατρίβουσιν, ὥστε οὐχ οἷόν τέ μοι τούτοις συνδιατρίβειν· πολλοῖς δὲ συνεῖναι μὲν οὐ διακωλύει, ὠφελοῦνται δὲ οὐδὲν συνόντες, οἷς δ' ἂν συλλάβηται τῆς συνουσίας ἡ τοῦ δαιμονίου δύναμις, οὗτοί εἰσιν ὧν καὶ σὺ ἤσθησαι· ταχὺ γὰρ παραχρῆμα ἐπιδιδόασι, καὶ τούτων αὖ τῶν

περί γε τῆς πραγματείας] στρατείας Bodl. et Vat. θ. quod ortum ex glossemate.

nec codices eam scripturam confirmant, nec per se probabile est nomen proprium ita fuisse formatum, quod potius accentu reiecto κάλος esse debebat. Verum hoc nomen nusquam reperitur. Itaque omnia vehementer suadent, ut vulgarem scripturam teneamus. Ceterum intelligitur expeditio Olymp. 92. 4. = a. 409. a. Chr. n. in Ioniam suscepta, de qua narrat Xenophon. Hellen. I. 2, 1 sqq. Diodor. XIII. 64. Thrasyllus fuit inter praetores illos, qui quoniam cadavera eorum, qui in pugna ad Arginusas insulas occisi erant, non sustulissent, ab Atheniensibus capitis condemnati sunt.

ἢ ὁμοῦ τι τούτῳ ἑλᾶν] H. e. vel simile quippiam perpessurum; similem calamitatem ei eventuram. Ad ἑλᾶν intellige αὐτὸν v. ἐκεῖνον. Pausanias Lacon. c. 10. τὸ γὰρ χρεὼν ἤδη τοὺς Μεσηνίους ἤλαυνεν. Loquutio ab usu Platonis abhorret. — περὶ τῆς πραγματείας τῆς ἄλλης, de reliquo negotio, h. e. de tota illa expeditione, valde timeo. Ex glossemate fluxit, quod est in Bodlei. et aliis libris, στρατείας.

E. ὅτι ἡ δύναμις αὕτη — τὸ ἄπαν δύναται] Hoc si volebat, poterat sane illorum exemplorum commemoratione supersedere, qua nihil aliud ostenditur, nisi divinum illud eam vim in ipsius animo habere, ut fortunam amicorum vel familiarium interdum anguretur et praevideat. Vides igitur scriptorem prae nimis curioso fabularum mirarum studio non vidisse, quid esset, cur eas congereret atque cumularet. Nunc enim perinepte narrationes illas ait ideo esse expositas, quia daemonium etiam ad consuetudinem et familiaritatem eorum, qui cum ipso conversentur, plurimum possit.

ὥστε οὐχ οἷόν τέ μοι τούτοις συνδιατρίβειν] Immerito haec Schleiermachero

ἐπιδιδόντων οἱ μὲν καὶ βέβαιον ἔχουσι καὶ παραμό- 130
νιμον τὴν ὠφέλειαν· πολλοὶ δὲ ὅσον ἂν μετ' ἐμοῦ
χρόνον ὦσι, θαυμάσιον ἐπιδιδόασιν, ἐπειδὰν δέ μου
ἀπόσχωνται, πάλιν οὐδὲν διαφέρουσιν ὁτουοῦν. τοῦ-
τό ποτε ἔπαθεν Ἀριστείδης ὁ Ἀυσιμάχου υἱὸς τοῦ
Ἀριστείδου. διατρίβων γὰρ μετ' ἐμοῦ πάμπολυ ἐπεδε-
δώκει ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ· ἔπειτα αὐτῷ στρατεία τις ἐγένετο
καὶ ᾤχετο ἐκπλέων. ἦκον δὲ κατελάμβανε μετ' ἐμοῦ
διατρίβοντα Θουκυδίδην τὸν Μελησίου υἱὸν τοῦ
Θουκυδίδου. ὁ δὲ Θουκυδίδης τῇ προτεραίᾳ μοι δι' B
ἀπεχθείας ἐν λόγοις τισὶν ἐγεγόνει. ἰδὼν οὖν με ὁ
Ἀριστείδης, ἐπειδὴ ἠσπάσατό τε καὶ τἆλλα διελέχθη,
Θουκυδίδην δέ, ἔφη, ἀκούω, ὦ Σώκρατες, σεμνύνε-

P. 130. B. ἰδὼν οὖν με ὁ Ἀριστείδης] Sic Bodl. Coisl. Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Par. BC. Ang. Barb. Pal. Vind. Flor. a. o. Legebatur ἰδών με οὖν, quod retinuit Bekker.

scrupulum iniecerunt propterea, quod Socrates se prohiberi daemonio dicat, quominus cum quibusdam hominibus conversetur. Neque enim unquam ei licuisse operam suam cuiquam recusare. Quid vero? nonne idem de re Theaet. p. 150. D. narratur? et nonne in principio Alcibiadis primi Socrates ita loquens inducitur, ut se a daemonio aliquamdiu prohibitum fateatur, quominus cum Alcibiade congrederetur? Itaque in hoc quidem virum sagacissimum nollemus haesisse.

οἷς δ' ἂν συλλάβηται τῆς συνουσίας] quos vero adinvat in consuetudine mecum iungenda divina illa vis. Usum verbi συλλαμβάνεσθαί τινί τινος ad Sympos. p. 218. D. Phaedon. p. 82. E. attigimus. Laudat haec personatus Plutarch. De Fato T. VIII. p. 267. ed. Reisk.

P. 130. Ἀριστείδης ὁ Ἀυσιμάχου υἱὸς τοῦ Ἀρ.] Vide ne υἱὸς eliminari oporteat, quemadmodum paullo post scribendum videtur Θουκιδίδην τὸν Μελησίου τοῦ Θουκυδίδου. Aristides, magni illius Aristidis nepos, memoratur etiam Lachet. p. 179. A sqq. ubi v. annot. Idem Theaetet. p. 150. E. inter eos refertur, qui τὰ ὑπὸ Σωκράτους μαιευθέντα κακῶς τρέφοντες ἀπώλεσαν, ψευδῆ καὶ εἴδωλα περὶ πλείονος ποιησάμενοι τοῦ ἀληθοῦς· τελευτῶντες δὲ αὐτοῖς τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἔδοξαν ἀμαθεῖς εἶναι. Hanc ipsam autem sententiam vides a nostro homine perinepte tractatam esse: de qua re verbo monuisse satis est. conf. Schleierm. ad h. l.

Θουκυδίδην τὸν Μελησίου] De Melesia dictum ad Lachetem. Recte vero Schleiermacherus censet ex eodem dialogo etiam Thucydidis mentionem repetitam esse.

B. δι' ἀπεχθείας — ἐγεγόνει] Vid. ad Alcib. I. p. 103. A. ὥς τι ὄντα, h. e. ac si mirum quantum dignitatis vel auctoritatis ha-

σθαι ἄττα πρὸς σὲ καὶ χαλεπαίνειν ὡς τι ὄντα. Ἔστι γάρ, ἔφην ἐγώ, οὕτως. Τί δαί; οὐκ οἶδεν, ἔφη, πρὶν σοὶ συγγενέσθαι, οἷον ἦν τὸ ἀνδράποδον; Οὐκ ἔοικέ γε, ἔφην ἐγώ, νὴ τοὺς θεούς. Ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτός γε, ἔφη, καταγελάστως ἔχω, ὦ Σώ- C κρατες. Τί μάλιστ'; ἔφην ἐγώ. Ὅτι, ἔφη, πρὶν μὲν ἐκπλεῖν, ὁτῳοῦν ἀνθρώπων οἷός τ' ἦν διαλέγεσθαι καὶ μηδενὸς χείρων φαίνεσθαι ἐν τοῖς λόγοις, ὥστε καὶ ἐδίωκον τὰς συνουσίας τῶν χαριεστάτων ἀνθρώπων· νυνὶ δὲ τοὐναντίον φεύγω, ἄν τινα καὶ αἰσθάνωμαι πεπαιδευμένον· οὕτως αἰσχύνομαι ἐπὶ τῇ ἐμαυτοῦ φαυλότητι. Πότερον δέ, ἦν δ' ἐγώ, ἐξαίφνης σε προὔλιπεν αὕτη ἡ δύναμις ἢ κατὰ σμικρόν; Κατὰ σμικρόν, ἦ δ' ὅς. Ἡνίκα δέ σοι πα- D ρεγένετο, ἦν δ' ἐγώ, πότερον μαθόντι παρ' ἐμοῦ τι παρεγένετο, ἢ τινι ἄλλῳ τρόπῳ; Ἐγώ σοι, ἔφη, ἐρῶ, ὦ Σώκρατες, ἄπιστον μὲν νὴ τοὺς θεούς, ἀληθὲς δέ. ἐγὼ γὰρ ἔμαθον μὲν παρὰ σοῦ οὐδὲν πώποτε, ὡς αὐτὸς οἶσθα· ἐπεδίδουν δέ, ὁπότε σοι συνείην, κἂν εἰ ἐν τῇ αὐτῇ μόνον οἰκίᾳ εἴην, μὴ ἐν τῷ αὐτῷ δὲ οἰκήματι· μᾶλλον δὲ ὁπότε ἐν τῷ αὐτῷ οἰ-

Τί δαί; οὐκ οἶδεν] Recte Vat. Θ. *δαί*. Vulgo erat *δέ*. Etenim *δαί* mirantis est. v. ad Phileb. p. 6.

πρὶν μὲν ἐκπλεῖν] V. *με*. Sed *μὲν* praebent Bodl. Coisl. Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Par. BCF. Barber. Angel. Vind. Flor. a. b. c. o.

D. *ἔμαθον μὲν παρὰ σοῦ*] *μὲν* add. Bodl. Vat. Θ. Vindob.

E. *πολὺ δὲ μάλιστα*] Sic Vind. et ex corr. Bodl. Vulgo

beat. v. ad Remp. VIII. p. 562.

D. Mox Aristides indignabundus: Quid vero? ignoratne servitium, quale fuerit, priusquam tecum versatus esset? Graviter igitur illiberalem hominis vituperat animum, qui quid Socrati deberet, non sentire aut meminisse videatur. Ex quo apparet, cur *ἀνδραπόδου* nomine usus sit. Xenoph. Mem. IV. 2, 39. *Εὐθύδημος — πάνυ ἀθύμως ἔχων ἀπῆλθε, καὶ καταφρονήσας ἑαυτοῦ καὶ νομίσας τῷ ὄντι ἀνδράποδον εἶναι.*

C. *τῶν χαριεστάτων ἀνθρώπων*] V. ad Lachet. p. 180. D.

κήματι. καὶ ἔμοιγε ἐδόκουν πολὺ μᾶλλον ὁπότε ἐν τῷ αὐτῷ οἰκήματι ὢν λέγοντός σου βλέποιμι πρὸς σέ, μᾶλλον ἢ ὁπότε ἄλλοσε ὁρῴην. πολὺ δὲ μάλιστα καὶ πλεῖστον ἐπεδίδουν, ὁπότε παρ' αὐτόν σε καθοίμην ἐχόμενός σου καὶ ἁπτόμενος. νῦν δέ, ἢ δ' ὅς, πᾶσα ἐκείνη ἡ ἕξις ἐξερρύηκεν. E

Cap. XIII. Ἔστιν οὖν, ὦ Θέαγες, τοιαύτη ἡ ἡμετέρα συνουσία· ἐὰν μὲν τῷ θεῷ φίλον ᾖ, πάνυ πολὺ ἐπιδώσεις καὶ ταχύ, εἰ δὲ μή, οὔ. ὅρα οὖν μή σοι ἀσφαλέστερον ᾖ παρ' ἐκείνων τινὶ παιδεύεσθαι, οἳ ἐγκρατεῖς αὐτοί εἰσι τῆς ὠφελείας ἣν ὠφελοῦσι τοὺς ἀνθρώπους, μᾶλλον ἢ παρ' ἐμοῦ ὅ τι ἂν τύχῃ, τοῦτο πρᾶξαι.

ΘΕ. Ἐμοὶ μὲν τοίνυν δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, ἡμᾶς 131
οὑτωσὶ ποιῆσαι, ἀποπειραθῆναι τοῦ δαιμονίου τούτου συνόντας ἀλλήλοις. καὶ ἐὰν μὲν παρείκῃ ἡμῖν, ταῦτα βέλτιστα· εἰ δὲ μή, τότε ἤδη παραχρῆμα βουλευσόμεθα ὅ τι δράσομεν, εἴτε ἄλλῳ συνεσόμεθα, εἴτε καὶ αὐτὸ τὸ θεῖον τὸ σοὶ γιγνόμενον πειρασό-

πολὺ δὴ μάλιστα. Deinde vett. editt. καθήμην, quod e Bodl. Coisl. Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Par. BC. Vind. Flor. a. b. c. o. emendatum.

νῦν δέ, ἢ δ' ὅς, πᾶσα] V. νῦν δή, quod e Vat. r. Vind. mutavi.

ὅ τι ἂν τύχῃ] Sic Bodl. Coisl. Vat. Θ. Ven. ΞΣ. et alli multi. Vulgo pessime τύχοι.

E. ὁπότε παρ' αὐτόν σε καθ. ἐχόμενός σου —] Inepte imitatus est Sympos. p. 175. D. E. quem locum contulisse neminem poenitebit. Ceterum οἴκημα ut οἶκος et οἰκίσκος partem aedium sive conclave denotat, de qua re dixit Dorvill. ad Charit. p. 372.

ἢ παρ' ἐμοῦ ὅ τι ἂν τύχῃ, τοῦτο πρᾶξαι] H. e. ea uti fortuna, quae tibi per me contigerit. Criton. p. 45. D. καὶ τὸ σὸν μέρος, ἅ τι ἂν τύχωσι, τοῦτο πράξουσιν. ubi v. annot. Corrigendum autem videtur τύχῃς, quod etiam Bekkero placuit.

μεθα παραμυθεῖσθαι εὐχαῖσί τε καὶ θυσίαις καὶ ἄλλῳ ὅτῳ ἂν οἱ μάντεις ἐξηγῶνται.

ΔΗ. Μηκέτι πρὸς ταῦτα ἀντείπῃς, ὦ Σώκρατες, τῷ μειρακίῳ· εὖ γὰρ λέγει Θεάγης.

ΣΩ. Ἀλλ' εἰ δοκεῖ χρῆναι οὕτω ποιεῖν, οὕτω ποιῶμεν.

P. 131. *ὅτῳ ἂν οἱ μάντεις ἐξηγῶνται*] *Ἐξηγεῖσθαι* proprie de religionum interpretibus usurpari docuit Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 111. Ceterum etiam sermonis finis et exitus luculenter testatur hunc libellum non a Platone esse litteris consignatum, sed ab homuncione aliquo, qui Socratis daemonium nescio quale sibi informaverat. Nam quum antea hanc ei vim attribuerit, ut portendat quae futura sint, tum nunc illi eam potestatem et efficaciam vindicat, ut ex eius numine pendere videatur, utrum qui Socratis consuetudine utantur, in sapientia et virtute profecturi sint nec ne. Nam verba: *ἐὰν μὲν τῷ θεῷ φίλον ᾖ*, ad daemonium referri oportere nullo modo dubitari potest. Iam vero quis est, qui hanc sententiam sibi persuadeat ipsi Platoni probatam fuisse? Nimirum consarcinatum hoc opusculum est ea aetate, qua de daemonio Socratis iam multae et absurdae fabulae circumferebantur.

PROLEGOMENA

IN

RIVALES.

PROLEGOMENA

IN

RIVALES.

Quanquam hic libellus genus dicendi habet purum, castum, elegans, nihil ut inveniri queat, quod a Platonis vel Xenophontis elegantia abhorreat, tamen quin a Boeckhio in Min. p. 33. Schleiermachero Opp. Plat. T. II. P. III. p. 279 sqq. Astio, Sochero, Knebelio, aliis, iure meritoque pro suppositicio habitus sit, haudquaquam dubitamus. Est enim materia operis adeo non ad Platonis mentem rationemque elaborata, ut potius cuivis alii Socraticorum quam huic recte adscribi posse videatur.

Constat dialogus duabus partibus, quarum una docetur philosophiam non in varia et multiplici multarum artium scientia et cognitione contineri; talem enim doctrinae copiam et ubertatem, quia fere subtilitate careat, parum habere utilitatis: altera inde a pag. 137. A. ostenditur quaerendam illam esse in iustitia cum temperantia copulata, qua fiat, ut et alios castigare prudenter atque meliores reddere possimus, et ad veram tum aliorum hominum tum nostri ipsorum cognitionem perveniamus: nam ita demum philosophum evadere virum publice privatimque utilem, si et boni regis et prudentis imperatoris et honesti patrisfamilias officiis unus omnium optime satisfacere possit.

Neutra harum partium ita tractata est, ut nihil desideretur, quod ad iustam argumenti explicationem merito requiras, nihil inculcatum reperiatur, quod vel alio modo illustratum vel omnino omissum esse cupias. Nam in priore quidem parte nemo erit quin sophistarum irrisionem desideret, quorum multos constat doctrinae copia et varietate vehementer superbiisse. Quis est igitur, qui Platonem sibi persuadeat illos non fuisse castigaturum et omnino non significaturum, quinam illi essent, adversus quos hanc disputationem instituisset? Enimvero quod e loco Diogenis Laërt. IX. 37., vel corrupto illo vel male intellecto, collegerunt musicum istum amatorem, qui philosophiam multiplici et varia doctrina absolvi statuit, Democriti partes agere, ea coniectura et incertis nititur suspicionibus et per se admodum absurda est et inficeta; id quod non obscurum erit iis, qui librum sine praeiudicata opinione perlegerint. Ac ne verbum quidem reperitur, quo Democritum significari affirmare liceat. Itaque nullum per totum sermonem invenitur vestigium irrisionis illius et urbanitatis, qua Platonis dialogi in similium argumentorum tractatione versantes conditi esse solent, nec intelligitur, ad quosnam potissimum philosophos disputatio pertineat. Quod profecto est eiusmodi, ut arti et rationi Platonis prorsus adversari dicendum sit, qui quaenam esset scriptorum suorum cum ipsa hominum vita coniunctio et necessitado nunquam non significavit. Sed peius etiam scriptor in posteriore libri parte rem administravit. Hic enim philosophum bonum regem, bonum imperatorem, bonum patrem familias, denique virum utilem esse demonstraturus iustitiam cum temperantia ei attribuit. At primum iustitiam, quam vult esse eam virtutem, quae suum cuique tribuat, temere permiscuit cum re iudiciaria, omninoque definivit ita, ut a Platonis sententia longe aberraverit. Deinde vim σωφροσύνης eam voluit esse, ut non modo nosmetipsos sed etiam alios noscamus, quo rectius de iis possimus iudicare: in quo rursus a Platonis ratione magna facta discessio est. Tum universam philosophiam unice ad utilitatis rationem revocavit, quod Platonem compertum habemus ne illo quidem tempore fecisse, quo adolescens Socratem maxime sectatus est. Denique nulla habita est prudentiae et fortitudinis ratio, quas tamen virtutes ad sapientiam vel maxime requiri Platoni pariter atque Socrati persuasum fuit. Et φρο-

νήσεως quidem vim scriptor σωφροσύνῃ comprehendisse videri potest; sed fortitudinem animi si eidem voluit esse subiectam, certe nullum fecit huius sententiae indicium: quod profecto eo magis moleste ferendum est, quod extremo sermone philosophum etiam optimum imperatorem fore disputatur. Etiamsi igitur parum roboris esse censeas in illis, quae a disserendi forma ab aliis arcessitae sunt, dubitationibus, tamen, nisi ista omnia, quae memoravimus, nullius momenti esse demonstraveris, fides et auctoritas libri magnopere laborabit. Alia etiam tanquam a Platonis ingenio et doctrina abhorrentia notaverunt Schleiermacherus l. c. p. 279 sqq. Astius p. 497. Socherus p. 129. quae qui cum nostris contulerint, facile intelligent, qui fieri potuerit, ut iam Thrasyllus, vir alioquin minime suspiciosus, teste Laërtio IX. 37. libri fidem et auctoritatem in dubitationem vocaverit. Nec quenquam fore speramus, qui ponderatis omnibus νοθείας argumentis eam defendendam suscipiat.

EDITIONES.

Platonis Dialogi quinque. Erastae, Euthyphro, Apologia Socratis, Crito, Phaedo. Recensuit notisque illustravit Nath. Forsterus. Edit. secunda. Oxonii, 1752. 8. mai. Subsidia critica praeter veteres editiones Forsterus habuit nulla; sed multa in annotationibus docte et acute exposuit.

De Knebelii editione ad Theagem diximus.

Praeterea memoranda est commentatio Augusti Magni Kraftii: De notione philosophiae in Platonis Erastis obvia. Lipsiae a. 1786. 8. min., quae paginis 28 absolvitur et praeter observationes quasdam de iustitiae et temperantiae Platonicae vi ac natura brevem complectitur dialogi enarrationem, qua Kraftius docere studuit, quantum praesidii Plato in hoc libro ad philosophiae notionem accuratius illustrandam et diligentius explicandam attulerit. Sed ea disputatio frustra omnino suscepta est.

CODICES.

Bodlei. s. Clark. Coislin. *Γ*. Vat. *ΘΔ*. Venet. *ΞΣΠ*. Paris. BCEF. Angel. u. Barberin. y. Palat. ç. Vindob. l. Flor. a. b. c. d. i. n. o.

ΕΡΑΣΤΑΙ.

Cap. I. *Εἰς Διονυσίου τοῦ γραμματιστοῦ εἰσ-* 132
ῆλθον, καὶ εἶδον αὐτόθι τῶν τε νέων τοὺς ἐπιεικε-
στάτους δοκοῦντας εἶναι τὴν ἰδέαν καὶ πατέρων εὐ-
δοκίμων, καὶ τούτων ἐραστάς. ἐτυγχανέτην οὖν δύο
τῶν μειρακίων ἐρίζοντε, περὶ ὅτου δέ, οὐ σφόδρα

P. 132. *τοῦ γραμματιστοῦ*] Ita codd. plerique omnes pro vulg. *γραμματικοῦ*.

Vulgo dialogus inscribitur *ἐραστῶν* nomine, quo utitur etiam Olympiodorus Vit. Plat. p. 6. ed. Fisch. Sed rectius Diogen. Laert. II. 57. et IX. 37. Theodoretus p. 672. ed. Sirmond. et Proclus in Euclid. p. 19. *ἀντεραστάς* vocant, siquidem duo amatores inter se contendentes atque aemulantes introducuntur. Et *ἀντερασταὶ* in codice Bodlei. superscriptum extat.

P. 132. *Εἰς Διονυσίου τοῦ γραμματιστοῦ*] „Hic Platoni in re grammatica erat praeceptor, teste Laërtio III. 5. aliisque (veluti biographo in Heerenii Bibliotheca Artt. et Literar. Antiq. Tom. V. Append. p. 10.), ac praesertim Olympiodoro l. c., qui eum ideo huiusce dialogi scenam hic loci posuisse dicit, *ἵνα μηδὲ Διονύσιος ὁ διδάσκαλος ἄμοιρος εἴη τῆς παρὰ Πλάτωνι μνήμης.*“ *Forsterus.* Tale vero monumentum ut magistro poneret, Platonem non putamus unquam a se impetrare potuisse. Nam sive totum opus intuemur, sanequam est exiguum; sive hanc Dionysii mentionem rite aestimamus, non intelligitur, quidnam in ea insit, quod ei honorificum esse posse videatur, siquidem Socrates alia omnia id genus loca frequentare solebat. Pro eo, quod vulgo erat *γραμματικοῦ*, etiam Olympiodorus l. c. *γραμματιστοῦ* legisse videtur.

καὶ εἶδον αὐτόθι —] Cum toto hoc libelli exordio contulisse iuvabit Charmidis atque Lysidis initium, in quibus libris scena dialogi similiter descripta est.

κατήκουον· ἐφαινέσθην μέντοι ἢ περὶ Ἀναξαγόρου ἢ περὶ Οἰνοπίδου ἐρίζειν· κύκλους γοῦν γράφοντες
B ἐφαινέστην καὶ ἐγκλίσεις τινὰς ἐμιμοῦντο τοῖν χεροῖν ἐπικλίνοντε καὶ μάλ' ἐσπουδακότε. κἀγώ — καθήμην γὰρ παρὰ τὸν ἐραστὴν τοῦ ἑτέρου αὐτοῖν — κινήσας οὖν αὐτὸν τῷ ἀγκῶνι ἠρόμην, ὅ τί ποθ' οὕτως ἐσπουδακότε τὼ μειρακίω εἴτην, καὶ εἶπον·

γοῦν γράφοντες] γράφειν Bodl. Vat. Θ. Ven. Π. Pro vett. lectione ἐφαινέσθον iidem libri cum Vat. Δ. Vind. ἐφαινέσθην. In Angel. extat γρ. ἐφαίνοντο.

B. τὼ μειρακίω εἴτην] V. ἦτην, praeter fidem codicum. De forma εἶτην a Platone saepius usurpata dixit Buttmannus Gr. T. I. p. 528. ed. sec. Dein pro vulg. τι μέγα e Bodl. Vat. Θ.

ἢ περὶ Ἀναξαγόρου ἢ περὶ Οἰνοπίδου —] Anaxagoram Clazomenium, Ionicae disciplinae philosophum, Anaximenis alumnum, Periclis, Euripidis, et secundum nonnullos etiam Socratis praeceptorem passim celebrant historiae philosophiae scriptores. Nec desunt etiam de Oenopide veterum testimonia. Constat enim ex Diodoro Siculo, Aeliano, Plutarcho, Sexto Empirico, Stobaeo, aliisque, Chium ipsum fuisse, Anaxagorae fere aequalem, in Aegyptum migrasse, ibique cum sacerdotibus et astronomis versatum esse, et exinde talem tum geometriae tum astronomiae scientiam hausisse, ut nonnulla, eaque non exigui momenti, de quibus v. Aelian. Varr. Hist. X. 6. et Proclum in Euclid. p. 19. 75. 87., in harum utraque excogitasse aut saltem pro suis venditasse diceretur. Pauca Oenopidis dicta leguntur etiam in Maximi Collectaneis. *Forsterus.*

ἐφαινέσθην μέντοι] Disserebant igitur de figuris quibusdam geometricis, quibus motus corporum coelestium ad Oenopidis et Anaxagorae sententiam adumbraverant, quos quidem etiam manuum demonstratione studebant repraesentare. Recte sensum verborum expressit Schleiermacherus: Wenigstens sah ich, dass sie Kreise beschrieben und gewisse Neigungen mit den Händen sich überneigend darstellten. Offendit tamen repetitum ἐφαινέσθην et quod κύκλους sic nude positum est. Ficinus vertit: quasdam sphaerae inclinationes. Unde Heusdius Specim. Crit. p. 24. non male scribendum coniecit: κύκλους γοῦν γράφοντες σφαίρας καὶ ἐγκλίσεις κ. τ. λ. Quales autem inclinationes intelligantur, ostendunt Laertii, Plutarchi et Diodori verba iam a Forstero allata. Nam Anaxagorae a Laertio II. 6. haec tribuitur sententia: τὰ δὲ ἄστρα κατ' ἀρχὰς μὲν ὑπολοιδῶς ἐνεχθῆναι, ὥστε κατὰ κορυφὴν τῆς γῆς τὸν ἀεὶ φαινόμενον εἶναι πόλον, ὕστερον δὲ τὴν ἔγκλισιν λαβεῖν. cuius inclinationis causam personatus Plutarchus De Placit. Philosoph. II. 8. affert; eam enim fieri ait ἐκ τοῦ αὐτομάτου atque ἴσως ὑπὸ προνοίας, ἵνα ἃ μὲν τινα ἀοίκητα γένηται,

Ἦ που μέγα τι καὶ καλόν ἐστι, περὶ ὅτου τοσαύτην σπουδὴν πεποιημένω ἐστόν. Ὁ δ' εἶπε, Ποῖον, ἔφη, μέγα καὶ καλόν; ἀδολεσχοῦσι μὲν οὖν οὗτοι περὶ τῶν μετεώρων καὶ φλυαροῦσι φιλοσοφοῦντες. Καὶ ἐγὼ θαυμάσας αὐτοῦ τὴν ἀπόκρισιν εἶπον· Ὦ νεανία, αἰσχρὸν δοκεῖ σοι εἶναι τὸ φιλοσοφεῖν; ἢ τί οὕτω χαλεπῶς λέγεις; Καὶ ὁ ἕτερος — πλησίον γὰρ C

Ven. Π. Vind. aliis restitutum μέγα τι.

ἀδολεσχοῦσι μὲν οὖν] Vulgo μὲν temere omissum, quod Bodl. Coisl. Vat. ΘΑ. Ven. ΞΣ. Par. BC. Vind. Flor. a. b. c. d. n. o. exhibuerunt. Alli libri pro οὖν habent μέν, unde erroris causa intelligitur. Dein vett. editt. οὗτοί γε περὶ τ. μ. praeter fidem optimorum codicum, ut Bodl. Vat. Ven. Π.

ἃ δὲ οἰκητὰ μέρη τοῦ κόσμου κατὰ ψύξιν καὶ ἐκπύρωσιν καὶ εὐκρασίαν. De Oenipode vero Diodorus Sic. libr. I. extr. narrat, eum in Aegypto συνδιατρίψαντα τοῖς ἱερεῦσι καὶ ἀστρολόγοις μαθεῖν ἄλλα τε καὶ μάλιστα τὸν ἡλιακὸν κύκλον, ὡς λοξὴν μὲν ἔχει τὴν πορείαν κ. τ. λ. conf. Plutarch. De Placit. Phil. II. 12.

B. κινήσας οὖν αὐτὸν] Οὖν post parenthesin usurpari, ut significetur abruptum orationis filum denuo resumi, ad Protag. 327. B. et Lysid. p. 223. B. observavimus. Mox respondet amator cum contemtu quodam et gravi irrisione: Ποῖον μέγα καὶ καλόν; de quo genere interrogationis v. ad Charm. p. 174. B. et al. Haec vero posteaquam ita pronuntiavit, istam corrigens sententiam addit: ἀδολεσχοῦσι μὲν οὖν οὗτοι κ. τ. λ. h. e. imo vero nugantur de rebus coelestibus. Nam haec vis et significatio voculis μὲν οὖν haud raro subiecta est, sicuti docebunt exempla ad Criton. p. 44. B. Gorg. p. 466. A. Sympos. p. 210. C. Prot. p. 309. C. a nobis congesta. Hunc usum loquendi ignorantes librarii μὲν temere extruserunt a Bekkero demum prudenter restitutum et nuper a Knebelio recte defensum. Ceterum hoc vulgare fuit in philosophos omnes convicium, cuius Plato non sine vulgi irrisione quadam mentionem iniicit Phaedr. p. 270. A. πᾶσαι, ὅσαι μεγάλαι τῶν τεχνῶν, προσδέονται ἀδολεσχίας καὶ μετεωρολογίας φύσεως πέρι. Cratyl. p. 401. B. κινδυνεύουσιν — οἱ πρῶτοι τὰ ὀνόματα τιθέμενοι οὐ φαῦλοι εἶναι, ἀλλὰ μετεωρολόγοι τινὲς καὶ ἀδολέσχαι. De Rep. VI. p. 488. C. τὸν ὡς ἀληθῶς κυβερνητικὸν οὐχ ἥγεῖ ἂν τῷ ὄντι μετεωροσκόπον τε καὶ ἀδολέσχην καὶ ἄχρηστόν σφισι καλεῖσθαι; Politic. p. 299. B. μετεωρολόγον ἀδολέσχην τινὰ σοφιστήν. Phaedon. p. 70. C. conf. Apol. Socrat. C. 2. et 4. Aristoph. Nubb. 188. Xenoph. Oecon. XI. 3. Memor. I. 2, 31.

C. Καὶ ὁ ἕτερος—] Diogen. Laert. IX. 37. Thrasylli referens verba: εἴπερ οἱ Ἀντερασταί, inquit, Πλάτωνός εἰσι, οὗτος ἂν εἴη (Democritus) ὁ παραγενόμενος ἀνώνυμος τῶν περὶ Οἰνοπίδην καὶ Ἀναξαγόραν ἕτερος ἐν τῇ πρὸς Σωκράτην ὁμιλίᾳ διαλεγόμενος περὶ φιλοσοφίας, ᾧ φησὶν ὡς πεντάθλῳ ἔοικεν ὃ φι-

καθήμενος ἐτύγχανεν αὐτοῦ, ἀντεραστὴς ὢν — ἀκούσας ἐμοῦ τε ἐρομένου κἀκείνου ἀποκρινομένου, Οὐ πρὸς σοῦ γε, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ποιεῖς τὸ καὶ ἀνερέσθαι τοῦτον, εἰ αἰσχρὸν ἡγεῖται φιλοσοφίαν εἶναι. ἢ οὐκ οἶσθα τοῦτον, ὅτι τραχηλιζόμενος καὶ ἐμπιπλάμενος καὶ καθεύδων πάντα τὸν βίον διατε-
D τέλεκεν; ὥστε σὺ τί αὐτὸν ᾤου ἀποκρινεῖσθαι ἀλλ' ἢ ὅτι αἰσχρόν ἐστι φιλοσοφία; Ἦν δὲ οὗτος μὲν τοῖν ἐρασταῖν περὶ μουσικὴν διατετριφώς, ὁ δ' ἕτερος, ὃν ἐλοιδόρει, περὶ γυμναστικήν. καί μοι ἔδοξε χρῆναι τὸν μὲν ἕτερον ἀφιέναι, τὸν ἐρωτώμενον, ὅτι οὐδ' αὐτὸς προεποιεῖτο περὶ λόγων ἔμπειρος εἶναι, ἀλλὰ περὶ ἔργων, τὸν δὲ σοφώτατον προσποιούμενον εἶναι διερωτῆσαι, ἵνα καὶ εἴ τι δυναίμην,

C. ἢ οὐκ οἶσθα τοῦτον] Steph. ἢ οἶκ οἶσθα, quod plurimi libri mss. habent. Sed recte Ald. Bas. 1. 2. et codd. non pauci ἢ οὐκ οἶσθα. Pro τοῦτον, quod reposui e Bodl. Vat. ΘΔ. Ven. Π., vulgo legebatur αὐτόν, quod etiam a Bekkero servatum est. Sed τοῦτον melius est ideo, quia saepe ad significandam irrisionem et contemtum adhibetur. v. Criton. p. 45. A. ibique ann. De Rep. III. p. 403. A. Apolog. Socrat. p. 17. B. Sympos. p. 181. E.

ὥστε σὺ τί αὐτὸν ᾤου ἀπ.] Ita Bodl. Vat. ΘΔ. pro vulg. ὥστε τί σοι οἴει αὐτὸν ἀποκρίνεσθαι. Dein vulgo ἄλλο ἢ ὅτι, quod e Bodl. Vat. Θ. Ven. Π. mutatum. De ἀλλ' ἢ dixi ad Phaedon. p. 181. B.

D. τὸν ἐρωτώμενον] V. τὸν ἐρόμενον inepte. Bodl. a pr. m. Ven. ΞΠΣ. Par. BC. Angel. Barb. Palat. Vindob. τὸν ἐρώμενον.

λόσοφος. Tale quiddam a Thrasyllo non potuisse pronunciari verissime iudicavit Schleiermacher. p. 510. Haud dubie Thrasyllus scripserat Democritum talem esse πένταθλον, qualis in hoc libro describeretur. Quocirca Diogenis verba, nisi vitiata sunt, certe a Thrasylli mente prorsus abhorrent.

ὅτι τραχηλιζόμενος —] Apte comparat Forsterus Galen. ad Thrasybul. C. 37. ὅλον γὰρ ἑωρῶμεν αὐτῶν (athletarum) τὸν βίον ἐν ταύτῃ τῇ περιόδῳ συστρεφομένων ἢ ἐσθιόντων ἢ πινόντων ἢ κοιμωμένων ἢ ἀποπατούντων ἢ κυλινδουμένων ἐν κόνει τε καὶ πηλῷ. Quo nomine athletarum studia male audiebant. v. Mercurialis De art. gymn. I. C. 14. 15. Verbi τραχηλίζεσθαι usum illustrat Cuper. Obss. II. 12. Faber. Agonist. I. 11. Perizon. ad Ael. V. H. XII. 58.

περὶ μουσικὴν διατετριφώς] Notum est μουσικὴν et γυμναστικὴν ita inter se opponi, ut illa ad animi, haec ad corporis cultum referatur. v. De

παρ' αὐτοῦ ὠφεληθείην. εἶπον οὖν ὅτι Εἰς κοινὸν μὲν τὸ ἐρώτημα ἠρόμην· εἰ δὲ σὺ οἴει τοῦδε κάλλιον ἀποκρινεῖσθαι, σὲ ἐρωτῶ τὸ αὐτό, ὅπερ καὶ τοῦτον, εἰ δοκεῖ σοι τὸ φιλοσοφεῖν καλὸν εἶναι ἢ οὔ.

Cap. II. Σχεδὸν οὖν ταῦτα λεγόντων ἡμῶν 133
ἐπακούσαντε τῷ μειρακίῳ ἐσιγησάτην, καὶ αὐτὼ παυσαμένω τῆς ἔριδος ἡμῶν ἀκροαταὶ ἐγενέσθην. καὶ ὅ τι μὲν οἱ ἐρασταὶ ἔπαθον, οὐκ οἶδα, αὐτὸς δ' οὖν ἐξεπλάγην· ἀεὶ γάρ ποτε ὑπὸ τῶν νέων τε καὶ καλῶν ἐκπλήττομαι. ἐδόκει μέντοι μοι καὶ ὁ ἕτερος οὐχ ἧττον ἐμοῦ ἀγωνιᾶν· οὐ μὴν ἀλλ' ἀπεκρίνατό γέ μοι καὶ μάλα φιλοτίμως. Ὁπότε γάρ τοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, τὸ φιλοσοφεῖν αἰσχρὸν ἡγησαίμην εἶ- B
ναι, οὐδ' ἂν ἄνθρωπον νομίσαιμι ἐμαυτὸν εἶναι,

Forsterus coni. τὸν ἐρῥώμενον. Malui cum Schleiermachero τὸν ἐρωτώμενον, quod etiam Bekkerus recepit. Ficinus: quem prius interrogaveram.

τὸν δὲ σοφώτατον προσποιούμ.] Hoc e Bodl. Vat. *ΘΔ*. Ven. *Π*. recepi, ut quod homuncionis fastum et superbiam fortius exprimat. Ceteri libri et mss. et typis expressi omnes habent σοφώτερον.

κάλλιον ἀποκρινεῖσθαι] V. ἂν ἀποκρίνεσθαι. Ven. *Π*. ἂν omittit. Bodl. e corr. omisso ἂν habet ἀποκρινεῖσθαι. Vat. *ΘΔ*. κάλλιον ἀποκρινεῖσθαι, quod recepi praeeunte Bekkero. Cod. Flor. n. κάλλιον ἂν ἀποκρίνασθαι, ut coniecit Stephanus.

P. 133. αὐτὸς δ' οὖν ἐξεπλάγην] γ' οὖν Bodl. Vat. *Θ*. Ven. *Π*.

Rep. II. p. 246. Legg. X. p. 795. Prot. p. 326. al. Perizon. ad Ael. V. H. XII. 50.

D. εἴ τι δυναίμην] sc. ὠφεληθῆναι.

P. 133. ὅ τι μὲν οἱ ἐρασταὶ ἔπαθον—αὐτὸς δ' οὖν ἐξεπλάγην] V. annot. ad in. Apolog. Socrat. ubi δ' οὖν recte videmur defendisse. Ceterum totus qui sequitur locus adumbratus est ad exemplum eorum, quae leguntur Charmid. p. 154, B sqq. 155. B. C. Quod sequitur ἀεί ποτε, semper fere, frequentis est usus. conf. Eurip. Heracl. v. 330. Sophocl. Aiac. v. 320. Herodot. I. 58. VII. 102. Thucyd. VI. 82. 89. al. conf. Lexic. Xenophont. s. v. ποτέ. n. 5.

Ὁπότε γάρ τοι—ἡγησαίμην] Recte Ficinus: Si quando, o Socrates, philosophari turpe esse ducerem, quam interpretationem etiam Knebelius comprobavit. v. ad Euthyphr. p. 7. D. — τὸν οὕτω διακείμενον, h. e. ita sentientem.

οὐδ' ἄλλον τὸν οὕτω διακείμενον, ἐνδεικνύμενος εἰς τὸν ἀντεραστήν, καὶ λέγων μεγάλῃ τῇ φωνῇ, ἵν' αὐτοῦ κατακούοι τὰ παιδικά. Καὶ ἐγὼ εἶπον, Καλὸν ἄρα δοκεῖ σοι τὸ φιλοσοφεῖν; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Τί οὖν; ἐγὼ ἔφην· ἢ δοκεῖ σοι οἷόν τε εἶναι εἰδέναι πρᾶγμα ὁτιοῦν εἴτε καλὸν εἴτε αἰσχρόν ἐστιν, ὃ μὴ εἰδείη τις τὴν ἀρχὴν ὅ τι ἔστιν; Οὐκ
C ἔφη. Οἶσθ' ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ὅ τι ἔστι τὸ φιλοσοφεῖν; Καὶ μάλ', ἔφη. Τί οὖν ἔστιν; ἔφην ἐγώ. Τί δ' ἄλλο γε, ἢ κατὰ τὸ Σόλωνος; Σόλων γάρ που εἶπε

γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος·

καὶ ἐμοὶ δοκεῖ οὕτως ἀεὶ χρῆναι ἔν γέ τι μανθάνειν τὸν μέλλοντα φιλοσοφήσειν, καὶ νεώτερον ὄντα καὶ πρεσβύτερον, ἵν' ὡς πλεῖστα ἐν τῷ βίῳ μάθῃ. Καί μοι τὸ μὲν πρῶτον ἔδοξέ τι εἰπεῖν, ἔπειτά πως
D ἐννοήσας ἡρόμην αὐτόν, εἰ τὴν φιλοσοφίαν πολυμά-

B. *ἐνδεικνύμενος εἰς τὸν ἀντ.*] Bas. 2. et Steph. *αἰνιττόμενος*. Illud habent codd. omnes cum Aldo et Bas. 1.

μεγάλῃ τῇ φωνῇ] Sic Bodl. Coisl. Vat. *ΘΔ*. Vind. pro vulg. *μέγα τῇ φωνῇ*, quod Beckius in *μεγάλῃ φωνῇ* mutatum volebat. Sed illud dictum ut Phaedr. p. 242. B. *γυμνῇ τῇ κεφαλῇ*. de quo v. Lobeck. ad Phryn. p. 265. Vulgata tamen lectio defendi potest loco Protagor. p. 310. B. *τῇ φωνῇ μέγα λέγων*.

ἢ δοκεῖ σοι] Stephan. cum Par. E. et Angel. *εἰ δοκεῖ σοι*.

C. *Καὶ μάλ', ἔφη*] Pro his Bodl. Vat. *ΘΔ*. Ven. *Π*. habet *Πάνυ γε*.

κατὰ τὸ Σόλωνος] V. *κατὰ τὸν Σόλωνα*. Sed illud habent Bodl. Coisl. ex corr., Vat. *ΘΔ*. Flor. b. d. In aliis est *κατὰ τοῦ Σόλωνος*, quod receptae lectionis veritatem testatur.

οὕτως ἀεὶ] Sic Bodl. Coisl. Vat. *ΘΔ*. Ven. *Π*. Par. C. Barber. Vind. Flor. b. d. n. Legebatur ante Bekkerum *ἀεὶ οὕτω*.

ἔπειτά πως ἐννοήσας] V. *εἶτά πως*, invitis Bodl. Vat. *ΘΔ*. Ven. *Π*. Dein Bodl. Coisl. Vat. *ΘΔ*. Ven. *ΠΣ*. Par. BC. Angel. Barb. Palat. Flor. a. b. c. d. i. n. o. *πολυμαθίαν*, quam scripturam iidem fere libri etiam infra servant.

B. *ἐγὼ ἔφην*] De hoc verborum ordine v. ad Protagor. p. 317. D. De Rep. v. p. 450. A.

C. *Τί δ' ἄλλο γε, ἢ κατὰ τὸ Σόλωνος*] Abrupta oratio est, quae accuratius ita debebat procedere: *ἢ κατὰ τὸ Σόλωνος ἀεὶ ἓν γέ τι μανθάνειν. Σόλων γάρ που εἶπε κ. τ. λ.* Sed talis anticipatio verborum haudquaquam rara. Solonis versiculum legimus etiam Lachet.

